ZALA VÁRMEGYE
TÖRTÉNETE.

KIADJA

ZALA VÁRMEGYE KÖZÖNSÉGE.

OKLEVÉLTÁR

MÁSODIK KÖTET 1364—1498.

SZERKESZTIK

NAGY IMRE, VÉGHELY DEZSŐ ÉS NAGY GYULA.

CSÁK FŐISPÁN PECSÉTJE 1268.

BUDAPEST.

1890.

FRANKLIN-TÁRSULAT NYOMDÁJA.

ELŐSZÓ.

Zala vármegye történetéhez az oklevéltár második kötetével szolgálunk a szíves olvasónak; mint az első kötet előszavában jeleztük, a még kiadatlan oklevelek oly nagy számmal álltak rendelkezésünkre, hogy csupán a kiválóbb érdekűeket közölhettük s a XV-ik század végénél tovább nem haladhattunk, a nem közölhetett oklevelek közűl azonban többnek már eddig is az oklevéltár két kötetében rövid kivonatát adtuk s mindannyinak bővebb tartalmát majd magában a történelmi rész szövegében fogjuk ismertetni.

Így most már az oklevéltár két kötetét közrebocsátván, az azokban foglalt adatokra is hivatkozva és azokat felhasználva, a történelmi rész összeállításához és közzétételéhez foghatunk, mi hogy mennél előbb bekövetkezzék, erőnkhöz képest egyik főiparkodásunkat képezendi.

Zala vármegyének egyik legérdekesebb régi oklevelét adjuk ezúttal hasonmásban, s annak szövegét és fordítását a kötet végén függelékben szintén közöljük. Az oklevél nemcsak megyénkre nézve bír érdekkel,

hanem arra is bő világot vet, hogy vármegyénkben a törvénykezésnek a fontosabb peres kérdésekre való kiterjesztése hogyan vette kezdetét. A nemesek «servientes regis» egyeteme már akkor is bírt némi egységes szervezettel, mint azt oklevelünkből látjuk; Zala vármegyében a nemesek a Zalán innét és tulról összegyülekezve, Ketudhidán tartottak gyűlést, mely helység Ketud személynévtől nyerhette elnevezését, s rövidítve ma Kehidának hivatik. Ez és a hozzá közelfekvő Mándhida szintén a Zala vize mellett, kedvencz gyülekező helye volt őseinknek; a későbbi századokban a megye nemeseivel különösen Mándhidán ültek össze nádoraink, midőn Zala vármegyében igazságot szolgáltattak. Őseink örömest időztek folyók mellett, kivált a Zala folyó melléke volt kedves tartózkodási helyük, ott építették főhelyüket Zalavárt, a vármegye nevét szintén ettől nyerte, s czimerébe is a Zala vizét vette föl; ezek mind megannyi ragaszkodás jelei a kedvelt folyóhoz.

A hasonmásban közölt oklevélben említett Oguz bán felett ítélnek a nemesek, ki a veszprémi püspök Vezmech nevű földjét elfoglalta. Oguz bán egyike volt Zala vármegye főbb birtokosainak, régi nemzetségből származott, mire az I. kötet 75. lapján, valamint a Hazai Okmánytár I. köt. 79. lapján közölt oklevelek is tanuságot szolgáltatnak. E nemzetségről Szabar helység történetének megírásánál fogunk bővebben szólani.

Az oklevél eredetije az Országos Levéltárban dipl. oszt. 182. sz. a. őriztetik. Elsőben Pray György adta ki, «Syntagma de Sigillis» című munkája 87. lapján, közli Fejér György is, Cod. Dipl. III. 2. 315. l. valamint Wenzel Gusztáv, Árpádkori Új Okmánytár XI. 249. l. Érdekes a mit Pray az oklevél pecsétjéről mond: «sigillum exhibet crucem duplicatam cum hac epigraphe: S. Servientium De. Szala». Annak, hogy ily pecséttel lett volna az oklevél ellátva, most már semmi nyoma. Az oklevél alján látható bemetszett helyekről itélve, az oklevélről hat pecsét függött; Fejér György idézett helyen öt függő pecsétet említ, e szerint tehát az oklevélnek több pecsétje volt, Pray pedig csak egyről szól.

Csák, Zala vármegye főispánja pecsétjének rajzát is közöljük ezúttal. Azon oklevél, melyről e pecsét függ, 1268-ban kelt s eredetije a Nemzeti Muzeumban őriztetik. Elsőben az oklevelet közzétette és érdekesen ismerteti Jászay Pál az Új Magyar Muzeum 1850. folyama 632—635 l. Közli Wenzel is i. h. VIII. 208 l. Csák főispán Buzád fia volt a Hahold nemzetségből; ebből ágazott ki később az Alsólendvai Bánfi család is; az is ismeretes már, hogy a nemzetség közös czimere az ökörfej volt. Csák testvérének Tristánnak hasonló czimerét közzé tette Pray föntidézett munkájában, tabula I. fig. 2. Buzád fiától, Csák főispántól, kinek pecsétjét közöljük, Zala vármegye egyik nevezetesebb családja, a nem régen kihalt Csányiak származtak, kik

czímerükben szintén ökörfejet használtak. Csák de Chan 1325-ben említtetik Hazai Okmánytár II. 241. Petrus Chak de Chan pedig 1455-ben V-ik László királynak a Nemzeti Muzeumban őrzött oklevelében. A Csányiak tehát még a XV-ik században is használták ősük nevét.

Végre felsoroljuk azokat a levéltárakat, melyekből az okleveleket közzétettük. Első helyen áll az Országos Levéltár százhatvanhat darabbal, azután a gr. Festetics cs. keszthelyi levéltára száznegyven, a herczeg Batthyány cs. körmendi levéltára száztizennyolcz, a veszprémi káptalan levéltára hatvanhat, a Nemzeti Muzeum könyvtára negyvenöt, a zalavári convent és a Rajky cs. levéltára mindegyik huszonhárom, a gróf Esterházy cs. levéltára tizenhat, a Kisfaludy cs. levéltára tizenöt, a vasvári káptalan levéltára tizennégy, a gróf Draskovics cs. levéltára tizenhárom, a szenterzsébeti Törjék cs. levéltára Csutor Imre úr szives közlése útján tizenegy, az Ostffy cs. levéltára kilencz, a Szegfalvi Szeghy cs. és a Felsőbüki Nagy cs. sitkei levéltára mindegyik hét, a herczeg Esterházy cs. kismartoni, a Mórocza és Rumy családok levéltárai mindegyik öt, a gr. Erdődy cs. monyorókeréki levéltára négy, a Vittnyédy, Czigány, Talián családok levéltárai és Véghely Dezső gyüjteménye mindegyik három, a Bezerédy cs., gyulafehérvári káptalan, b. Jeszenák cs., Máriássy cs., Reisig cs., Sopron vármegye, gr. Teleky cs. és Zarka cs. levéltárai mindegyik két, a Guary,

Gyömörey, Inkey, Józsa, gr. Nyáry, herczeg Pálffy és Tarányi családok levéltárai, végre a M. T. Akadémia, Erdélyi Muzeum, győri káptalan, pannonhalmi convent, Salzburg város, Vas vármegye, Zala-Egerszeg város levéltárai, s Beliczay, Kail és Koppi gyűjteményeik mindannyi egy-egy darabbal, összesen tehát az ország különböző részeiben negyvennyolcz helyen álltak az oklevelek lemásolás végett rendelkezésünkre, s alkalmat szolgáltattak arra, hogy az oklevéltár kiadásával őseink viselt dolgairól a megye közönsége maradandó emléket nyujtott az utókornak.

Nagy Imre.

1. *A vasvári káptalan előtt Pakodi Márton, pusztapakodi birtokrészét, Rohonczi Miklós fia Henrik Nagytilaj nevű birtokának szomszédságában, Szentgróti Fülöp utódainak zálogba adja. 1364. mart. 30.*

Nos capitulum ecclesie Castriferrei memorie commendamus, quod Martinus filius Joannis de Pokud nostri in presencia personaliter constitutus, dixit et oraculo vive vocis confessus extitit, ut ipse fenetum suum falcature quatuor hominum per diem sufficiens, iuxta metas possessionis Puztapokud vocate ab aquilone existens, item decem iugera terre fimate iuxta viam magnam ab aquilone et meridiem divertencia in uno ordine existencia, item ultra dictam viam quatuordecim iugera terrarum arabilium modo simili in uno ordine habita ad occidentem, et orientalem partem divertencia, et virgultum ac silvam a fine dictarum quatuordecim iugerum terrarum cum latitudine earumdem versus occidentem usque metas possessionis Nogtylay vocate magistri Herrici filii Nicolai de Rohonch, magistro Ladislao filio Philippi de Zenthgerolth ac Dionisio et Philippo filiis eiusdem magistri Ladislai ac Petro et Philippo filiis magistri Nicolai filii Philippi predicti, pro duobus marcis denariorum promtorum, marcam quamlibet cum decem pensis computando, ac centum denariis similiter promtis plene ut asseruit ab eisdem receptis impignorasset, imo impignoravit coram nobis; isto modo, ut usque complecionem sex annorum integrorum redimere non posssit, sed completis ipsis sex annis integris, si poterit et voluerit, pro predicta summa pecunie qualitate et quantitate redimere bene quidem, alioquin semper iterum completis sex annis integris redimendi habeat facultatem. Datum sabbato die proximo ante octavas festi Pasche domini, anno eiusdem Millesimo CCC° LX° quarto.

Hártyán, hátlapján pecsét nyomaival; eredetije az Orsz. Levéltárban dipl. oszt. 30683. Nagy Imre.

2. *A zalavári convent jelentése Konth Miklós nádorhoz, Bucsuta és Bánkürtös nevű birtokok közt teljesített határjárásról. 1364. jul. 10.*

Magnifico et potenti viro domino Nicolao Konth regni Hungarie palatino et iudici cumanorum, conventus monasterii beati Adriani martiris de Zala, oracionum suffragia devotarum. Literas vestre magnificencie nobis directas modum et formam iudiciarie vestre deliberacionis exprimentes, nos noveritis recepisse, et unacum Jacobo filio Chernely de Zenth-Jacob homine vestro fratrem Wlricum unum ex nobis pro parte magistri Laurencii protonotarii magistri tavarnicorum regalium, item unacum Egidio filio Baas de Sancto Ladislao similiter homine vestro fratrem Martinum priorem ecclesie nostre pro parte magistrorum Stephani et Johannis filiorum Nicolai bani pro testimoniis ad ea que in predictis literis vestris adiudicatoriis continentur, duximus transmittendos; qui tandem ad nos reversi nobis concorditer retulerunt, quod ipsi in predictis quindenis nativitatis beati Johannis Baptiste ad faciem predicte *(így)* possessionis Bachytha presentibus partibus accessissent, et cum magister Laurencius exhibitis in specie premissis literis nostris statutoriis iuxta primam suam reambulacionem a parte possessionis Kyrthus reambulassent, et omnes metas antiquas sicut prius ostendisset iuxta continenciam literarum nostrarum Paulus filius Petri, Myke et Cosmas literatus procuratores predictorum filiorum bani non in aliis metis nec in octo metis ipsi magistro Laurencio contradiccionis velamine obviassent, dicentes, quod alie mete separarent possessionem Bachyta ab aliis nobilibus, et demum ab hinc pervenissent ad partem meridionalem ubi idem magister Laurencius prope fluvium Pardanch in dumis viminum iuxta unam metam terream antiquam novam erectam fuisse, et tandem ad partem orientalem ad unam magnam viam Vasarus-Nogut pervenientes, ibique idem magister Laurencius unam antiquam metam similiter novam metam in prima reambulacione sua erexisse indicasset, ubi nullam metam vidissent, qui quidem magister Laurencius dixisset, quod ipsas metas iobagiones filiorum

domini Nicolai bani destruxissent; e converso procuratores filiorum Nicolai bani dixissent, ut iobagiones ad ipsum magistrum Laurencium pertinentes, predictas metas annihilassent; sicque habitis prenominati procuratores filiorum domini Nicolai bani isto modo metas ostendissent, quod primo in duabus metis per ipsum magistrum Laurencium primo ostensis incepissent reambulare, et abhinc ivissent per unam viam per bonum spacium versus meridiem ad unam arborem ilicis, inde ad caput cuiusdam vallis, et ibi per eandem vallem vadit in fine terrarum arabilium, deinde declinat versus occidentem ad unam arborem ilicis et abhinc ad eandem partem occidentis ad arborem iliceam, deinde descendit ad eandem partem occidentis ad tres arbores nyr prope Pardanch existentes; a parte vero possessionis Oltharch sic cepissent ambulare, quod a fluvio Pardanch quasi versus orientem per quendam rivulum ad unum puteum, inde ad arborem piri silvestris, abhinc per vallem procedendo ad arborem egurfa, ibique declinat parvum versus meridiem per vallem, deinde ascendit versus orientem et illic ascendit in montem ad quandam magnam viam Vasarusnogut vocatam, sed nulla meta terrea prope predictas duas metas terreas primum per ipsum magistrum Laurencium ostensas ostendissent, predictas autem particulas terrarum, preter predictos procuratores filiorum domini Nicolai bani prohibitas, predicti procuratores unacum aliis probis viris ad quadraginta et quinquaginta iugera terrarum estimassent. Datum tercio die quindenarum festi beati Johannis Baptiste, anno domini M° CCC° LX° quarto.

Zárlatán ép pecséttel; eredetije az Orsz. Levéltárban, N. R. A. 1539. 70. dipl. oszt. 5328. Nagy Imre.

3. *Rajcsányi Dormán fia Pál, az országbíró zalai bírságszedője, Mileji Sidó fiait és Falkosi Herbord fiát a reájok rótt bírság alól fölmenti. Kapornak, 1364. jul. 19.*

Nos magister Paulus filius Dorman de Raychan, exactor iudiciorum in comitatu Zaladiensi existens, in persona magnifici viri comitis Stephani Bebek iudicis curie regie maiestatis memorie commendamus, quod Lorandus et Stephanus filii

Sydou de Myley, ac Laurencius filius Herbordy de Folkusy ad nostram presenciam veniendo, literas expeditorias dicti domini nostri nobis exhibuerunt, quas recepimus reverenter, in quibus vidimus contineri, quod universa iudicia et iudiciorum gravamina predictis nobilibus prefatus dominus noster relaxasset, unde nos eosdem reddidimus expeditos et per omnia absolutos. Datum in Kapornok, feria sexta proxima ante festum beate Marie-Magdalene, anno domini M° CCC° LX° quarto.

Hátlapján három pecsét nyomaival; eredetije az Orsz. Levéltárban N. R. A. 51. 29. dipl. oszt. 5330. Nagy Imre.

4. *Villermus pécsi püspök s a király titkos cancellárja előtt a Haholth nemzetségbeliek, Buzad fia Miklós leányának Klárának, ki a király által praeficiáltatott. Hahóthon, Buzádszigeten s más helyeken osztályrészét kiadják. Visegrád, 1365. dec. 9.*

Nos Villermus dei et apostolica gracia episcopus ecclesie Quinqeecclesiensis, comes capelle et secretarius domini Ludovici dei gracia regis Hungarie, memorie commendantes tenore presencium significamus quibus expedit universis, quod magister Nicolaus filius Nicolai de Haholth in sua, pro Laurencio vero filio Herbordi de Sehtur fratre suo patrueli cum procuratoriis literis conventus Zaladiensis, Johannes filius Egidii filii Chak de Chan similiter pro se et pro Ladislao uterino, Johanne et Othyaz filiis Johannis filii Othyaz de Zabar patruelibus fratribus suis cum procuratoriis literis eiusdem conventus, honus autem et gravamen Valentini filii ipsius Nicolai filii Nicolai, Jacobi et Nicolai filiorum Laurencii filii Herbordi predicti, Johannis filii Michaelis de eadem Haholt, Johannis et Stephani filiorum Petri filii predicti Chak, item filii Johannis filii Othyaz predicti, cuius nomen ignorarent, prenotati Nicolaus filius Nicolai, Laurencius filius Herbordi, Johannes et Ladislaus filii Egidii, Johannes et Othyaz prenotati, si in infrascriptis nollent perseverare, super se assummendo ab una, parte vero ab altera Johannes de Koltha pro nobili domina Clara vocata consorte sua, filia videlicet Nicolai filii Buzad de eadem Haholth, cum

procuratoriis literis capituli Castriferrei, onus autem Ladislai filii sui eandem dominam idem Johannes dominus suus auctoritate procuratoria supradicta super se assumsisse spopondit, coram nobis constituti, per eosdem magistrum Nicolaum filium Nicolai et alios predictos confessum extitit et relatum, quod ipsi super universis discordiis, dissensionibus, que inter ipsos nobiles de Haholth, ac prenotatam dominam Clara vocatam premisso modo super universis possessionibus et hereditatibus paternis ipsius domine ac Nicolai filii Buzad, in quibus ipsam dominus noster rex in verum heredem et successorem prefecisset et creasset, ventillate extitissent, taliter concordassent et concordarunt coram nobis, quod totalem possessionariam porcionem prenotati Nicolai filii Buzad patris ipsius domine in possessione Haholth ipsum contingentem, prenotati nobiles de eadem Haholth in die medii Quadragesime nunc venturo, in presencia testimonii capituli Albensis et hominis regii per partes illic adducendi, cum omnibus suis utilitatibus, montibus, vineis, silvis, nemoribus, pratis, terris, et aliis quibuslibet in superficie eiusdem habitis, in quatuor partes rectas et quoequales dividere tenerentur; qua divisione facta, prenotata domina Clara vocata, vel eius nomine prenotatus Johannes maritus suus vel procurator suus, ex ipsis quatuor partibus tres partes elective pro se recipere et perpetuo possidere valeret, quartam vero partem eiusdem possessionarie porcionis prenotatis nobilibus de Haholth cum omnibus suis utilitatibus et pertinenciis, simulcum possessione Wrs vocata in comitatu Simigiensi habita, cum omnibus suis pertinenciis, que similiter prenotati Nicolai filii Buzad patris ipsius domine fuisse dignoscerentur, resignare similiter perpetuo possidendas ac relinquere deberet; ita tamen, quod si vineam Zeus vocatam que olim prenotati Nicolai patris ipsius domine fuisse dignosceretur, in porcione prenotati Nicolai habitam, in porcionem predictorum nobilium cedere contingeret, extunc ipsi nobiles predictam vineam Zeus vocatam ipsi domine et suis heredibus simulcum aliis sex vineis in vicinitate ipsius vinee Zeus habitis, libere et sine omni solucione tributi montis vulgo pogreht vocati dimittere et resignare deberent, ullo unquam

tempore prenotati nobiles aliquod tributum vel donum ab ipsa vinea Zeus et aliis premissis sex vineis exacturi, e converso autem ipsa domina pro ipsis sex vineis prenotate vinee Zeus adiectis, tributum aliarum sex vinearum in porcione ipsius domine cedencium, predictis nobilibus de Haholth percipere perpetuo d . . . sisset. Preterea prenotati nobiles quandam possessionem Buzadzyget nominatam in comitatu Zaladiensi sitam, cum omnibus suis utilitatibus et pertinenciis, et specialiter loco castri in eadem habito, ac quaslibet possessiones et possessionarias porciones, prenotatum Nicolaum filium Buzad ubique contingentes et habitas, et quovis nomine vocitatas, apud manus ipsorum et quorumcunque nobilium habitas, simulcum patronatu ecclesie beate virginis de Rayk, prenotate domine Clara vocate et suis heredibus ac successoribus universis similiter perpetuo possidere dimisissent; assumserunt eciam iidem nobiles de Haholth suis ac successorum suorum nominibus, prenotatam dominam Clara vocatam et suos heredes ac successores in predictis possessionariis possessionibus, iuribus et possessionariis porcionibus per eosdem ipsi domine modo quo supra perpetuatis, ab omnibus hominibus eorum generacionis pacificam indemniter conservare et propriis eorum laboribus et expensis ipsam aut suos successores expedire; si vero prenotati nobiles ipsam dominam vel suos heredes in prenotatis possessionariis iuribus conservare et defendere nollent vel non possent, tunc premissa omnia prossessionaria iura modo premisso per ipsam dominam ipsis data et perpetuata, in ipsam dominam et suos heredes devolvetur, contradiccione predictorum nobilium non obstante, et omnia possessionaria iura et proprietates quaslibet prenotati Nicolai filii Buzad ubique habitas et quovis nomine vocitatas, prenotati nobiles et eorum heredes tanquam vero et naturali filio ipsius Nicolai filii Buzad, iuxta premisse regalis gracie ipsi domine facte formam, restatuere perpetuare resignare deberent et toto iure ac proprietate quos se in eisdem habere sperarent privarentur ipso facto, hoc declarato, quod si qui ex ipsis hic personaliter non essent, et pro quibus procuratores legitimi non fuissent, extunc ipsi facta premissa divisione, omnes alios quorum

onus super se assumsissent, in presencia capituli Albensis antedicti, statuere et premissa confiteri et perpetuari facere deberent et tenerentur; si vero ipsos statuere non possent, et premissa per eos perpetuari non valerent, tunc in pena premissa convincerentur, dum modo aliqui ex ipsis extra limites regni aut aliquo alio impedimento non essent prepediti; voluerunt eciam ipse partes, quod si aliqui ex ipsis aliquam vel aliquas de possessionibus et porcionibus eorum vendere impignorare vel quoquomodo a se alienare conarentur, extunc nemini alteri extraneis, nisi alter alteri vendere impignorare et alienare possent atque valerent, et eadem domina ac sui successores sua iura eodem modo prout iidem nobiles, et eciam si aliqui ex ipsis absque heredum solacio, quod divine non placeat voluntati, decedere contingeret, tunc possessio et possessionarie porciones talium, in ius et proprietatem dicte domine et suorum successorum eodem modo succederet prout nobilium predictorum, et si eandem dominam premisso modo decedere contingeret, tunc possessionarie porciones eiusdem in ius et proprietatem dictorum nobilium devolvi deberent. In cuius rei memoriam perpetuamque firmitatem presentes concessimus literas privilegiales pendentis et autentici sigilli, quo pretextu honoris nostri utimur munimine roboratas. Datum in Visegrad, secundo die festi Concepcionis virginis gloriose, anno domini M° CCC° LX° quinto.

Hártyán, melyről a pecsét szederjes selyem zsinóron függött; eredetije a herczeg Batthyányi cs. körmendi levéltárában. Véghely D.

5. *A vasvári káptalan előtt, Peleskei Mikcs bán fia Ákos, Kutasi István fia András ellen a megítélt esküt leteszi. 1366. mart. 13.*

Nos capitulum ecclesie Castriferrei damus pro memoria, quod cum secundum seriem et continenciam priorum literarum nostrarum exinde confectarum, magister Akus filius Myckch condam bani de Peleske, vigesimo quinto se nobilibus contra Andream filium Stephani de Kutus, feria quinta proxima ante dominicam Letare proxime preterita super eo, quod ipse in omnibus factis que in literis inquisicionalibus predicti

Andree continebantur, et specialiter in factis potenciariis ac in totali accione et aquisicione eiusdem Andree, innocens existat penitus et immunis, et quod quadraginta marcarum damna eidem Andree non intulisset, coram nobis sacramentum prestare debuisset, tandem ipso termino occurrente, prescriptus magister Akus sum suis coniuratoribus coram nobis personaliter comparendo, iuxta continenciam premissarum literarum nostrarum priorum, contra annotatum Andream filium Stephani suum prestitit sacramentum, ut debebat. Datum sequenti die diei deposicionis iuramenti prescripti, anno domini M° CCC° LX° sexto.

Hártyán, hátlapján a pecsétnek csak nyomai látszanak; eredetije a Vittnyédy cs. ltárában. Nagy Imre.

6. *I. Lajos király Péter zalavári apáttal tudatja, hogy Szeri Pósa utódainak a reájuk rótt bírság-összegeket elengedte; meghagyja tehát az apátnak, hogy ha az említett utódok bizonyos vérdíjat és egy ló árát megfizetnek, ellenükben keresetét szüntesse meg. Kolozsvár, 1366. máj. 10.*

Nos Lodovicus dei gracia rex Hungarie, vobis religioso viro Petro abbati Zaladiensi presentibus notificamus, quod nos universa iudicia, in quibus milites nostri, Blasius Stephanus et Nicolaus filii quondam Pousa de Zeer, ac Johannes filius Ladislai filii eiusdem Pousa, contra vos ordine iudiciario, scilicet propter obligacionis gravamina vel aliter quomodocunque hactenus convicti fuissent, eisdem integraliter, excepta mortificacione illius hominis ad vos pertinentis, de cuius interemcione et unius equi sui ablacione ipse Nicolaus filius Pousa dicitur inculpari, cuius homicidium simul cum precio equi predicti commisimus persolvendum, graciose duximus relaxanda, imo relaxavimus presencium patrocinio mediante; quare fidelitatem vestram requirimus seriose, quatenus habita solucione homicidii hominis et precii equi predictorum, sicut nos predicta iudicia ipsis filiis Pousa et Johanni filio Ladislai graciose relaxavimus, sic et vos eisdem in hac parte condescendere debeatis; et aliud pro nostra gracia non facturi. Datum in Cluswar, feria tercia

proxima ante festum Penthecostes, anno domini Millesimo CCC° LX° sexto.

Hártyán, belől a szöveg alatt veres viaszba nyomott gyűrüs pecsét nyomaival; eredetije Keszthelyen a gróf Festetics cs. ltárában Zaladien. 36. A pecsét alatt e szavak olvashatók: «relácio Georgii-dicti Zudar». Nagy Imre.

7. *I. Lajos király Lindvai Bánfi Istvánnak és Jánosnak Lendva nevű birtokukon Simon Judás napján évenkint tartandó vásárra jogot adományoz. Pécs, 1366. maj. 23.*

relacio Ladislai ducis

Ludovicus dei gracia rex Hungarie et Polonie significamus tenore presencium quibus expedit universis, quod nos recensitis et rememoratis fidelitatibus et fidelium serviciorum meritis nobilium virorum magistrorum Stephani et Johannis filiorum condam Nicolai bani de Lyndva, comitum nostrorum de Zaguria, fidelium nostrorum, quibus iidem in cunctis nostris et regni nostri negociis et processibus tam fideliter quam sincere cum summe fidelitatis fervore nostre studuerunt complacere maiestati et se reddere graciotos utique et acceptos, volentes et ex animo cupientes eisdem magistris Stephano et Johanni fidelibus nostris pro huiusmodi fidelibus serviciis eorum regio occurrere donativo, eorum supplicacione nos inducente, ad eandem possessionem eorum Lyndva nundinas seu forum annuum singulis annis singulisque festis Simonis et Jude apostolorum perpetuo celebrandas, sub libertate nundine civitatis nostre Budensis duximus annuendo concedendas, sine tamen preiudicio aliarum nundinarum comprovincialium. Vos itaque universos mercatores et quoslibet forenses homines cum rebus mercimonialibus procedentes affidamus et assecuramus per presentes quatenus ad predictas nundinas in dicta possessione Lyndva dictorum magistrorum Stephani et Johannis ac fratrum suorum, ex nostra speciali annuencia perpetuo celebrandas, libere veniatis et negociaciones vestras in eisdem tam in vendicionibus quam emcionibus rerum vestrarum secure exerceatis in eisdem; peractisque inibi negociacionibus vestris, ad propria vel ad alia loca que tenderitis, libere procedatis

sub nostra proteccione et tutela speciali, rebus vestris et personis semper salvis. Et hec volumus in foris et in locis publicis palam ubique facere proclamari. Datum Quinqueecclesiis, in vigilia festi Pentecostes, anno domini M° CCC° LX° sexto.

Hártyán, hátára nyomott nagy kir. pecséttel, alatta a föntebbi szavak. Eredetije az orsz. levéltárban. N. R. A. 1540. 14. dipl. oszt. 5459. Nagy Imre.

8. *I. Lajos király Ónod nevű Borsod vármegyei birtok helyett Letenye, Csatár és Heryou nevű birtokokat, a Mura vizén gyakorlandó révjoggal együtt, Szécsy Miklós slavoniai bánnak adományozza. Visegrád, 1366. aug. 26.*

Ad literatorium preceptum domini regis.

Nos Lodovicus dei gracia rex Hungarie significamus tenore presencium quibus expedit universis, quod quia vir magnificus Nicolaus de Sceech, totius Sclavonie banus, dilectus nobis et fidelis, volens in omnibus nostris beneplacitis et votis sincera et devota affeccione conformari, quandam possessionem Olnod vocatam in comitatu Borsodensi existentem, olim per nos pro meritoriis suis serviciis nomine possessionis hominis sine herede decessi sibi perpetuo collatam, possessionibusque fidelis nostri Petri Zudar magistri curie et pincernarum nostrorum vicinam et contiguam, utilemque eisdem et proficuam, iuxta nostre maiestatis nutum et mandatum cum pertinenciis suis universis eidem magistro Petro et suis fratribus perennali iure dedit assignavit et obtulit. Ideo nos tum pretextu dicte possessionis Olnad, tum eciam pro multiphariis multisque modis fidelitatibus et fidelium obsequiorum preclaris meritis eiusdem Nicolai bani, locis et temporibus opportunis nobis et sacre nostre corone exhibitis et impensis, quasdam possessiones nostras Letenye Chatar et Heryou noncupatas, in Zaladiensi comitatu sitas, cum omnibus eorum utilitatibus et utilitatum quarumlibet integritatibus, ac signanter cum portu super fluvio Mura habito, ceterisque ipsarum fructuositatibus et pertinenciis universis, sub omnibus iisdem metis et terminis quibus per priores

suos possessores, ac per nos habite extiterunt et possesse, dedimus donavimus et contulimus prefato Nicolao bano et per consequens venerabili patri domino Dominico episcopo Transsilvano fratri suo, ipsiusque bani heredibus et heredum suorum successoribus iure perpetuo et irrevocabiliter possidendas tenendas pariter et habendas, imo damus donamus et conferimus in his scriptis; salvo tamen iure alieno. Datum in Wyssegrad, feria quarta proxima post festum beati Bartholomei apostoli, anno domini Millesimo CCC° sexagesimo sexto.

Hártyán, hátlapján a nagy felségi pecsét nyomaival; eredetije két példányban a hg. Batthyány cs. körmendi levéltárában; egyik példányon a pecsét alatt e szavak olvashatók: «ad literatorium preceptum domini regis sub sigillo quod in manu sua gestat»; a másik példányon pedig az oklevél felső szélén e szavak állanak: «ad literatorium mandatum domini regis sub sigillo suo secreto annuleo.» Nagy Imre. DL 102321

9. *A vasvári káptalan előtt a Döbrétei családbeliek három ágon, Döbréte nevű birtokukon megosztoznak. 1366. nov 27.*

Nos capitulum ecclesie Castriferrei memorie commendamus, quod Damianus filius Georgii de Debrethe pro se et pro Michaele filio Emerici, Lucasio Andrea et Mathyus filiis Peteuk, in suum honus, necnon Valentinus filius Donch similiter pro se et pro Emerico fratre suo, Georgio filio Andree et Nicolao filio Pauli, modo simili in honus suum, item Cosmas filius Myke de eadem Debrethe pro se et pro Johanne fratre suo, Nicolao et Michaele filiis Emerici, similiter in suum honus, item Georgius filius Bank de predicta Debrethe comitatus Zaladiensis similiter pro se et pro Dominico Nicolao Laurencio Paulo et Emerico fratribus suis carnalibus ac Marko filio Lucassii de eadem Debrethe, quorum honus et gravamen in hoc facto infrascripto per omnia super se assumsit, ad nostram personaliter accedentes presenciam, confessum extitit per eosdem oraculo vive vocis pariter et assertum, quod quia ipsi a principio ab uno avo progressi et propagati sint et existant, nuncque in tribus lineis, videlicet prescripti Damianus filius Georgii, Michael filius Emerici, Lucasius Andreas et Mathyus filii Peteuh, Valentimus et

Emericus filii Donch, Georgius filius Andree et Nicolaus filius Pauli in una; necnon Cosmas et Johannes filii Myke, Nicolaus et Michael filii Emerici in alia seu secunda; item Georgius Dominicus Nicolaus Laurencius Paulus et Emericus filii Bank, ac Marcus filius Lucasii in tercia consanguineitatis fore dignoscantur; ideo in prescripta possessione eorum Debrethe vocata talem inter se et ipsorum posteritates perpetuo duraturam fecissent divisionem, quod eandem cum omnibus suis utilitatibus et pertinentciis quibuslibet, qualicunque nomine vocitatis, ad eandem possessionem ipsorum spectantibus et pertinentibus, in superficieque eiusdem existentibus, in tres partes et porciones coequales divisissent, cuius recta tercia pars ultra rivulum Kukenyespataka appellatum ab occidente habita, videlicet a parte aquilonis existens et adiacens, prelibatis Damiano Michaeli Lucasio Andree et Mathyus provenisset, alie vero due partes ipsius possessionis Debrethe nuncupate, scilicet una pars in eadem linea seu contrata iuxta porcionem dictorum Damiani et fratrum suorum a meridie, et alia seu porcio ex alia parte predicti rivuli ab oriente existentes et adiacentes, Cosme Johanni Nicolao et Michaeli, Georgio Dominico Nicolao Laurencio Paulo et Emerico filiis Bank, ac Marko filio Lucasii supradictis cessissent et provenissent perpetuo et irrevocabiliter possidere tenere pariter et habere in filios filiorum et heredum per heredes; porcionem autem prescriptorum Damiani et fratrum suorum seu terciam partem dicte possessionis Debrethe nominate ab illis predictis duabus partibus eiusdem his signis metalibus distingi et separari affirmarunt: quod primo et principaliter inciperetur in predicto rivulo Kukenyespataka vocato, et de eodem exeundo ad occidentem ad quandam arborem vulgo wenyzfa dictam eundem rivulum habitam, abhinc parvum declinando ad meridiem, perveniret ad quandam magnam viam, ipsamque viam saliendo ad occidentem, procederet ad arborem piri, deinde directe transit ad silvam super locum vinee Beduchzeley dicte, abinde in vertice montis flecteretur ad aquilonem, ad spacium longitudinis unius iugeris terre arabilis, deinde in quadam semita divertendo iterum ad occidentem inter duas vineas

predictorum Damiani filii Georgii et Dominici fili Bank, et directe versus eandem partem occidentis currendo transiret similiter inter alias duas vineas Nicolai scilicet sartoris et predicti Cosme filii Mike, et perveniret ad metas possessionis Myley, ibique terminaretur; et hec premissa signa metalia ac distincciones predicte, ubi ad aquilonem prenominatis Damyano filio Georgii et fratribus suis, ad orientem vero et ad meridiem Cosme et Johanni filiis Myke et filiis Bank ac fratribus eorumdem superius nominatis separarent et distingerent; hoc inserto, ut quicunque ex ipsis in porcione alterius ipsorum nunc vineas haberent, easdem libere absque aliquibus iuribus seu debitis et tributis moncium conservare possint atque valeant, ceterum duas vineas, unam videlicet Damiani filii Georgii et aliam Georgii filii Andree, in eadem latitudine in qua nunc existunt, ad primariam distinccionem earumdem ab occidente incipiens versus orientem, cum longitudine usque prescriptum rivulum, uti eisdem et possidere commiserint; hoc eciam declarato, quod quecunque possessionarie porciones eorum tam apud filios Blasii de Kukenyes quam eciam apud manus alienas occupative haberentur, easdem ab eisdem manibus alienis communi labore et expensa requirere et reinvenire, requisitasque et reinventas modo simili inter se partes dividere tenebuntur. Preterea literas eorum quaslibet, exceptis presentibus, inquisicionales scilicet prohibicionales et divisionales, usque ad hec tempora iniuriose contra se se et eciam inter se emanatas et confectas, cassas vanas commiserint, viribusque carituras ac earumdem evhibitoribus nocituras, sicut omnia et singula premissorum per prenominatos Damianum filium Georgii, Cosmam filium Myke et Georgium filium Bank ac Valentinum filium Donch suis et aliorum prenominatorum fratrum eorumdem in personis extitit ordinatum et voluntarie assumtum, coram nobis, vigore et testimonio presencium mediante. Datum feria sexta proxima ante festum beati Andree apostoli, anno domini M° CCC° LX° sexto.

Hártyán, hátán pecsét nyomaival, eredetije az Orsz. Ltárban, N. R. A. 410. 24. dipl. oszt. 5514. Nagy Imre.

10. *A zalavári convent előtt Haholthi Miklós és Lőrincz fiai, a rajki szent Mártonról nevezett egyház kegyuraságát Rajki Miklós fiaira, kiket az régi joguknál fogva megillet, átruházzák. 1367. apr. 12.*

Conventus monasterii beati Adriani martiris de Zala, omnibus Christi fidelibus tam presentibus quam futuris, presentem paginam intuentibus, salutem in salutis largitore. Ad universorum noticiam harum serie volumus pervenire, quod magister Nicolaus filius Nicolai et Jacobus et Nicolaus filii Laurencii filii Herbordi de Haholt ab una, parte vero ab altera Georgius et Thomas filii Nicolai de Raik coram nobis personaliter constituti, per dictos magistrum Nicolaum filium Nicolai, Jacobum et Nicolaum filios Laurencii propositum extitit oraculo vive vocis pariter et relatum, quod quia dicti Georgius et Thomas ab antiquo ecclesie sancti Martini in dicta Rayk habite veri et legitimi fuissent patroni, et dictus patronatus ipsorum propter longaminitatem temporis in oblivionem fuisset redactus, ideo ipsi maturo inter se ipsos prehabito consilio, dictos Georgium et Thomam in veros et legitimos assumsissent patronos et assumserunt coram nobis, dantes eisdem in dicta ecclesia potestatem quam veri patroni in ecclesia secundum regni consvetudinem habere consveti sunt, in filios filiorum perpetue et inrevocabiliter habendi et tenendi. Datum feria secunda post dominicam Ramispalmarum, anno domini M° CCC° LX° septimo; presentibus domino Petro domino et prelato nostro, fratre Nicolao priore, Thevrico custode, ceterisque quampluribus fratribus in dicto nostro monasterio deo iugiter famulantibus.

Hártyán, a pecsét hiányzik; eredetije a Rajky cs. levéltárában, Felső-Rajkon. Véghely D.

11. *A zalavári convent előtt Pakodi Márton fiai, a Tóthpataka mellett fekvő rétbirtokukat Tilaji Miklós deáknak és társainak eladják. 1368. febr. 24.*

Conventus ecclesie sancti Adriani martiris de Zala, universis Christi fidelibus presens scriptum inspecturis, salutem in omnium salvatore. Cum oblivio inimica sit memorie, dignum est ut omnes contractus legitimi, testimonio scripta-

rum muniantur. Proinde ad universorum noticiam harum serie volumus pervenire, quod Nicolao Benedicto et Johanne filiis Martini filii Johannis de Pokud personaliter ab una, item magistro Nicolao literato de Thylay, Laurencio filio Johannis et Nicolao filio Andree de eadem Thylay personaliter ab altera, coram nobis constitutis, per eosdem, videlicet Nicolaum Benedictum et Johannem filios Martini, propositum extitit et relatum ministerio vive vocis, quod ipsi quoddam pratum ipsorum iuxta aquam seu fluvium Touthpataka vocatum ab occidente existens et habitum, simulcum nemore et rubeto in circuitu eiusdem prati ad partem meridionalem usque terras arabiles eorumdem Nicolai Benedicti et Johannis, ac ad occidentales et septemtrionales usque metas possessionis magistri Herrici Thylay vocate existentibus, necnon quandam particulam terre eorum penes eundem nemus a parte meridiei existentem, latitudine decem iugerum a dicto fluvio Thouthpataka incipiendo versus partem occidentalem usque magnam viam Thilayuth dictam, metam videlicet predicti magistri Herrici, cum omnibus utilitatibus, pratis videlicet et virgultis ac locis vinearum, antea per eundem Martinum patrem ipsorum eisdem magistro Nicolao literato, Laurencio filio Johannis et Nicolao filio Andree mediantibus literis capituli ecclesie Castriferrei pro quatuor marcis denariorum pignori obligatas, receptis ab eodem magistro Nicolao literato similiter quatuor marcas, marcam quamlibet cum decem pensis computando, eisdem magistro Nicolao literato, Laurencio filio Johannis et Nicolao filio Andree, et per eos ipsorum heredibus heredumque suorum successoribus, vendidissent tradidissent et contulissent, imo vendiderunt tradiderunt et contulerunt perpetuo et irrevocabiliter possidendum, tenendum, conservandum et habendum, totum ius et dominium dominiique proprietatem eiusdem prato *(igy)* nemoribus et rubetis ac dicta particula terra *(igy)* penitus et per omnia excipiendo, sed totum ius et dominium eiusdem prati, nemoris ac rubeti et terre particule, in ipsos magistrum Nicolaum literatum, Laurencium filium Johannis et Nicolaum filium Andree transtulendo et transferendo. Cuiusquidem vendicioni et tradicioni ipsius prati et nemoris ac virgulti nec non par-

ticule terre, magistri Herricus filius Nicolai dicti Kakas de Rohonch, Nicolaus filius Johannis filii condam Nicolai palatini de Beer, ac magistri Ladislaus filius Philippi de Zengerolth, Dionisius Philippus et Nicolaus filii eiusdem magistri Ladislai, nec non Petrus filius Nicolai filii predicti Philippi personaliter coram nobis astantes, vicini et commetanei dictorum Nicolai Benedicti et Johannis, consensum prebuerunt benivolum et assensum. In cuius rei memoriam firmitatemque perpetuam, presentes literas nostras privilegiales pendentis et autentici sigilli nostri munimine roboratas medioque alphabeto intercisas duximus concedendas. Datum feria quinta proxima post diem Cinerum, anno domini Millesimo CCC° sexagesimo octavo.

Hártyán, hártya-szalagon függött pecsét nyomaival, felül cyrographummal; eredetije az Országos Levéltár 29170. dipl. oszt. Nagy Imre.

12. *Opuliai László nádor által Mándhidán tartott közgyűlésen, Kolgyári András a rezneki nemeseket Kolgyár és Szentgyörgy nevű birtokok elfoglalásától tiltja. Mándhida, 1368. apr. 27.*

Nos (Ladislaus dux Opulie) regni Hungarie palatinus et iudex comanorum d(amus pro memoria, quod in) congregacione nostra generali, universitati nobilium comitatus Zaladiensis, feria secunda videlicet in festo beati Georgii martiris prope villam (Mandhida) celebrata, Andreas filius Pauli de Kolgyar de medio aliorum exsurgendo, universos vicinos et commetaneos possessionum suarum Kolgyar et Zenth-Geurgh vocatarum, pre aliis (vero) nobiles de Reznek ab indebito et potenciario quarumlibet usuum fructuum et utilitatum dictarum possessionum percepcione et precipi faccione facta vel facienda, prohibuit contradicendo et contradixit inhibendo publice coram nobis. Datum quarta die congregacionis nostre predicte, in loco memorato, anno domini Millesimo CCC° LX° octavo.

Eredetije rongált állapotban, nagyon elhalványult írással s zárlatán pecsét töredékeivel, a kolgyári Császár cs. ajándékából a Nemzeti Muzeumban őriztetik. Nagy Imre.

13. *Opuliai László nádor által Mándhidán tartott közgyűlésen Kutasi Cseh János, a Szentkirályi Illéstől eltulajdonított bor, egy kurta mente és egy szablya értéke fejében, körmendi mérték szerint harmincz csöbör bor kiszolgáltatására és három márka denár megfizetésére kötelezi magát. Mándhida, 1368. maj. 5.*

Nos Ladislaus dux Opulye regni Hungarie palatinus et iudex comanorum memorie commendamus, quod in congregacione nostra generali, universitati nobilium comitatus Zaladiensis feria secunda videlicet in festo beati Georgii martiris prope villam Mandheda celebrata, Elia filio Johannis de Zenthkyral ab una, item Johanne dicto Cheh filio Dominici de Kutus parte ab altera coram nobis personaliter constitutis, per eosdem confessum extitit et relatum ministerio vive vocis in hunc modum, quod ipsi in causa quam idem Elias contra ipsum Johannem dictum Cheh in presenti congregacione nostra super facto potenciarie ablacionis unius tunelle vini sui octo talenta denariorum valentis, unius chlamidis tres marcas valentis, ac unius gladii uno florene *(így)* valentis, nec non trium marcarum denariorum suorum movere intendisset coram nobis, mediante composicione et ordinacione proborum virorum, obtenta nostra iudiciaria licencia concordandi, taliter concordassent et concordarunt nostri in presencia, quod idem Elias ipsum Johannem super premissa potenciaria ablacione predicte unius tunelle vini et aliarum rerum predictarum, reddidisset et commisisset expeditum imo commisit coram nobis; e converso autem ipse Johannes dictus Cheh, prefato Elye in satisfactionem omnium premissorum primo unam tunellam vini boni, in qua triginta tine vini cum tinis de Kurmund habitis forent et existerent, in eadem Kurmend feria tercia proxima ante festum Penthecostes proxime ventura, sine crastinacione coram testimonio capituli ecclesie Castriferrei libere dare, et tandem in quindenis festi nativitatis beati Johannis Baptiste proxime affuturi similiter sine crastinacione in eodem capitulo Castriferrei idem Johannes predicto Elye tres marcas denariorum, quamlibet marcam cum decem pensis computando, in promtis denariis similimodo libere et absque estimacione aliquali ac exclusa pos-

sessionaria dacione, dare et solvere assumsisset et assumsit nostri in presencia, tali obligacione mediante, quod si ipse Johannes premissam unam tunellam vini et predictas tres marcas ipsi Elie in pretactis terminis non daret, extunc contra eundem Eliam in succubitu duelli facti potencialis convinceretur eo facto. Et dum pars alteram partem in causam in cuiuscunque iudicis presenciam attraheret, extunc ipsum Johannem dictum Cheh in primo termino absque prorogacione aliquali iudex eorum ordinarius in ipso succubitu duelli facti potencialis committeret fore aggravatum, contra Eliam antedictum; de iudicio autem ipsius habite pacis idem Johannes dictus Cheh nos in toto assumsisset complacare. Datum duodecimo die congregacionis nostre predicte, in loco memorato, anno domini Millesimo CCC° LX° octavo.

Hátlapján ép pecséttel; eredetije a Máriássy cs. levéltárában. Nagy Imre.

14. *Bebek István országbíró ama perben, mely Mindszenti Miklós és Bánfi Miklós fiai közt a Zala mellett fekvő Mindszent nevű birtok feléért folyt, a vasvári káptalant vizsgálatra küldi ki. Visegrád, 1368. maj. 12.*

Capitulo ecclesie Castriferrei comes Stephanus Bubeek iudex curie . . . Noveritis quod Nicolaus filius Johannis de Mendzenth pro se personaliter, pro Laurencio vero filio Andree de eadem cum procuratoriis literis conventus ecclesie Zaladiensis, iuxta continenciam priorum literarum nostrarum prorogatoriarum in octavis festi beati Georgii martiris coram nobis comparendo, contra magistrum Stephanum filium condam Nicolai bani de Lyndua quasdam literas magnifici viri Nicolai Konth pridem regni Hungarie palatini et iudicis comanorum adiudicatorias, asserens accionem et propositionem suam contra predictum magistrum Stephanum proponendam in eisdem contineri, nobis presentavit inter cetera declarantes, quod in congregacione ipsius domini Nicolai palatini generali, universitati nobilium comitatus Zaladiensis feria secunda proxima ante festum beati Jacobi apostoli in anno domini

M° CCC° L° nono transacto preteritum, prope villam Mandhyda celebrata, Andreas filius Iwan et Nicolaus filius Johannis de Mendzenth, de medio aliorum exurgendo, prout ipse dominus palatinus per literas suas in eadem congregacione sua emanatas fuisset informatus, proposuisset eo modo, quod magnificus vir dominus Nicolaus filius Stephani magister tavarnicorum reginalium, medietatem dicte possessionis ipsorum Mendzenth vocate in ipsorum iuris derogamen detineret occupatam, et quia litere regales patentes dicto domino palatino pluries super eo exhibite fuissent, ut universas causas possessionarias contra eundem dominum Nicolaum per quempiam coram ipso domino palatino motas, in curiam ad octavas festi beati Martini confessoris tunc affuturi deberet prorogare, ideo ipse palatinus dictam causam ob regium literatorium preceptum ad easdem octavas festi beati Martini confessoris duxisset prorogandam tali modo, ut instrumenta, si que partes in facto dicte possessionis Mendzenth se habere sperarent, in eisdem octavis contra se exhibere tenerentur coram ipso, quibus visis iudicium et iusticiam facere valeret inter partes in premissis, prout postularet ordo iuris; ad quas quidem octavas festi beati Martini confessoris, prefatus Nicolaus banus non venisset nec misisset, se iudiciali honere mediantibus literis ipsius domini palatini innodari committendo; demum cum idem Nicolaus filius Johannis et Andreas filius Iwan de Mendzenth, acceptis Demetrio filio Ladislai de Mendzent ipsius palatini, ac religioso viro fratre Stephano presbitero conventus ecclesie Zaladiensis hominibus, in dominica Esto mihi ad faciem particule terre condam Petri filii Herrandi iuxta fluvium Zala existentis, vicinis et commetaneis suis universis legitime convocatis et presentibus accedendo reambulare per veras suas metas et antiquas, novas metas iuxta veteres in locis necessariis erigendo, ac ab aliorum possessionariis porcionibus separari et nomine sui iuris sibi statui facere voluisset, Petrus filius Andree villicus de Wyfalu in personis Stephani Johannis Nicolai et Ladislai filiorum domini Nicolai filii Stephani de Lyndua condam bani non a reambulacione sed metarum ereccione et statucione cuiusdam particule terre eosdem prohibuisset, unde eosdem

Stephanum Johannem Nicolaum et Ladislaum filios dicti domini Nicolai bani, contra eosdem Nicolaum filium Johannis et Andream filium Iwan, in die et loco prenotatis, ad quindenas diei Cinerum tunc affuturas iidem ipsius palatini et dicti conventus homines, in ipsius palatini presenciam citavissent; a quibus quidem quindenis diei Cinerum ipsa causa inter partes prenotatas ob literatorium regium preceptum ad octavas festi beati Michaelis archangeli tunc venturas extitisset protelata. Tandem ipsis octavis festi beati Michaelis archangeli adherentibus, prefatus Andreas filius Iwan pro se personaliter, pro ipso vero Nicolao filio Johannis cum procuratoriis literis vestris, presente magistro Cosma literato qui pro eisdem Stephano Johanne Nicolao et Ladislao filiis Nicolai condam bani cum procuratoriis literis iudicis curie regie astitisset, dictam terre particulam iure hereditario eis pertinere debere, super eademque literalia instrumenta se habere allegans, racionem premisse contradictorie inhibicionis in personis dictorum filiorum prescripti condam Nicolai bani, in statucione dicte particule terre per eosdem filios Nicolai condam bani sibi facte, postulasset assignari coram dicto domino palatino iusticia admittente; quo percepto prefatus magister Cosmas literatus in ipsius palatini exsurgendo presenciam, respondisset isto modo, quod predicta terre particula, quondam prefati Petri filii Herramdi, eisdem Stephano Johanni Nicolao et Ladislao filiis condam Nicolai bani efficacium instrumentorum vigoribus pertineret, que non ad tunc, sed in termino ulteriori per ipsum palatinum eis dando exhibere promti essent et parati; unde idem palatinus commisisset, ut tam iidem Andreas et Nicolaus, quam prefati filii sepefati condam domini Nicolai bani, dicta ipsorum instrumenta, si que super facto dicte particule condam ipsius Petri filii Herramdi haberent confecta, in octavis festi beati Georgii martiris tunc venturis contra sese exhibere tenerentur, ut his visis, iudicium et iusticiam facere valeret inter partes in premissis, ut dictaret ordo iuris; quibus quidem literis exhibitis, adhuc prenotatus Nicolaus filius Johannis in sua et dicti Laurencii personis, quasdam duas literas, unam excellentis et magnifici principis domini Andree condam regis

Hungarie felicis recordacionis, ac aliam conventus ecclesie Zaladiensis privilegiales, nobis demonstrarunt, in cuius quidem privilegii ipsius domini Andree regis, in anno domini M° CC° duodecimo, regni autem sui anno octavo emanati tenore inter cetera per Stephanum filium Mauri comitis quandam terram ad unum aratrum sub Zala constitutam, quam idem Stephanus de propria terra sua Zala excepisset, et quam terram dictus comes Maurus Abherd *(igy)* comparasset, Pyssa servienti suo in retribucionem fidelis servicii eiusdem iure hereditario per ipsum possidendam, sub metis in eisdem conscriptis, datam et concessam fuisse, per ipsumque dominum Andream regem eo modo eidem Pyssa suisque heredibus confirmatam fuisse, quod nullus de generacione dicti Stephani vel filiorum suorum ipsum Pyssa ab eodemque descendentes super terra posset inquietare; continencia vero dictarum literarum ipsius conventus in festo beati Clementis pape anno domini M° CCC° XX° octavo emanate, per nobilem dominam Margaretam filiam Andree filii Petri de Kyralhyda, relictam Nicolai filii Endre, et Philippum fratrem eiusdem domine, super dote sua ac quarta filiali domine Elizabet filie eiusdem, Nicolaum Juanem et Johannem filios Vrmand fratres predicti Nicolai coram ipso conventu tunc astantes, receptis ab eis tribus et dimidia marcis, expeditos commisisse declarabat. Quibus exhibitis eodem Nicolao premissa instrumenta per annotatum magistrum Stephanum exhibere assumta per eundem exhiberi postulante, magister Blasius literatus et Paulus filius Myxe pro eodem magistro Stephano cum procuratoriis literis regalibus in nostram exsurgendo presenciam, pro premissis exhibere assumtis instrumentis quasdam literas annotati domini nostri regis privilegiales, duobus sigillis eiusdem pendentibus, uno scilicet novo et altero in partibus Vzure pridem deperdito consignatas, anno domini M° CCC° XL° septimo emanatas, tenores quarumdam literarum serenissimi principis domini Karoli pridem similiter regis Hungarie patris sui recolende memorie similiter privilegialium, sub anno domini M° CCC° XXX° quarto, quinto kalendas Septembris, regni autem sui anno similiter XXX° quarto emanatarum transsumtive in se confirmantes, nobis

presentavit, in quarum tenore inter alia per ipsum dominum Karolum regem quandam terram seu possessionem condam Petri filii Hernanth, ut dictum extitisset heredum solacio carentis, iuxta fluvium Zala inter villas Chan et Mendzenth vocatas in comitatu Zaladiensi existentem, Nicolao filio Stephani de Lyndua comiti Zaladiensi et agazonum domine regine consortis sue magistro, pro fidelibus serviciis eiusdem cum omnibus suis utilitatibus perpetuo collatam fuisse, ac per eiusdem domini Karoli regis et capituli Vesprimiensis homines, sub eisdem metis sub quibus idem prius tenuisset, sibi nullo contradictore existente statutam extitisse comperimus evidenter. Factis itaque exhibicionibus premissarum literarum, annotatus Nicolaus filius Johannis in sua et dicti Laurencii filii Andree personis allegavit eo modo, quod prenominatus Petrus filius Hernanth, cuius possessionem prefatus dominus noster rex annotato Nicolao condam bano modo premisso perpetuo contulisset, frater eorum patruelis extitisset. Nam annotatus Pyssa avus eorum filium nomine Pangracium, ipse vero Pangracius tres filios scilicet Vrmand Endre et Hernand successive generassent, predictus vero Johannes pater suus, ac Iuan pater dicti Andree patris ipsius Laurencii filii condam dicti Vrmand fratris dicti Hernanth extitissent, ipse vero Endre ab hac luce sine heredibus decessisset, et ex eo possessionaria porcio dicti Petri filii Hernanth racione ipsius patruelis fraternitatis in eos succedere deberet iusticia requirente; et ibidem quasdam tres literas, unam conventus de Kapornuk ac duas prelibati domini nostri regis preceptorias et prohibitorias nobis presentavit; in quarum prime videlicet ipsius conventus de Kapornuk litere, feria secunda proxima ante festum beati Georgii martiris, in anno domini M° CCC° XL° primo confecte continencia, per Johannem filium Vrmand et Nicolaum filium eiusdem ac Andream filium Juan fratris ipsius Johannis nobiles de Mendzenth de iuxta Zala, universos homines ab occupacione eiusdem possessionis eorum fructuumque eiusdem percepcione, et alios quoslibet ab eius donacione, collacione, vendicione seu impignoracione vel quovis modo a se alienacione in presencia dicti conventus de Kapornuk prohibitos fuisse; in teno-

ribus autem dictarum duarum literarum regalium prohibitoriarum, unius sabbato proximo post festum Divisionis apostolorum, et alterius feria secunda post octavas festi beati Michaelis archangeli literarum, in anno domini M° CCC° XL° septimo confectarum, per Johannem filium Vrmandi, Nicolaum filium eiusdem et Andream filium Juan de Mendzenth, magnificum virum Nicolaum filium Stephani condam banum et alios quoslibet ab occupacione predicte possessionis ipsorum Mendzenth vocate et se intromissione in eandem facta vel facienda, coram annotato domino nostro rege inhibitos exstitisse comperimus evidenter. His itaque habitis, partibusque predictis in premissis nulla plura instrumenta se habere vel exhibere posse asserentibus, prenominati procuratores dicti magistri Stephani in contrarium premisse assercionis predicti Nicolai filii Johannis obicierunt eo modo, quod prenominatus Pyssa, quem dictum privilegium domini Andree regis nominaret, et per consequens annotatus Petrus filius Hernanth prelibatis Nicolao filio Johannis et Laurencio filio Andree in nulla fraternitatis linea attinuisset, sed iidem Johannes pater ipsius Nicolai ac Laurencius pater dicti Andree filii sororum prelibati Hernant extitissent, et in dicta possessione idem Hernanth quandam porcionem possessionariam, in cuius dominio nunc predicti Nicolaus et Andreas existerent, cum domina sorore sua tradidisset, et sic ipsi in eadem tanquam filii sororum forent porcionati, et in eo eundem magistrum Stephanum ad iuridicam attestacionem vicinorum et commetaneorum, comprovincialiumque suorum nobilium comitatus Zaladiensis submittere presto essent et parati; e converso vero prelibato Nicolao filio Johannis se et dictum Laurencium in premissa sua assercione modo simili ad dictam communem inquisicionem committente, et quia ad dictam communem inquisitionem ac estimacionem possessionarie porcionis prenotate modo inferius declarando faciendas, regii et vestri homines necessario sunt destinandi, idcirco vestram amiciam presentibus petivimus diligenter, quatenus vestros mittatis homines pro testimoniis fide dignos, quibus presentibus Michael dictus Kaza de Zelenche vel Johannes filius Michaelis de Marzalmellek aut Johannes filius Nicolai

de Karmach seu Stephanus filius Petheu de Tekenye pro parte predictorum actorum, item Simon filius Pauli de Ollar vel Bothka de Zanthou aut Ladislaus filius Michaelis de Zeplak seu Thomas filius Nicolai de Bagud pro parte annotati in causam attracti aliis absentibus homines regii, in quindenis festi Nativitatis beate virginis nunc venturis et aliis diebus subsequentibus ad idque sufficientibus, ad faciem predicte possessionarie porcionis condam dicti Petri filii Hernanth in dicta Mendzenth apud manus dicti magistri Stephani et suorum fratrum habite, vicinis et commetaneis suis universis legitime convocatis et partibus vel eorum legitimis procuratoribus presentibus accedant, ac eandem iuxta demonstracionem predictorum Nicolai et Laurencii reambulando signisque, metalibus undique consignando, regali mensura mensurando vel si mensurari nequirent visu considerando, visis et circumspectis quibuslibet suis utilitatibus, deum pre oculis habendo, absque scrupulo cuiuslibet falsitatis, unacum aliis probis viris estiment lege regni requirente; hisque peractis ibidem, a vicinis et commetaneis et ab aliis nobilibus comprovincialibus a quibus decens et opportunum fuerit, per ipsas partes illic convocandis et congregandis, de eo, utrum prenominati Nicolaus filius Johannis et Laurencius filius Andree cum denotato Petro filio Hernant modo premisso in una condivisionali patruelis fraternitatis linea fuerint et existant, dictaque possessionalis porcio eiusdem in eosdem de iure devolvi debeat, regieque collacioni in nullo attinens fuerit et attineat, aut iidem Nicolaus et Laurencius predicto condam Petro filio Hernanth in nulla fraternitatis linea attinuerint et attineant, in dictaque possessione Mendzenth tanquam filii sororum dicti condam Hernanth modo premisso ex collacione eiusdem porcionati extiterint, et sic dictam possessionariam porcionem prelibati Petri filii Hernanth eodem sine herede decesso idem dominus noster rex predicto condam domino Nicolao bano de iure conferre valuerit, deo pre oculis habito, absque scrupulo cuiuslibet falsitatis, amore favore et odio cuiuslibet partis non allecti, ad fidem eorum deo debitam fidelitatemque domino nostro regi et suo sacro diademati observandam, simul et ad invicem procedendo,

palam et occulte sciant et inquirant meram et omnimodam veritatem; et post hec ipsius possessionarie reambulacionis estimacionis et inquisicionis seriem, cum propriis et possessionum attestancium nominibus, ad quindenas festi beati Michaelis archangeli nunc affuturas, domino nostro regi fideliter rescribatis. Datum in Wyssegrad, duodecimo die termini prenotati, anno domini M° CCC° LX° octavo.

Zárlatán pecsét töredékeivel; eredetije az orsz. levéltárban, N. R. A. 601. 8. dipl. oszt. 5636. Közölve Kovács N. másolatából.

15. *I. Lajos király János fiainak, Miklós és Péter udvari jegyzőknek, Arácson birtokot adományoz. A Berén falu melletti erdőben, a király vadászó helyén, 1368. jun. 18.*

Nos Lodovicus dei gracia rex Hungarie memorie commendantes tenore presencium significamus universis, quod nos consideratis fidelitatibus et fidelium serviciorum meritis magistrorum Nicolai et Petri (filiorum Johannis) curie nostre notariorum, que iidem in officio notarie iuxta eorum posse diligenter et sollicite ac laudabiliter exhibuisse hactenus dinoscuntur, exhibere anhelant in presenti, et exhibituros se offerunt iugiter in futurum, quandam particulam possessionariam condam Damiani filii Thome dicti Toth, hominis ut dicitur sine herede defuncti, et ex eo iuxta consvetudinem nostri regni manibus nostris regiis devolutam, nostroque collacioni per(tinentem, et) habitam in possessione Arach vocata, existenti in comitatu Zaladiensi, cum terris arabilibus, pratis silvis vineis et vinearum montibus, aquis ac aliis utilitatibus ad eandem spectantibus, omnibus nec non pertinenciis suis quocunque nomine censeantur; item alias porciones nostras possessionarias in eadem possessione Arach vocata habitas, similiter cum suarum utilitatum ac pertinenciarum integritatibus, ac metarum veterum et..... cursibus sub quibus dinoscuntur perstitisse, eisdem magistris Nicolao et Petro ac per eos Augustino fratri et duabus sororibus ipsorum carnalibus nunc extantibus eorumque heredibus et posteris universis utriusque sexus, dedimus et contulimus nove donacionis nostre et omni eo iuris titulo quoad

nostram spectant collacionem, ac mere nobilitatis prerogativa, perpetue et irrevocabiliter tenendas et possidendas, asscribentes ipsis . . . . . ditatem eorumdem, salvo solum iure alieno. Presentes vero dum nobis reportabuntur, sub maiori nostro sigillo faciemus emanari. Datum in silvis prope villam Beren, loco venacionis nostre, die dominico proximo post octavas festi Corporis Christi, anno eiusdem M° CCC° LX° octavo.

I. Lajos királynak 1378 febr. 14-én kelt megerősítő privilegiumából, melynek eredetije F.-Előrsön a Mórocza cs. ltárában őriztetik. Nagy Imre.

16. *I. Lajos király Buken vár-jobbágynak Kürtös nevű birtokát, Bánfi István zagoriai ispánnak és testvéreinek adományozza. Visegrád, 1368. jun. 21.*

Nos Lodovicus dei gracia rex Hungarie memorie commendantes significamus tenore presencium quibus expedit universis, quod magister Stephanus filius condam Nicolai bani filii Stephani de Lyndua comes Zaguriensis fidelis noster et dilectus, ad nostram accedendo presenciam, propositis suis fidelitatibus et serviciis per ipsum nostre maiestati locis et temporibus opportunis exhibitis et impensis, quandam possessionariam porcionem in possessione Kyurteus vocata in comitatu Zaladiensi existenti habitam, que condam Buken iobagionis castrensis condicionarii fuisse dicitur, a nobis sibi, item Johanni Nicolao et Ladislao fratribus suis uterinis perpetuo dari et conferri postulavit. Nos itaque qui ex innata nobis regie liberalitatis clemencia cunctorum fidelitates et servicia animo metiri debemus pietatis, recordatis fidelitatibus et serviciorum multimodis meritis eiusdem magistri Stephani per eundem in cunctis nostris et regni nostri negociis summe diligencie studio nostre celsitudini exhibitis et impensis, prefatam possessionariam porcionem in dicta possessione Kyurteus nominata in prefato comitatu Zaladiensi existenti habitam, que prefati Buken iobagionis castrensis fuisse asseritur, nostre collacioni ut dicitur pertinentem, cum omnibus suis utilitatibus et pertinenciis universis, omni eo iure quo eadem nostre incumbit

collacioni, nove donacionis nostre titulo dedimus donavimus et contulimus prefato magistro Stephano et per eum fratribus suis predictis eorumque heredibus et posteritatibus universis iure perpetuo et irrevocabiliter sub mero et sincero nobilitatis titulo possidendam tenendam et habendam, salvo iure alieno. Datum in Wyssegrad, feria quarta proxima ante festum nativitatis beati Johannis Baptiste, anno domini M° CCC° LX° octavo.

Eredetije az orsz. ltárban N. R. A. 582. 39. dipl. oszt. 5677. Nagy Imre.

17. *Bebek István országbíró ítélete bizonyos rigácsi birtokrészek iránt, Rigácsi Balázs fia János, Demeter fia Balázs és Pál fia Péter között folyt perben. Visegrád, 1369. máj. 28.*

Nos comes Stephanus Bubeek iudex curie domini Lodovici dei gracia incliti regis Hungarie, memorie commendantes tenore presencium significamus quibus expedit universis, quod Johannes filius Blasii de Rygach personaliter iuxta continenciam literarum capituli ecclesie Castriferrei evocatoriarum, in quindenis festi nativitatis beati Johannis Baptiste, proxime preteritis, in figura nostri iudicii comparendo, contra Blasium filium Demetrii et Petrum filium Pauli de eadem Rygach easdem literas evocatorias domino nostro regi ad suum literatorium edictum rescriptas, tenores literarum suarum eidem capitulo Castriferrei directarum verbaliter in se habentes, asserens accionem suam literis contineri in eisdem, prout per alias literas nostras exinde confectas edocebamur, nobis presentarat declarantes inter cetera, quod predictus Johannes dominis nostris regi et regine genitrici sue karissime, super eo conquestus esset, ut Blasius filius Demetrii Petrus filius Nicolai et alii nobiles de dicta Rygach ipsum ex parte dicte possessionis asserentes, eicere et expellere vellent possessione de eadem, cum tamen ipse pociorem haberet possessionem in predicta; quare ipse dominus noster rex fidelitati dicti capituli Castriferrei firmiter precepisset, quatenus ipsorum mitterent hominem pro testimonio fidedignum, quo presente homo suus regius infradeclarandus . . . . . veritate premis-

sorum, evocaret prenominatos et alios nobiles de dicta Rygach, quos idem Johannes nominaret, contra eundem in suam regiam presenciam ad terminum competentem, racionem de premissis reddituros, et post hec facti seriem sue maiestati fideliter rescriberet capitulum prenotatum. Ipsum itaque capitulum regiis preceptis obediens, unacum Georgio filio Petri homine regis, Nicolaum chori ecclesie eorum clericum ad predictam evocacionem faciendam pro testimonio transmisisset, qui tandem ad ipsum capitulum reversi, eidem concorditer retulissent, quod ipsi die dominico proximo post festum beatorum Viti et Modesti martirum proxime preteritum, predictos Blasium filium Demetrii Petrum filium Nicolai, Petrum filium Pauli, Laurencium filium Nicolai et Valentinum filium predicti Nicolai, contra annotatum Johannem filium Blasii, ad quindenas festi nativitatis beati Johannis Baptiste tunc proxime venturas in regiam evocassent presenciam. De hinc idem Johannes quasdam quatuor literas unam prepositi et conventus de Jurle patentem, ac secundam vicecomitis et iudicum nobilium comitatus Zaladiensis clause confectam, terciam dicti capituli Castriferrei, et quartam domini Ladislai ducis Opuliensis et regni Hungarie palatini ambas patentes nobis demonstrarat; quarum prima scilicet dictorum prepositi et conventus de Iurle in die conversionis beati Pauli apostoli anno domini M° CCC° XL° octavo confecta, inter cetera per comitem Arnoldum filium Dionisii et Demetrium filium Gogan tam pro se, quam pro Blasio et Johanne filiis suis scilicet Demetrii nobiles videlicet de Rygach in presencia eorumdem prepositi et conventus personaliter comparentes, medietatem cuiusdam particule terre ipsorum hereditarie in eadem Rygach habite, a Paulo filio Adriani, homine ut dixissent generacionis ipsorum sine herede decesso ad eos devolute, Johanni filio Blasii filio scilicet sororis ipsorum tunc similiter personaliter inibi adherenti, de consensu et permissione generacionum et proximorum suorum sicut dixissent, cum omnibus utilitatibus et pertinenciis suis universis, tam scilicet fenetis quam silvis, que ad eandem spectare, dinoscerentur, et per eum suis heredibus ac successoribus, tali obligacione interposita ex parte ipsius Johannis,

quod si ipse aut sui heredes temporis in curriculo ipsos Arnoldum et Demetrium aut eorum successores molestare niterentur et pacifice commorari non possent, extunc eosdem et filios suos filii dictorum Arnoldi et Demetrii, convocatis vicinis et commetaneis ipsius terre, condigna estimacione eiusdem mediante, de ipsa particula terre excludere valeret absque gravamine aliquali; e converso eciam idem Johannes de possessione sua Zwey vocata si eam rehabere posset, tantam quantitatem terre quantam ab ipsis habuisset, eisdem dare teneretur et assumsit, datam et donatam fore expresserat. Secunda autem scilicet dictorum vicecomitis et iudicum nobilium, in Mand secundo die festi beati Jacobi, anno domini M° CCC° LX° octavo emanata, Blasium et Johannem filios Demetrii de Rygach, domine Elizabet filie Gyarmani de eadem quartam partem possessionarie porcionis dicti Gyarmani in eadem Rygach ipsum contingentem, cum omni plenitudine sui iuris, ac tres partes sessionis eiusdem Gyarmani pro rebus a parte ipsius domine allatis iure perpetuo in festo sancti Marci tunc venturo, presentibus ipsius capituli Castriferrei ac dictorum vicecomitis et iudicum hominibus, eo modo ut si easdem predicte domine extradere nollent, extunc duas marcas in promtis denariis absque porcione iudicis dare et solvere tenerentur, extradare et ipsi domine resignare, in presencia eorumdem iudicum nobilium assumsisse denotarat. Tercia vero dicti capituli Castriferrei, anno in eodem in octavis festi Marci confessoris predicti confecta, eosdem filios Demetrii propriam possessionem predicti Gyarmani in ipsa Rygach habitam, quam idem Gyarmanus tenuisset, simulcum quarta parte possessionarie porcionis eiusdem Gyarmani in eadem Rygach existentis, cum omni plenitudine sui iuris, utilitatibus suis universis, predicte domine Elizabet pro sua quarta filiali et rebus a predicto Gyarmano tempore sui obitus ipsis videlicet filiis Demetrii derelictis, termino in prefixo presente Michaele clerico predicti capituli testimonio per ipsum capitulum transmisso, iure perpetuo possidere tenere pariter et habere, dedisse donasse et assignasse denotarat. Quarta enim earumdem literarum scilicet ipsius domini palatini decimo die

congregacionis sue universitati nobilium comitatus Vesprimiensis, in quindenis festi beati Georgii martiris in anno proxime transacto prope villam Apachawasarhel celebrate confecta, expresserat inter alia, quod prefatus Johannes actor in congregacione dicti domini palatini in comitatu Zaladiensi, in dicto festo sancti Georgii prope villam Mandhyda celebrata, personaliter adherendo, se a Blasio filio Demetrii filii Gogan ius quartale domine matris sue filie videlicet Gyapul fratris predicti Gogan, cum possessione eorumdem dictus Blasius pater suus homo impossessionatus fuisset, requirere et ab eodem rehabere velle proposuisset, annotatusque Blasius filius Demetrii similiter personaliter existendo, se ipso iure quartali prefato Johanni teneri, sed idem ius ipsi Johanni de tercia parte possessionarie porcionis sue in dicta Rygach habite provenire debere, eo quod prefatus Gyapul duos fratres videlicet Dionisium et Gogan supradictum habuisset, ipsum vero ius quartale cum possessione predicto Johanni iuxta regni consvetudinem extradare velle affirmasset, ipso Johanne his non contradicente; tandem idem dominus palatinus per regium ac suum et capituli Albensis homines decimo die dicte congregacionis sue possessionariam porcionem predicti Blasii filii Demetrii in dicta Rygach habita, convocatis vicinis et commetaneis suis et partibus vel earum legitimis procuratoribus presentibus, cum suis utilitatibus et pertinenciis in tres partes coequales dividere, terciamque partem ipsarum trium parcium videlicet porcionem predicti Gyapul in quatuor partes rectas dividere, et quartam partem de ipsis quatuor partibus cum omnibus suis utilitatibus ex una parte et in uno ambitu predicto Johanni racione prescripta, contradiccione (quorumlibet) non obstante, statuere commisisset; demum in congregacione dicti domini palatini in comitatu Vesprimiensi predicto celebrata, regius ac ipsius domini palatini et dicti capituli homines in eisdem literis nominatim conscripti, ad ipsius domini palatini venientes presenciam, primo sessionem in qua predictus Blasius filius Demetrii et annotatus Johannes actor residerent, in tres partes tanquam ..... quatuor partes coequales divisisse, unamque quartam partem ex ipsis quatuor partibus, quam

videlicet mensurando in latitudine sex cubitus vulgariter erdeusengh dictos haberet, cum terris arabilibus et aliis utilitatibus, ad eandem quartam partem de iure spectantibus, pro predicto iure quartali, nullo contradictore existente, ipso Johanni filio Blasii perpetuo possidere statuisse et commisisse . . . . . retulissent. Quarum quidem literarum revisis continenciis, predictus Johannes proposuerat eo modo, quod . . . . predictam possessionariam porcionem per ipsos fllios Demetrii dicte domine Elizabeth Gyarmani modo premisso traditam, a Clemente filio Michaelis filio scilicet fratris domine matris dicte domine Elizabet in quem scilicet . . . . . ipsa domina Elizabet decessa devoluta extitisset . . . . . ta quinque denarios valenti, inducente ipso Blasio precio comparasset, nuncque ipso Clemente proscripcionis penam incurrente, tam ipsam porcionem in toto, quam vero annotatam possessionariam particulam per prefatos Arnoldum et Demetrium patrem memorati Blasii ut prefertur sibi datam, imo et literas de *(igy)* ipsam quartam sessionis per eundemque Blasium sibi datam pertinentes fore in maiori parte et continue omnino ipse . . . . . uteretur. Annotatum autem Petrum filium Pauli solum in testimonio premissorum adduxisset, nam ipse solum in dicta parte ipsius sessionis et in parva terre particula usuali haberetur, unde ipse vellet ut dictus Blasius aut memoratas particulas possessionarias sibi pacifice remitteret, vel dictam unam vaccam et valorem cere ac estimacionis dicte terre per ipsos Arnoldum et Demetrium sibi tradite restitueret; et quia prefatus Blasius filius Demetrii in quem scilicet annotata possessionaria porcio dicte domine Elizabet ut predicitur tradita, decessa, eandem dominam et eius successores devolvi partibus referentibus de iure debuisset, personaliter nostri in presencia adherendo, tam eandem porcionem quam vero prelibatam medietatem ipsius possessionarie porcionis condam dicti Pauli filii Adriani, ipsi Johanni filio Blasii modo premisso, per ipsos Arnoldum et Demetrium absque sua permissione traditam, secundum obligamen parcium in valore estimacionis eiusdem redimere se promtum fore assererat *(igy)*, adque eciam forma iuris et consvetudinaria regni lex, eundem Blasium

admittere nobis prelatis baronibus et nobilibus regni nobiscum in iudicio considentibus agnitus fuerat, idem eciam Blasius nil de terris et iuribus dicti Johannis se percepisse nec tunc percipere retulerat; pro eo amiciciam dicti capituli Castriferrei eidem literatorie scribendo pecieramus diligenter, quatenus ipsorum mitteret homines pro utrisque partibus pro testimoniis fidedignos, quibus presentibus homines regii pro partibus in eisdem literis nominati, in octavis festi beati Georgii martiris proxime tunc venturis et aliis diebus subsequentibus ad id sufficientibus, ad facies dictarum porcionum possessionariarum condam prenotati Pauli filii Adriani nec non ipsius Gyapul modo prescripto ipsi Johanni filio Blasii datarum, vicinis et commeteneis suis universis legitime inibi convocatis et partibus vel earum legitimis procuratoribus presentibus accedendo, primo dictam quartam partem tercie partis ipsius sessionis annotati Blasii filii Demetrii prefato Johanni tradita, eidem Johanni cum terris arabilibus et aliis utilitatibus, ad eandem quartam partem pertinentibus contradiccione quorumlibet non obstante, eo quod ex serie dictarum literarum palatinalium, eadem ipsi Johanni ut predicitur nullo contradictore existente statuta fore reperta fuerat in perpetuum possidere et tenere, statuta et commissa, dictam medietatem porcionis condam prelibati Pauli filii Adriani eidem Johanni condonatam, visis et circumspectis quibuslibet suis utilitatibus et pertinenciis, habita qualitatis et quantitatis sue revisione, regali mensura mensurando vel visu considerando, estimarent lege regni requirente, ibidemque a nobilibus in eadem Rygach existentibus et specialiter a prefato Petro filio Pauli, qui tunc personaliter coram nobis adherendo dictam unam vaccam et ceram per ipsum Johannem dicto Clementi modo premisso traditas fore, sed congruum valorem ipsarum, se nescire affirmarat, super eo utrum ipse Johannes easdem annotato Clementi modo premisso tradiderit, et quanti valoris eedem fuerint, sub testificacione fidei ipsorum scierent et inquirerent omnimodam veritatem. Hisque habitis annotatus Blasius filius Demetrii valorem ipsius estimacionis ac dictarum vacce et cere, ibidem in presencia dictorum regiorum et ipsius capituli Castriferrei homi-

num, ut (idem) sponte assumserat, coram nobis memorato Johanni filio Blasii persolvere teneretur; quibus sic peractis dictas porciones possessionarias videlicet medietatem possessionarie porcionis annotati Pauli filii Adriani ipsi Johanni traditam, ac porcionem per prefatos filios Demetrii predicte domine Elizabet datam et postmodum per ipsum Johannem a prefato Clemente comparatam, prelibato Blasio filio Demetrii et suis successoribus perpetuo possidere relinquerent et statuerent tenereque pariter et habere, salvis iuribus alienis. Et posthec omnium premissorum seriem ut fieret expediens, ad octavum diem dictarum octavarum sancti Georgii domino nostro regi fideliter rescriberet capitulum prenotatum. Tandem ipso octavo die dictarum octavarum occurente, prelibatus Blasius filius Demetrii personaliter, prefato Johanne filio Blasii presencia iter coram nobis adherente, nostrum iudiciarium adiens conspectum, quasdam literas pretacti capituli Castriferrei super premissis domino nostro regi rescriptas nobis presentarat, hunc tenorem continentes: Excellentissimo principi domino Lodovico dei gracia inclito regi Hungarie domino ipsorum metuendo capitulum ecclesie Castriferrei oraciones in filio virginis gloriose. Vestra noverit sublimitas, quod cum nos receptis literis magnifici viri comitis Stephani Bubeek iudicis curie vestre, modum et formam sentenciarie commissionis eiusdem explicantibus et denotantibus, unacum Blasio filio Beder de Kereztur pro parte Blasii filii Demetrii in causam attracti, Johanne filio Blasii de Rygach actore nec veniente nec mittente, regiumque et nostrum homines, ad ea que in dictis literis adiudicatoriis memorati iudicis curie vestre exprimuntur exsequenda adducere procurante homine vestro, hominem nostrum Paulum chori ecclesie clericum, ad ea que in pretactis literis seriose continentur peragenda pro testimonio transmisissemus, demum iidem ad nos reversi nobis concorditer retulerunt, quod idem homo vester presente nostro testimonio prescripto, in octavis festi beati Georgii martiris proxime preteritis, et aliis diebus subsequentibus ad idque sufficientibus, ut ex serie premissarum literarum informati extitissent, ad facies possessionariarum porcionum condam Paulii filii Adriani et Gyapul modo

in prescriptis literis expresso, Johanni filio Blasii predicto datarum et collatarum, vicinis et commetaneis suis universis legitime convocatis et partibus predictis presentibus accessisset, primo quartam partem tercie partis sessionis annotati Blasii filii Demetrii prefato Johanni traditam, eidem Johanni cum terris arabilibus et aliis utilitatibus universis ad eandem quartam partem pertinentibus, in perpetuum statutam et commissam, medietatem porcionis condam prelibati Pauli filii Adriani memorato Johanni condonatam, visis et circumspectis quibuslibet suis utilitatibus et pertinenciis ac qualitate et quantitate visu considerando, in duodecim pensis denariorum estimasset unacum aliis probis viris inibi existentibus, ibidem a nobilibus in dicta Rygach existentibns, specialiter Petro filio Pauli sub testificacione fidei ipsorum talem scivissent et inquisivissent veritatem, quod ipse Johannes, Clementi filio Michaelis in dictis literis adiudicatoriis expresso, unam vaccam sexaginta et ceram viginti denarios valentem tradidisset, valorem predictarum possessionarie porcionis ac vacce et cere ibidem in presencia dictorum regii et nostri homini ipsi Johanni annotatus Blasius filius Demetrii persolvisset ex integro promtis in denariis. Quibus sic peractis dictas possessionarias porciones, videlicet medietatem possessionarie porcionis annotati Pauli filii Adriani ipsi Johanni traditam, ac porcionem per filios Demetrii modo omnino in prefatis literis iudicis curie vestre expresso domine Elizabet datam, et postmodum per ipsum Johannem a prefato Clemente comparatam, prelibato Blasio filio Demetrii et suis successoribus perpetuo possidere reliquisset et statuisset tenere pariter et habere. Datum sexto die termini prenotati, anno domini M° CCC° LX° nono. Quibus quidem literis expositis, quia prefata quarta pars tercie partis sessionis annotati Blassi filii Demetrii cum cunctis suis utilitatibus ad eandem quartam . . . . . pretacto Johanni filio Blasii, prescripta vero medietas porcionis possessionarie annotati Pauli filii Adriani estimacione eiusdem prius per ipsum Blasium dicto Johanni persoluta, ac porcio possessionaria per prelibatos filios Demetrii condam domine Elizabet tradita et post modum per ipsum Johannem a prefato . . . . . comparata, eidem

Blasio filio Demetrii et suis successoribus, per prefatos regium et dicti capituli Castriferrei homines perpetue statuete extitisse ex serie prescriptarum literarum eiusdem capituli rescripcionalium reperiebantur, nuncque prelibatus Johannes filius Blasii modo prelibato coram nobis adherens premissis statucionibus et alii ... in nullo obviabat; pro eo unacum baronibus et regni nobilibus nobiscum iudicio consedentibus, premissam quartam partem tercie partis sessionis annotati Blasii cum omnibus suis utilitatibus, ipsi Johanni filio Blasii et suis heredibus ac successoribus universis, prescriptas autem alias porciones videlicet medietatem porcionis possessionarie prefati Pauli filii Adriani, ac eciam porcionem possessionariam per predictos filios Demetrii dicte domine Elizabet traditam, et demum per ipsum Johannem a prelibato Clemente comparatam annotato Blasio filio Demetrii et suis posteritatibus universis reliquimus et commissimus perpetuo possidere tenere pariter et habere, salvis iuribus alienis. In cuius rei memoriam firmitatemque perpetuam, presentes eidem Blasio filio Demetrii concessimus literas nostras privilegiales pendentis et authentici sigilli nostri munimine roboratas. Datum in Wysegrad, vigesimo primo die octavi diei octavarum festi sancti Georgii martiris predictarum, anno domini M° CCC° LX° nono supradicto.

Hártyán, függő pecsét nyomaival; eredetije a N. Muzeumban. Nagy Imre.

18. *I. Lajos király Egyházasbillei Kónya Pál és fia birtokát, kik unokatestvérüket megölték, Kanizsai István zágrábi püspöknek s testvérének Jánosnak adományozza. Zalathna, 1369. jul. 22.*

Ad literatorium mandatum domini regis

Nos Lodovicus dei gracia rex Hungarie significamus, quod nos attendentes inviolabilem fidelitatis constanciam et fidei puritatem venerabilis in Christo patris domini Stephani episcopi Zagrabiensis, dilecti nobis et fidelis, quam ad nos et ad sacrum nostrum diadema semper et indefesse gessisse et gerere dinoscitur, nec non satis grata et accepta ipsius servicia quibus ipse in cunctis nostris et regni nostri negociis prosperis et adversis, fidelitate sincera, virtute eximia

et laudabili operum adieccione adeo nostre studuit complacere maiestati, ut in eius obsequiosis virtutibus et sinceris complacenciis noster regius animus mitissime conquievit, et adhuc eadem fultus fidelitate gratos devotos et acceptos nobis exhibet famulatus; racione quorum licet parum et exile videatur ad presens quod eidem facimus horum respectu que facere intendimus in futurum, sua supplicacione nos inducente, quandam possessionem Eghazasbylye vocatam in comitatu Zaladiensi existentem, in qua sub honore Omnium Sanctorum ecclesia lapidea constructa existit et fundata, et alias quaslibet possessiones et iura possessionaria Johannis filii Pauli dicti Konya et Ladislai filii sui, qui ex instinctu diabolice humani generis inimico fratrem eorum patruelem Petrum filium Nicolai pridem nece seva et crudeli morte interemisse et manus suas in ipsius sanguine more belue (*igy*) cruentasse, ex eoque ipsorum possessiones manibus nostris regiis devolute extitisse perhibentur, possessiones eciam eiusdem Petri premisso modo interemti, filii videlicet Nicolai, eo quod nullam reliquit prolem in hoc seculo, in quibusvis comitatibus existentes et habita, cum omnibus eorum utilitatibus et utilitatum quarumlibet integritatibus et pertinenciis universis, sub hisdem veris metis et antiquis, quibus eedem per priores suos possessores habite extiterunt et possesse, in signum specialis nostre dileccionis eidem domino episcopo et per eum magistro Johanni filio Laurencii fratri suo uterino ipsiusque magistri Johannis heredibus et posteritatibus universis, nove donacionis nostre titulo et omni eo iure quo ad nostram noscuntur pertinere collacionem, dedimus donavimus et contulimus, iure perpetuo et irrevocabiliter possidendas tenendas pariter et habendas, salvo iure alieno; presentes autem in formam nostri privilegii redigi faciemus dum nobis fuerint reportate. Datum in Wyssegrad, in festo sancte Marie Magdalene, anno domini Millesimo CCC° LX° nono.

Orsz. ltár N. R. A. 26. 81. dipl. oszt. 5738. Ugyanezen adomány megvan privilegialis alakban is u. o. N. R. A. 607. 4. dipl. oszt. 5739. Nagy Imre.

19. *A vasvári káptalan előtt Apáthi Orohman fia Péter, nővérét Apáthi Miklóshoz férjhez adja, és vele kiházasításúl a Peleske vize mellett egy rétet és hat hold földet ad. 1370. jan. 25.*

Nos capitulum ecclesie Castriferrei memorie commendamus, quod Petrus filius Orohman de Apathi Zaladiensis comitatus, nostri in presencia personaliter constitutus, oraculo vive vocis confessus extitit eo modo, ut quia ipse quandam nobilem puellam Elizabet vocatam sororem suam, Nicolao filio Johannis nobili de eadem Apathi iuxta ritum sancte matris ecclesie nuptui tradidisset et copulasset, vestesque nupciales ad solemnitatem dicte nobilis puelle prout sue congruisset nobilitati preparare nequisset, sed eandem antedictus Nicolaus suo modo decorasset, ideo ipse quandam particulam feneti sui Zygethzena vocatam iuxta fluvium Peleskevyz ab occidente habitam, nec non sex iugera terrarum suarum arabilium in terra ad vadum seu transitum pretacti fluvii Peleskevyze vulgou Kemenreue divertente, iuxta metas possessionis annotati Nicolai et fratrum suorum ab aquilone existencia, ipsi nobili puelle et per eam annotato Nicolao dedisset et contulisset iure perpetuo et irrevocabiliter possidere pariter et habere in filios filiorum et heredum per heredes, imo dedit donavit et contulit coram nobis ipso modo, ut si dictam nobilem puellam heredum solacio orbatam generale tributum exolvere contingeret, extunc dicta possessionaria donacio in ius et proprietatem eiusdem Petri et suorum successorum revolveretur ipso facto, testimonio presencium mediante; presentes autem dum primum nobis reportate fuerint, in privilegium redigi faciemus. Datum in festo conversionis beati Pauli apostoli, anno domini M° CCC° septuagesimo.

Hártyán, hátlapján pecsét nyomaival; eredetije gr. Festeticscsalád keszthelyi ltárában; Zaladien. 39. Nagy Imre.

20. *A zalavári convent előtt Rajky Miklós fiai György és Tamás, Pál rajki prépositt al kiegyeznek, és neki Szentgyörgy nevű birtokot a Mura mellett átengedik. 1370. sept. 7.*

Nos conventus monasterii sancti Adriani martiris de Zala, memorie commendamus per presentes, quod religioso viro domino fratre Paulo preposito de Rayk parte ab una, ex altera vero Georgio et Thoma filiis Nicolai de alia Rayk in nostri presencia personaliter constitutis, per eosdem propositum extitit pariter et relatum ministerio vive vocis, quod ipsi interveniente composicione et ordinacione multorum proborum et nobilium virorum, ad talem pacis et concordie devenissent unionem et devenerunt coram nobis, ut universas causas iniuriosas hactenus inter ipsos illatas perpetratas et habitas, sopissent et sedassent tali modo, quod predicti fllii Nicolai eidem domino Paulo preposito quinque marcas denariorum dedissent et persolvissent, omnes literas causales scilicet prohibicionales inquisicionales et iudiciales contra sese confectas et emanatas, cassas reddidissent frivolas ac viribus carituras, imo reddiderunt coram nobis, mutuo se expeditos committendo penitus et per omnia satisfactos; hoc eciam non pretermisso, quod prenotati Georgius et Thomas quandam possessionem dicti domini prepositi Zenthgyurgh vocatam iuxta fluvium Mura habitam et existentem, eidem domino preposito pacifice et quiete remisissent et relignassent et resignarunt nostri in presencia. Datum in vigilia festi Nativitatis beate virginis, anno domini M° CCC° LXX°.

Hátlapján kerek pecsét nyomaival; eredetije a Rajky-család ltárában. Közölve Kammerer Ernő másolatából.

21. *Opuliai László nádor előtt Egervári Mihály és István fiai, Németujvári Kakas Miklós fia Henrik ellen pert indítottak az iránt, hogy a midőn ez utóbbi még I. Károly királytól Léka vára helyett Kemend várát cserébe kapta, ehhez Egervár és Fancsika nevű birtokokat is elfoglalta. Visegrád, 1370. dec. 18.*

Nos Ladislaus dux Opulye regni Hungarie palatinus et iudex comanorum damus pro memoria, quod Dionisius filius Lorandi cum procuratoriis literis regalibus pro ma-

gistro Herrico filio Nicolai dicti Kakas iuxta continenciam priorum literarum nostrarum prorogatoriarum, in octavis festi beati Georgii martiris in anno domini M° CCC° LX° octavo transacto preteritis, ad nostram accedendo presenciam, contra Nicolaum et Johannem filios Michaelis de Eguruar ac Benedictum filium Stephani, in figura nostri iudicii, quasdam literas capituli ecclesie Castriferrei, formam possessionarie recaptivacionis, reambulacionis, contradictorie inhibicionis et citacionis in se continentes, asserens accionem et proposicionem ipsius magistri Herrici in eisdem contineri, nobis presentarat, in quibus inter cetera expresse habebatur, quod cum ipse magister Herricus acceptis Johanne filio Buda de Guruche (v. Gumche, v. Guniche) homine domini Nicolai Kont pridem regni Hungarie palatini, et testimonio predicti capituli Castriferrei, feria tercia proxima ante festum Pasche domini in anno domini M° CCC° LX° quarto preteritum transacta, ad facies possessionum Egurwar et Fanchyka vocatarum, vicinis et commetaneis earumdem legitime convocatis et presentibus accessisset, et easdem reambulando et recaptivando, per ipsos domini Nicolai palatini et capituli Castriferrei homines sibi statui facere voluisset, mox ibidem Nicolaus et Johannes filii Michaelis personaliter, Ladislaus vero filius Petri de Arukkuz in persona Benedicti filii Stephani non reambulacioni sed recaptivacioni et statucioni, pro ipso magistro Herrico fiendis contradixissent prohibendo, cuius prohibicionis racionem ipse magister Herricus scire vellet a filiis Michaelis et Benedicti prenotatis. Quibus perceptis prefatus Nicolaus filius Michaelis pro se personaliter, pro ipsis autem Johanne et Benedicto cum procuratoriis literis predicti capituli Castriferrei et conventus Simigiensis exsurgendo, easdem possessiones Eguruar et Fanchyka vocatas sibi ac eisdem Johanni et Benedicto iure hereditario pertinere et se ipsis semper in domino earumdem fuisse et tunc esse, pro eo quod premissam prohibicionem in facto ipsorum possessionum se et predictum Johannem et Benedictum fecisse allegarat; his itaque auditis, cum nos predictum procuratorem ipsius magistri Herrici in eo quo iure et titulo prescripte

possessiones Eguruar et Fanchyka vocate ipsi magistro Herrico pertinerent, requisitum habuissemus, idem Dionisius procurator iamdicti magistri Herrici retulerat eo modo, quod dominus Karulus rex castrum Kemend vocatum cum villis et pertinenciis eiusdem, ipsi magistro Herrico in concambium castri Leuka vocati dedisset et contulisset, ipseque due possessiones Eguruar et Fanchyka nominate ad predictum castrum Kemend vocatum sibi statutum pertinerent. Cumque per eundem procuratorem prememorati magistri Herrici instrumenta super facto ipsius concambii emanata exhiberi coram nobis petivissemus, ipse procurator prefati magistri Herrici responderat tali modo, quod instrumenta super facto ipsius concambii, pro eodem magistro Herrico adhuc plenarie et in toto emanata non extitissent, quia ipse dominus noster rex prefato magistro Herrico ad predictum castrum Kemend plus addere et ipsum concambium meliorare vellet et intenderet, et pro eo ipsa instrumenta concambilia pro tunc valeret exhibere. Unde his perceptis et habitis, ipsam causam ad octavas festi Nativitatis virginis gloriose tunc venturas duxeramus prorogandam eo modo, ut tunc ipse magister Herricus, hoc ut sibi predictum castrum Kemend cum suis pertinenciis in concanbium prefati castri Leuka vocati per dictum dominum nostrum regem datum fuisset, per literas regias declarare teneretur; quibus declaratis iudicium et iusticiam facere valeremus inter partes in facto possessionum predictarum. A quibus quidem octavis ipsa instrumentalis exhibicio, regio literatorio edicto interveniente, ad presentes quindenas residencie regalis exercitus aliis nostris literis dilatoriis mediantibus, inter prelibatas partes extiterat protelata; tandem ipsis quindenis residencie regalis exercitus contra Layk voivodam moti et ad octavas festi beati Andree apostoli proclamate occurentibus, prelibato Dionisio filio Lorandi pro ipso magistro Herrico cum procuratoriis literis domini nostri regis ab una, item prefatis Nicolao et Johanne filiis Michaelis de Eguruar personaliter ac Johanne filio Mathius pro ipso Benedicto filio Stephani cum procuratoriis literis conventus Saxardiensis ex altera parte, in figura nostri iudicii comparentibus, quia prelibatus

Dionisius procurator iamdicti magistri Herrici eundem magistrum Herricum prescripta instrumenta super premissis confecta per eum exhibere assumta, non ad presens sed in termino ulteriori per nos sibi dando, eo gravamine quo de regni consvetudine conveniret, exhibere velle allegabat, pro eo nos commisimus, ut predictus magister Herricus, prescripta sua instrumenta super premissis confecta, cum iudicio sex marcarum, eo quod actores in execucionibus suarum causarum ad exhibendum sua instrumenta promti debent esse et parati, in octavis festi beati Georgii martiris nunc venturis, coram nobis exhibere teneatur, ut his visis, iudicium et iusticiam facere valeamus inter partes in premissis, ordine iuris observato. Datum in Vissegrad, duodecimo die termini prenotati, anno domini M° CCC° septuagesimo.

Zárlatán két pecséttel; eredetije az orsz. ltárban. N. R. A. 382. 22. dipl. oszt. 5893. Nagy Imre.

22. *A zalavári convent előtt Keménfalvi János és társai, Tilay János deák által Bagonya nevű birtok iránt Bánfi István és testvérei ellen indított perben, ezek részére szavatosságot vállalnak. 1371. jan. 6.*

Nos conventus monasterii sancti Adriani martiris de Zala memorie commendantes tenore presencium significamus quibus expedit universis, quod magistro Blasio filio Emerici de Herendfalua pro magistris Stephano Johanne Nicolao et Ladislao filiis quondam Nicolai bani de Lindua cum procuratoriis literis capituli Castriferrei ab una, item Johanne filio Nicolai filii Kemen, Emerico Thoma Johanne Kemen et Mathia filiis Rohman filii eiusdem Kemen, ac Stephano filio Petri filii Stephani de Kemenfolua personaliter parte ab altera coram nobis constitutis, per eosdem Johannem filium Nicolai et filios Rohman ac Stephanum filium Petri propositum extitit et relatum oraculo vive vocis, quod licet Johannes literatus filius Nicolai de Tylay quandam possessionem Baganya vocatam, in qua ecclesia in honorem sancte Trinitatis esset constructa, per priores et progenitores ipsorum domino Nicolao quondam bano de

Lindva et filiis ac eorum successoribus venditam et perpetuatam, nomine sui iuris a magistris Stephano Johanne Nicolao et Ladislao prenotatis recaptivasset, recaptivandoque nunc ordine iudiciario in lite procedendo sub premisso iure hereditario requirere et in suum dominium convertere niteretur, cum tamen idem Johannes literatus filius Nicolai et sui priores ac progenitores in nulla linea generacionis ipsis et eorum prioribus attinuissent, nec nunc attinere deberent, ex eoque predicta possessio Baganya acquisicioni et requisicioni ipsius Johannis literati de iure non deberet attinere, unde ipsi eosdem magistros Stephanum Johannem Nicolaum et Ladislaum filios Nicolai bani et eorum posteritates super facto dicte possessionis Baganya vocate ab omnibus molestare volentibus, semper et ubique prout mediantibus aliis literis nostris privilegialibus per eosdem extitisset assumtum, tenerentur expedire. Datum in festo Epiphaniarum domini, anno eiusdem M° CCC° septuagesimo primo.

Hártyán, hátán pecsét nyomaival; eredetije az orsz. ltárban. N. R. A. 1541. 14. dipl. oszt. 5900. Nagy Imre.

23. *A vasvári káptalan László nádor rendeletéből tömeges tanuvallomást foganatosít a felett, vajjon Egervár és Fancsika nevű birtokok az Egervári családbeliek ősről maradott birtoka-e? vagy pedig azokat Németujvári János a családnak tiszteletül adta-e át? 1371. apr. 16.*

Magnifico viro domino Ladislao duci Opulie et Velonensi, regni Hungarie palatino et iudici comanorum, amico ipsorum reverendo, capitulum ecclesie Vesprimiensis amiciam paratam et honoris continuum incrementum. Vestra noverit amicicia, quod cum nos receptis literis vestre magnitudinis cum . . . . . pro magistro Herrico filio Nicolai dicti Kakas actore, et pro Nicolao ac Johanne filiis Michaelis de Egervar necnon Benedicto filio Stephani in causam attractos confectis, nobis amicabiliter directis, unacum hominibus vestris in eisdem literis vestris inter alios nominatim expressis, videlicet Gregorio de Bucha, magistrum Johannem ecclesie nostre predicte succentorem socium et concanonicum

nostrum pro parte magistri Herrici predicti, et Ladislao filio Nicolai de Iuanch, magistrum Emericum . . . . . Nicolai cantoris similiter socium et concanoncium nostrum pro parte predictorum in causam attractorum pro nostris testimoniis ad infrascripta peragenda duximus transmittendos, demum iidem ad nos reversi nobis concorditer retulerunt, ut ipsi in octavis festi Pasche domini nunc elapsi ad facies possessionum Egervar et Fanchka vocatarum accedendo, vicinis et commetaneis earumdem inibi legitime convocatis et partibus presentibus simul et ad invicem procedendo, a dictis earumdem possessionum commetaneis et vicinis ac ab aliis nobilibus necnon alterius cuiusvis status et condicionis comitatuum Zaladiensis et Castriferrei nominatim inferius expressis hominibus, palam et occulte diligenter investigando, pro parte ipsius magistri Herrici talem scire potuissent veritatem: quod primo magistri Nicolaus et Ladislaus filii Nicolai condam bani de Paly, deinde religiosus vir frater Stephanus abbas de sancto Goghardo, *(így)* item Ladislaus Georgius Michael et Andreas filii Nicolai de eadem Paly, Johannes filius Thome et Nicolaus filius eiusdem similiter de eadem Paly, et Johannes filius Boda de Sary hi in prima serie ut dixissent commetanei, item Johannes filius Michaelis de Fanchka, Michael filius Bodur, Johannes filius Cosme, Stephanus Johannes Benedictus et Petrus filii Pauli, Benedictus filius Nicolai, Paulus et Petrus filii Michaelis et Benedictus filius Mathei ac Johannes filius Demetrii de Ollar, Nicolaus filius Bodur de Thilay, Nicolaus filius Mathei, Sebastianus filius Stephani, Martinus filius Hermanni, Laurencius filius Johannis de dicta Thylay, Johannes filius Leukus, Ladislaus filius Lorandi, Bartholomeus filius Nicolai, Ladislaus filius Demetrii, Jacobus filius Johannis de Zepethk, item Ladislaus filius Egidii de Olozka, Georgius filius Andree, Petrus filius Beke de Sagud, Michael filius Nicolai de prescripta Tylay, Stephanus filius Thomey de eadem, Dionisius filius Lorandi, magister Akus filius condam Michk bani de Kutus, necnon filii eiusdem videlicet Michk et Ladislaus hi in isto secundo ordine ut retulissent vicini, item Johannes filius Kopaz, Petrus filius Rohemei, Nicolaus

filius Johannis, Johannes filius Emerici, Jacobus filius Lodomeri, Nicolaus filius Mike de Apati, Petrus filius Stephani de Sebehodnogfelde, Ladislaus filius Michaelis de Hazugd, Petrus et Thomas filii Johannis de Zegety, Dionisius et Petrus filii Johannis de Gyrus, Blasius filius Pauli, Thomas filius Finta, Laurencius filius Urbani, Nicolaus filius Johannis, Benedictus filius Andree de Chaford, Johannes filius Beke de Megies, Johannes filius Cosme, Petrus filius Beder et alter Petrus filius Georgii de Ozko, Thomas et Clemens filii Johannis, Georgius Laurencius Nicolaus filii alterius Johannis de Bery, Dominicus et Gregorius filii Nicolai de dicta Megies, Paulus filius Micche de villa Micche, Nicolaus filius Ampod de Billye, Demetrius filius Georgii de Ond, magister Achaz de Zabar, magister Ladislaus filius Philippi de sancto Gerardo, Dionisius et Philippus filii eiusdem, Thomas filius Ont de Pacha, Lekus filius Ladislai de Enenzly, magister Egidius filius Bas de Sancto Ladislao, dominus abbas de Copurnuk, magister Nicolaus de Ber, Johannes filius Bodka de Zanto, Nicolaus literatus de Gulach, Stephanus filius Nicolai de Pelyskemeleth nobiles comprovinciales, item Michael filius Nicolai de antedicta Tylay, Nicolaus filius Zeuke de Paty, Petrus filius Thomei de eadem Tylay de numero vicinorum in secundo ordine prescriptorum, Paulus et Petrus de Beseneu, Stephanus filius Petri de Beche, Johannes filius Philippi de Salamonuar, Michael filius Petri de Teutous, Petrus filius Pauli de Pokod, Paulus filius Dominici de Baky, Ladislaus et Andreas de Kaly, Johannes filius Georgii de Chemete, Georgius filius Peteu de Thelegus, Michael filius Jacobi de Apaty, Andreas presbiter de Sancto Leonardo, magister Emricus filius Emrici de Kald, Nicolaus filius Johannis de Chemete, Johannes filius Salamonis de Salamonuar, Andreas filius Nicolai de Dobrob, Nicolaus filius Fedrici de Kumpold, Georgius filius Michaelis de Hazugd, Johannes filius Nicolai de Myske, Ladislaus filius Nicolai de Pathy, Stephanus filius Nicolai de Sancto Michaele, Thomas filius Peteu de Teteus et Andreas filius Renoldi de Narda similiter nobiles comprovinciales, item homines populares de comitatibus predictis numero bis

mille ad fidem ipsorum deo debitam fidelitatemque domino nostro regi et sue sacre corone regie conservandam, deum pre oculis ipsorum habendo, absque scrupulo cuiuslibet falsitatis retulissent, ut iamdicte due possessiones Egervar et Fanchka vocate tempore concambialis permutationis castrorum Kemend et Leuka nuncupatorum et statucionis iamdicti castri Kemend magistris Johannis Ladislao et Herrico prenominato, unacum eodem castro statute extitissent; et postmodum idem magister Johannes easdem possessiones antedictis Michaeli et Johanni filiis Kalnerii titulo honoris contulisset, easdemque iidem filii Kalneri premisso modo tenuissent et eedem possessiones ad ius regium pertinuissent et nunc pertinere deberent; de numero quorum attestancium testimoniis quorumdam, iidem filii Michaelis et Benedictus filius Stephani in facie earumdem possessionum tempore produccionis testium prescriptorum contradiccionis opposicionem taliter obviassent, quod videlicet filios Nicolai condam bani prenominatos fratres uterinos consortis ipsius Herrici esse astruxissent, deinde filios Nicolai prelibatos de Paly videlicet Ladislaum Georgium et Andream prescriptarum possessionum Egervar et Fanchka vocatarum commetaneos fore denegassent; item Johannem filium Boda de Sary famulum ipsius magistri Herrici esse dixissent, ipsam possessionem Sary non ad ipsum Johannem sed ad consortem suam hereditario iure pertinere allegando; iterum nobiles predictos de Ollar et de Zepethk antedictos pro maiori parte familiares ipsius magistri Herrici esse retulissent, nec non magistrum Akus cum filiis suis videlicet Michk et Ladislao de Kutus, consanguineos sepefati magistri Herrici esse dixissent, idcirco ipsorum iam prescriptorum et modo premisso ad ipsum magistrum Herricum attinencium et pertinencium testimonia neque in superficie earumdem possessionum neque coram vestra magnificencia fore assummenda allegassent, sed simplicer eorum attestacioni contradicendo obviassent; item pro parte Nicolai et Johannis filiorum Michaelis ac Benedicti filii Stephani prenominatorum similiter talem scivissent veritatem, quod primo magister Johannes filius Nicolai filii Elleus de Arukkuz, Ladislaus filius

Petri et Nicolaus filius eiusdem de prefata Arukkuz, Benedictus filius Andree, Ladislaus filius Ladislai de eadem, Ladislaus filius Peteu de Fanchka et Nicolaus filius Mesee de eadem, Demetrius filius Alexandri de prefata Fanchka, Laurencius filius Stephani filii Kathanya, Jacobus frater eiusdem, Stephanus filius Clementis, Michael filius David, Johannes filius Petri, Michael Paulus et Petrus filii Thaba de eadem, Beke et Petrus filii Benedicti de Kutus, Johannes filius Pauli de dicta Kutus, Johannes Nicolaus Elias et Andreas filii Stephani, Kaluz filius Johannis de eadem Kutus hi prescripti predictarum possessionum Egervar et Fanchka vocatarum commetanei, item Andreas filius Stephani de Kutus, Sebastianus filius Pauli de eadem, Paulus filius Johannis similiter de dicta Kutus, Johannes filius Martini de Pali, Andreas filius Galli similiter de Kutus predicta, Petrus filius Johannis, Stephanus filius Georgii, Georgius filius Georgii, Laurencius fllius Pauli, Petrus et Johannes filii Petri de eadem, item Paulus filius Stephani de Sagud, Martinus filius Georgii de eadem Sagud, Dionisius filius Johannis de preassumta Arukkuz, Petrus filius Beke de prelibata Sagud, Johannes filius Egidii, Paulus filius Jacobi, Lucasius filius Dominici, Benedictus filius Bekus de eadem in prescripti prelibatarum possessionum vicini, item magister Laurencius filius Stephani de Nadasd, Benedictus et Dionisius filii Ladislai de eadem, Laurencius et Jacobus filii Stephani de Dyryske, Dominicus filius Laurencii de Marolch, magister Johannes filius Dorozlai de Rum, Gregorius filius Gregorii de eadem, Peteu et Gregorius filii Johannis de Kolta, Johannes filius Petri de eadem, Peteu de Makua, Benedictus filius Nicolai de Ovar, Petrus filius Johannis et Nicolaus rufus de Bagud, Nicolaus filius Johannis de Hallos, Gregorius filius Peteu de Sarfey, Emricus filius Johannis de Dobron, Michael filius Nicolai de Gyely, Petrus filius Johannis de Isabur, Petrus filius Pauli de Bathfolde, Nicolaus filius Akus de Scentmargikazzum *(igy)*, Herbordus de Reznuk, Nicolaus filius Monkus de Dyruske, Johannes et Franciscus filii Dominici de Reznuk, Lorandus et Jabobus filii Boda de Meley, Georgius filius Thome de Saal, Georgius filius Jacobi

et Nicolaus filius Boda de eadem, Stephanus filius Simonis de Thelekus, Nicolaus et Johannes filii Petri de eadem, Stephanus filius Michaelis de Hashag, Georgius filius Stephani de Sarfev, Briccius filius Johannis de eadem, Stephanus filius Nicolai de Kavas, Kolcha Georgius, Blasius filius Johannis de preassumpta *(így)* de Corraldfalua, Stephanus filius Michaelis de prehabita Thelekus, magister Nicolaus de Kauas, Georgius filius Jacobi de Karysfelde, Nicolaus filius Tapan de Harazthi, Johannes filius Nicolai de Hollos, Johannes filius Michaelis de eadem, Gregorius filius Gula de antedicta Kauas, Nicolaus filius Stephani de Fudy, Laurencius filius Johannis de Zaruaskend, Thomas filius Michaelis de Vereminmelleky, Blasius filius Stephani de Bechvelgh, Thomas filius Adriani de eadem, Stephanus literatus de Zebethke, Gaspar de Gyrus, Cosmas filius Martini de Perbete, Petrus dictus Darabus de Kakus, Paulus et Egidius filii Nicolai de Sancto Paulo, Thomas filius Pous de Unyon, Johannes filius Laurencii de eadem, Jacobus filius Monkus de prenominata Deruske, Petrus filius Marcelli de Marcelfalva, Johannes filius Andree de eadem, Benedictus filius Marcelli de prenominata Zebethke, Petrus filius Michaelis et Emricus filius Peteu de eadem, Stephanus de antescripta Koltha, Stephanus filius Petri de Hetes, Paulus filius Johannis et Paulus filius Petri de eadem, Johannes filius Demetrii de Lizkov, Lekus dictus Dombo de Chafurd, Thomas filius Johannis de pregustata Zebethke, Nicolaus filius Valentini de Berend, Paulus filius Augustini de eadem, Johannes filius . . . . . us et Johannes filii Pauli de Zeleus, Dionisius filius Jacobi de Miley, Ladislaus et Michael filii Clementis de prelibata Reznik, Stephanus de Gohon, Michael filius Pauli de Rayk et Fabianus frater eiusdem, Johannes filius Baldini de Herman, Blasius filius Pauli de Apaty, Petrus filius Mathei de Hetheus, Dionisius filius Mathei de Beech, Valentinus filius Adriani, Briccius filius Petri, Petrus filius Stephani, Adrianus filius Emrici de eadem, Emricus filius ro . . . . de Kemynfalua, Anthonius et Johannes filii Ladislai de Kald, Stephanus filius Johannis de Vossyan, Andreas filius Lorandi de Pred, Johannes filius Nicolai de Dobronch,

Blasius de Bedege, Laurencius filius Petri de Meges, Michael filius Mathei de antedicta Heteus, Nicolaus filius Stephani de eadem, Jacobus filius Petri similiter de eadem, Stephanus filius Petri de Hazugd, Stephanus filius Pauli de Kukinus, Johannes filius Thome de Molnar, Demetrius filius Peteu, Petrus filius Nicolai, Thomas filius Andree, Johannes filius Laurencii de eadem, Nicolaus de Nare, Georgius filius Ladislai de annotata Zebethke, Stephanus filius Johannis, Johannes filius Philippi, Laurencius filius Dominici, Nicolaus filius Luce de eadem, Ladislaus filius Johannis de Bodogazzunfalua, Michael filius Jacobi de antedicta Nare, Michael filius Johannis de Kopach, Georgius filius Martini de Gyepev, Johannes filius Nicolai de Gurkefalua, Georgius et Marcus filii Philippi de Petri, Michael filius Petri de Kukinus, Johannes filius Nicolai de eadem, Bartholomeus filius Stephani de Guthton, Dominicus filius Martini de antedicta Kukinus, Stephanus filius Pauli de Irsa, Thomas filius Nicolai de prenominata Corraldfalua, Stephanus filius Jacobi de sepenarrata Zebethke, Nicolaus filius Ladislai de Tompafelde, Emricus filius Johannis de Mikefalua, Georgius et Nicolaus Eburgyn, Andreas filius Kosa, Bartholomeus et Nicolaus filii Petri de eadem, Guke filius Demetrii de Miley, Petrus filius Nicolai de antedicta Hetheus, Desev filius Sebastiani de Sancto Andrea, Georgius filius Mathei de Byk, Thomas de Tetheus, Nicolaus filius Michaelis de Apaty prescripta, Thomas filius Moncus, Stephanus filius Stephani de eadem, Nicolaus filius Andree de prescripta Kukinus, Nicolaus filius Karthon de Bede et Lucasius filius Johannis de eadem, Benedictus dictus Guta de Sorthkmelliki, Stephanus filius Laurencii, et Dionisius filius Georgii de eadem, Paulus filius Galli de Ualdh, Nicolaus filius Pauli de Rakus, Agustinus filius Egidii de Petry, Paulus filius Ladislai de Bezreed, Ladislaus filius Stephani de Avad, Jacobus filius Nicolai de Kauas, Johannes filius Pauli de dicta Avad, Buken filius Kalanda de Salamon, necnon Petrus frater eiusdem, Martinus filius Petri de sepedicta Kolta, Clemens filius Oliverii de antescripta Reznek, Nicolaus filius Nicolai de crebrefata Zebethke et Nicolaus pater eiusdem prenotatus, Georgius

filius Petri de Isabor antelata, Johannes filius Petri de Salamon pregustata, Andreas filius Blasii de Halasthow, Ladislaus filius Petri de Zelesthe nobiles comprovinciales, populares vero homines numero quingenti, modo simili ad fidem ipsorum deo debitam fidelitatemque domino nostro regi et sue sacre corone regie conservandam, deum pre oculis ipsorum habendo, absque scrupulo cuiuslibet falsitatis, retulissent, quod predicte possessiones videlicet Egervar et Fanchka vocate, predictis Nicolao et Johanni filiis Michaelis filii Kelmerii *(igy)* et Benedicto filio Stephani ac eorum progenitoribus semper et ab antiquo pertinuissent et nunc pertinere deberent, ipsasque nunquam ipsi filii Kalmery sub predicto titulo honoris a preallegato magistro Johanne conservassent, nec unquam ad ius regium pertinuissent nec nunc pertinere deberent. De quorum numero attestancium testimoniis quorumdam magister Hermannus preallegatus similiter obviacione contradiccionis taliter opposuisset, quod primo magistrum Johannem filium Nicolai filii Elleus de Arukkuz proximum ipsorum esse astruxisset, Ladislaum vero filium Petri socerum ipsius Johannis fllii Michaelis fore allegasset, Nicolaum autem filium eiusdem Ladislai minorem annis et tenere etatis nec non fratrem consortis ipsius Johannis esse retulisset; Benedictum enim filium Andree fratrem patruelem ipsius Ladislai filii Petri soceri prefati Johannis esse dixisset, Ladislaum vero filium Ladislai commetaneum prehabitarum possessionum fore denegasset, et Ladislaum filium Petheu de Fanchka, Nicolaum filium Mesee, Demetrium filium Alexandri de eadem, item Laurencium filium Stephani filii Kathania et Jacobum fratrem eiusdem proximos ipsorum filiorum Michaelis et Benedicti filii Stephani esse discernisset; Stephanum autem filium Clementis minorem annis et tempore tenere fore retulisset; Michaelem vero filium David commetaneum iamdictarum possessionum fore negasset; Johannem filium Petri et Michaelem Paulum ac Petrum filios Taba de Fanchka famulos eorumdem fore allegasset, et Johannem filium Pauli commetaneum ipsorum esse denegasset; ceterosque videlicet de Kutus de Arukkuz neque commetaneos neque vicinos prescriptarum possessionum esse

allegasset, et ideo iam prehabitorum, utputa ad prefatos filios Michaelis et Benedictum filium Stephani prenotatum attinencium et pertinencium testimonia, neque in superficie earumdem possessionum neque in iudicio coram vestra magnificencia fore assummenda allegasset, sed simpliciter eorum attestacioni modo premisso contradicende obviasset; ubi iidem filii Michaelis filii Kalmerii et Benedictus filius Stephani prenotatus taliter respondendo, allegacioni eiusdem magistri Herrici opposuissent, quod de numero nomine cognatorum eorumdem modo prehabito demtorum et exceptorum, solum Ladislaus filius Petri et Nicolaus filius eiusdem de Arukkus ipsorum proximi forent atque essent, alii vero in nulla proximitatis linea eisdem attinerent. Datum quarta feria proxima post predictas octavas festi Pasche domini, anno eiusdem M° CCC° LXX° primo.

Hártyán, záró pecsét maradványaival; eredetije az országos ltárban, N. R. A. 644. 7. dipl. oszt. 5922. Nagy Gyula.

24. *A veszprémi káptalan előtt Felsőeörsi Mihály fia Miklós, Szalóki Pál fiaival kibékül. 1371. apr. 25.*

Nos capitulum ecclesie Wesprimiensis damus pro memoria, quod Nicolao Ladislao et Jacobo filiis Pauli de Zalok ab una, parte vero ex altera Nicolao filio Michaelis de Fwlwrs coram nobis personaliter constitutis, per eundem Nicolaum filium Michaelis confessum extitit oraculo vive vocis pariter et relatum, ut licet inter ipsum et condam Paulum de Zalok necnon filios eiusdem Pauli prenotatos, super factis possessionis, damnorum rerum, iniuriarum et quamplurium aliorum litis materia mota diuciusque ventilata fuisset, et tandem prenominatus Paulus necnon filii sui antedicti examine iudicii prout in instrumentis suis literalibus super eo confectis haberetur, contra ipsum in facto potencie convicti extitissent, tamen per proborum hominum inter ipsos mediacionem et composicionem, ad concordie et pacis devenissent unionem et devenerunt coram nobis tali modo, ut ipse super omnibus premissis, scilicet factis possessionis, potencie, damnorum rerum, iniuriarum et aliorum

quorumlibet qualitercunque denominatorum et cuiuscunque temporis in curriculo usque diem datarum presencium, per condam Paulum de Zalok et filios eiusdem prenotatos sibi illatorum et irrogatorum, eosdem filios Pauli reddidisset expeditos et ad plenum satisfactos, imo reddidit coram nobis; viceversa autem iidem filii Pauli, Nicolao filio Michaelis preallegato, triginta marcas denariorum, in tribus terminis infrascriptis, videlicet decem marcas in octavis sancti Johannis Baptiste, alias quippe decem in octavis Nativitatis virginis gloriose, reliquos vero decem in octavis sancti Michaelis archangeli proxime futuris in predicta civitate Wesprimiensi, coram nostro testimonio dare et solvere assumserunt, talis obligacionis moderamine mediante, ut si in premisso primo termino pretactas decem marcas non solverent seu solvere non curarent, in duplo ipsarum decem marcarum, si vero prima solucione facta, in secundo termino prefixo alias decem marcas solvere negligerent, similiter in duplo earumdem, sed si duabus solucionibus in terminis prefixis et prehabitis factis, in tercio termino ad solvendum prout premittitur deputato, residuas decem marcas non solverent, sive solucionem earundem pretermitterent, in facto duelli protencialis contra predictum Nicolaum filium Michaelis convincerentur et convinci deberent ipso facto; omne eciam honus et gravamen, in quod idem Nicolaus filius Michaelis pretextu contracte pacis, racione premissorum per iudicem incurreret seu incurrere posset, predicti filii Pauli super se recipiendo, ex parte iamdicti iudicis ipsum Nicolaum filium Michaelis racione premissorum expedire et omnino expeditum redderre coram nobis assumserunt; e converso autem Nicolaus filius Michaelis prelibatus omnia sua instrumenta literalia super premissis contra eosdem Paulum et filios ipsius prenotatos confecta et habita, post iamdictarum triginta marcarum solucionem, et percepcionem, ut assumsit ..... inania, frivola et viribus caritura redd ..... filiorum Pauli prescriptorum, coram antedicto nostro testimonio assignare; ad que omnia premissorum singula partes prenotate spontanea se roboramine presencium obligarunt voluntate. Datum sexta feria proxima

post festum beati Georgii martiris, anno domini M° CCC° LXX° primo.

Zárlatán egy kerek s egy másik pecsét nyomaival; eredetije Körmenden a h. Batthyány cs. ltárában. Véghely D.

25. *I. Lajos király a veszprémi káptalant vizsgálatra küldi ki, hogy a Szőke Miklós deák által, ki Eörsön, Miske fia Pál birtokán tartozkodik, Kővágóeörsi Mihály fia ellen elkövetett hatalmaskodást vizsgálja meg. Visegrád, 1372. máj. 15.*

Lodovi us dei gracia rex Hungarie Polon ie Dalmaci etc. fidelibus suis capitulo Vesprimiensi salutem et graciam. Dicit nobis Nicolaus filius Michaelis de Kwagowrs, quod Nicolaus literatus dictus Zeuke, in eadem Wrs per conservacionem Pauli filii Myske residens, sibi multas iniurias et damna intulisset, nam idem Nicolaus literatus feria tercia proxima ante dominicam Ramispalmarum, cuius preterisset revolucio annualis, per Georgium semitorem suum tres bonas arbores nuceas cremari fecisset, et licet idem Nicolaus literatus ex parte dicti famuli sui, super premissis coram probis viris satisfaccionem congruentem impendere promisisset, tamen nullam fecisset satisfaccionem de prescriptis, et quod annotatus Nicolaus literatus, quosdam porcos suos, quos feria sexta proxima post festum beati Georgii martiris nunc preteritum, de frugibus ipsius Nicolai filii Michaelis ad stabulum idem depelli fecisset, sabbato tunc sequenti de ipso stabulo, nulla de damnis ipsius Nicolai satisfaccione impensa, potencialiter excepisset et depelli fecisset; quare fidelitati vestre mandamus, quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio fide dignum, coram quo Johannes vel Petrus filii Pauli de Kwesd aut Stephanus filius Thome vel Emericus an Laurencius de Wesprimio aliis absentibus homo noster, scita premissorum veritate, ad prefatum Paulum filium Myske accedendo, ex parte ipsius Nicolai super premissis eisdem Nicolao filio Michaelis iusticiam impertiri petat verbo nostre maiestatis, et posthec prout exinde vobis veritas constiterit, nobis fideliter rescribatis. Datum in

Wyssegrad, in vigilia festi Penthecostes, anno domini M° CCC° LXX° secundo.

A veszprémi káptalannak 1372-ben kelt jelentéséből, mely szerint a káptalan kiküldöttje Zarka Imre kanonok és egyik királyi ember, a vizsgálatot Szent-Iván napján teljesítették, s a midőn Miske fiát Pált, az elégtételre felszólították, ez azt válaszolta, hogy ő Miklós deáknak Eörsön örökös birtokot adott át, tetteiért tehát maga feleljen. A veszprémi káptalan jelentését eredetiben a h. Batthyány cs. körmendi ltárában őrzik. Véghely D.

26. *László nádor által tartott közgyűlésen az alispán és szolgabírák bizonyítják, hogy Egyházasbakonok nevű birtok, melyet mint várföldet a királyi ügyész a koronára szállottnak állított, — soha sem volt várföld, hanem azt Moys fia Pethő, nemesi jogon bírta. Mándhida, 1372. aug. 6.*

Nos Ladislaus dux Opulie et Velunensis Hungarie regni palatinus memorie commendamus, quod in congregacione generali universitati nobilium comitatus Zaladiensis feria secunda proxima post festum beati Jacobi apostoli prope villam Mandhyda celebrata, magister Johannes filius Thome de Seguar procurator et syndicus regie maiestatis generalis ad quelibet iura regalia et reginalia requirenda nobiscum per totum regni ad congregaciones generales in toto regno per nos celebrandas per ipsum dominum nostrum regem deputatus de medio universorum exsurgendo proposuit tali modo, quod possessio Eghazasbakonok que condam Pethew filii Moyus fuisset, esset terra castrensium et hominum proclamatorum et sic eadem iuri regio deberet pertinere; et hoc vicecomiti, iudicibus nobilium, iuratisque assessoribus prescripti comitatus, constaret evidenter; petens, ut iidem vicecomes, iudices nobilium, iuratique assessores qualem de premissis scirent, per nos requisiti faterentur veritatem; cumque nos eosdem vicecomitem, iudices nobilium, iuratosque assessores prescripti comitatus super premissis requisitos habuissemus, iidem ad fidem eorum deo debitam fidelitatemque domino nostro regi sueque sacre corone regie pro dicenda veritate et iusticia observanda tacto vivifice crucis ligno nobis prestitam, unanimi et

concordi testificacione taliter affirmarunt, quod dictam possessionem Eghazasbakonok ipsius Petew filii Moyus nunquam terram castrensium fore audivissent, sed idem Petew filius Moyus vero nobilitatis titulo in eadem possessione permansisset, et eadem possessio ipsi Pethew iure hereditario pertinuisset. In cuius assercionis testimonium presentes literas nostras patentes duximus concedendas. Datum duodecimo die congregacionis nostre predicte, in loco memorato, anno domini M° CCC° LXX° secundo.

Hátlapján gyűrű-pecsét; eredetije az orsz. ltárban, N. R. A. 78. 12. dipl. oszt. 6045. Nagy Imre.

27. *A zalavári convent előtt Erenyei Lökös, Erenye, Görbő, Csicske és Mizsér nevű birtokokból Erenyei István özvegyének hitbérét és hozományát kiadja. 1372. aug. 8.*

Nos conventus monasterii sancti Adriani martiris de Zala memorie commendamus per presentes, quod nobilis domina relicta Stephani filii Pauli de Enereh Elena vocata, in nostri presencia personaliter constituta, asseruit et confessa extitit oraculo vive vocis, quod ipsa Leukus filium Ladislai de eadem Enereh super dote et rebus suis parafernalibus de possessionibus seu possessionariis porcionibus predicti Stephani filii Pauli domini et mariti sui, Enereh Kurbeu, Chichke et Mesereu vocatis, sibi de iure et regni consvetudine proveniente, habita plenaria et omnimoda satisfaccione ab eodem Leukus, videlicet octo marcas, ipsum expeditum reddidisset ac penitus et per omnia absolutum, imo perpetuo et irrevocabiliter reddidit et commisit nostri in presencia testimonio presencium mediante. Datum die dominico proximo ante festum beati Laurencii martiris, anno domini M° CCC° LXX° secundo.

Hártyán, hátlapján pecsét nyomaival; eredetije Keszthelyen a gr. Festetics cs. ltárában «Ignota Miscell». 56. Nagy Imre.

28. *Szepesi Jakab országbíró azon perben, melyet Szerdahelyi Ders fia Miklós és ennek fiai, Tomaji Pál és Domokos fiai ellen, a felek Istvándi és Tomaj nevű birtokaik között fekvő vitás terület iránt indítottak, miután alperesek az esküt letették, fölpereseket elutasítja. Visegrád, 1372. oct. 28.*

Nos comes Jacobus de Sepus iudex curie serenissimi et magnifici principis domini Lodovici dei gracia incliti regis Hungarie, Polonie Dalmacie etc. memorie commendantes tenore presencium significamus quibus expedit universis, quod magister Nicolaus filius Ders personaliter, Petheu vero filius Joseph et Johannes filius Cosme pro Ders et Georgio filiis eiusdem magistri Nicolai, nec non Mikaele filio Petri de Zeredahely cum procuratoriis literis regalibus iuxta continenciam literarum comitis Stephani Bubek olim similiter iudicis curie regie prorogatoriarum, in quindenis residencie exercitus regalis contra Layk vaivodam moti, et ad octavas festi beati Andree apostoli in anno domini M° CCC° LX° nono preteriti proclamate, in figura iudicii comitis Nicolai de Zeech pridem similiter iudicis curie regie comparendo, contra Emericum filium Pauli et Johannem filium Dominici de Tomay quasdam literas capituli Vesprimiensis, formam possessionarie reambulacionis et metarum ereccionis contradictorieque inhibicionis et citacionis denotantes, domino nostro regi ad amicabilem peticionem eiusdem comitis Nicolai rescriptas, eidem comiti Nicolao, prout per literas suas exinde confectas informabamur, presentarat, declarantes inter cetera, quod cum prelibati magister Nicolaus et filii sui, ac Michael acceptis regis et dicti capituli hominibus literis in eisdem nominatis, vigore literarum dicti comitis Nicolai tempore primarie conservacionis dicti honoris emanatarum transmissis, secundo die festi beati regis Stephani in anno domino M° CCC° L° octavo preterito, inter alia ad faciem possessionis ipsorum Stephandi vocate, vicinis et commetaneis suis universis legitime convocatis accedendo, eandem per veras suas metas reambulare et ab aliorum iuribus possessionariis metaliter distinguere voluissent; predictus *(így)* Paulus filius Tanyn procurator

videlicet predicti Emerici, et Johannes filius Dominici de Tomay personaliter inibi adherendo, eosdem regium et dicti capituli homines ab huiusmodi metarum reambulacione et ereccione prohibuissent, quos ibidem, iidem regius et dicti capituli homines, contra annotatos magistrum Nicolaum et filios suos, ac Michaelem, ad quindenas predicti festi sancti regis Stephani tunc venturas ad regie maiestatis presenciam citavissent, racionem contradiccionis eorum reddituros; quibus quidem literis exhibitis, prenominatis magistro Nicolao et procuratore annotatorum filiorum eiusdem magistri Nicolai ac Michaelis racionem premisse contradictorie inhibicionis per annotatos Emericum et Johanem coram dicto comite Nicolao assignari postulantibus, Blasius filius Laurencii pro ipsis Emerico et Johanne cum procuratoriis literis conventus Zaladiensis coram eodem comite Nicolao adherendo, responderat eo modo, ut annotati magister Nicolaus et filii sui ac Michael per premissam possessionariam reambulacionem ipsorum, magnas particulas terrarum de dicta possessione eorum Tomay ad ipsam possessionem ipsorum Stephandi vocatam applicare voluissent, et ex eo per ipsos facta extitisset prohibicio prenotata; et quia eedem partes super facto premissarum possessionum earum nulla metalia instrumenta habere, et nec ad tunc nec in futurum exhibere posse asseruerant, ipseque comes Nicolaus absque reambulacione premissarum possessionum facere non potuerat, pro eo idem amiciciam dicti capituli Vesprimiensis literatorie pecierat reverenter, quatenus ipsorum mitterent homines pro utrisque partibus pro testimoniis fidedignos, quibus presentibus homines regii pro partibus infra declarandi, in octavis festi beati Georgii martiris proxime tunc venturis et aliis diebus subsequentibus ad idque sufficientibus, ad facies premissarum possessionum parcium utrarumque, vicinorum et commetaneorum suorum legitimis convocacionibus factis, et partibus vel earum legitimis procuratoribus presentibus accedendo, primo metas et cursus metales pretacte possessionis ipsorum actorum Stephandi vocate, a parte predicte possessionis Tomay nuncupate ipsorum in causam attractorum, iuxta demonstracionem eorumdem actorum vel legitimi pro-

curatoris eorum, demum vero si necesse fieret metas prenotate possessionis Tomay annotatorum Emerici et Johannis secundum ostensionem eorumdem nobilium vel ipsorum legitimi procuratoris, ex parte ipsius possessionis Stephandi ipsorum actorum reambularent, et si eedem partes in huiusmodi reambulacionibus et ostensionibus metalibus concordes fierent, tunc cuique parti sua iura possessionaria metis ab invicem distinguendo, statuerent et committerent perpetuo possidenda et habenda, si vero eedem partes in premissis reambulacionibus et ostensionibus metarum discordarent, et sibi invicem contradicerent, tunc particulam vel particulas possessionarias inter ipsas parcium ostensiones litigiose remanentes, signis metalibus consignando, regalique mensura si mensurare possent mensurando, vel si mensurare non possint tunc visu considerando, deum habendo pre oculis, unacum aliis probis viris estimarent regni consuetudine requirente; et post hec ipsius possessionarie reambulacionis, metarum ereccionis, consignacionis estimacionis et statucionis seriem, ut fieret opportunum, ad octavum diem predictarum octavarum sancti Georgii tunc venturarum, domino nostro regi fideliter rescriberet capitulum ecclesie Vesprimiensis prenotatum. A quo quidem octavo die discussio premissorum inter predictos magistrum Nicolaum et filios suos ac Jacobum puerum filium predicti Michaelis, in quem presens causa medio tempore mortuo ipso Michaele patre suo extiterat redacta, actores, et ipsos in causam attractos, quibusdam prorogacionum cautelis intervenientibus, iuxta continenciam literarum predicti comitis Nicolai prorogatoriarum ad tunc presentes octavas festi beati Georgii martiris prorogata extitisset; tandem ipsis octavis adherentibus, Petrus filius Kalouz pro ipsis actoribus, excepto dicto Jacobo puero cum procuratoriis literis regalibus ab una, parte vero ex altera predictus Emericus pro se personaliter, pro ipso vero Johanne cum procuratoriis literis conventus Zaladiensis ipsius comitis Nicolai veniendo presenciam, literas ipsius capituli Vesprimiensis super premissis domino nostro regi rescripcionales, eidem comiti Nicolao presentarant, declarantes inter cetera, quod cum ipsum capitulum iuxta continenciam premis-

sarum literarum ipsius comitis Nicolai cum Stephano filio Lachoud de Koruntal, et Nicolao filio Thome de Usa hominibus regiis homines eorum, videlicet magistrum Andream rufum pro parte dictorum actorum et magistrum Emericum cantores pro parte eorumdem in causam attractorum, socios et concanonicos ipsorum ad premissa exequenda pro testimoniis destinassent, tandem iidem ad ipsum capitulum reversi, eidem concorditer retulissent, quod ipsi in predictis octavis festi beati Georgii martiris ad facies predictarum possessionum utrarumque parcium, vicinorum et commetaneorum suorum legitimis convocacionibus factis, et Johanne filio prefati magistri Nicolai filii Ders pro eisdem magistro Nicolao patre, Ders et Georgio fratribus suis ac Michaele filio Petri cum sufficientibus literis procuratoriis, nec non prefatis Emerico filio Pauli et Johanne filio Dominici de Tomay personaliter assistentibus accedendo, primo metas et distincciones metales prenotate possessionis ipsorum actorum Stephandi vocate, a parte prefate possessionis Tomay ipsorum Emerici filii Pauli et Johannis filii Dominici iuxta ostensionem prenominati Johannis filii ipsius magistri Nicolai Ders hoc modo reambulassent, quod incepissent primo a parte meridiei prope aquam Lesenze in quodam trunco corrupte salicis, inde procedendo versus occidentem, venissent ad truncum arboris nucis, inde venissent ad prope finem ipsius ville Tomay ad quosdam dumos spinetorum, de hinc eandem partem eundo venissent ad unum antiquum terminum Tyupmege iuxta quandam magnam viam a parte meridionali habitam, inde procedendo ad ipsam viam versus septemtrionem transeundo venissent ad quandam antiquam vineam ubi idem Johannes filius ipsius magistri Nicolai unam arborem piri pro meta dicte possessionis Stephand fuisse, et eandem effossam et destructam, dictamque antiquam vineam totam inter terminos dicte possessionis eorumdem actorum Stephand existere dixisset, inde ad dictam partem occidentalem transeundo, et in termino eiusdem vinee eundo, idem Johannes filius magistri Nicolai in sulco dicte vinee iuxta speluncam ipsius vinee unam arborem zyl pro meta fuisse dixisset, abinde flectendo ad

dictam partem septemtrionis, in quadam via procedendo, venisset ad quendam puteum Urbunch Kutha dictum, inde ivissent per brevissimum et modicum spacium usque vias per modum crucis sese transeundo, ubi idem Johannes omnia signa et terminos premisso modo per ipsum ostensos et ostensa, metas et terminos dicte possessionis Stephand, et eandem possessionem Stephand usque eosdem terminos et distincciones dictorum magistri Nicolai patris et fratrum suorum ac Michaelis filii Petri fore dixisset, cui reambulacioni separacioni et ostensioni, prenotati Emericus filius Pauli et Johannes filius Dominici ubique contradiccionis obstaculo obviassent et de eadem contenti non fuissent, et de ipsis viis in eadem magna via procedendo venissent ad tres metas angulares, quarum unam possessionis regis Zyd, aliam prefate possessionis Stephand et terciam ipsius possessionis Tomay partes fore dixissent, et a predictis viis supra et prope ipsum puteum Urbunch Kuta dictum usque ad ipsas tres metas concordes remansissent, a predictis autem viis per modum crucis currentibus supra ipsum puteum Urbunch Kuta habitis, iuxta ostensionem prefatorum Emerici filii Pauli et Johannis filii Dominici dictam possessionem eorum Tomay a predicta possessione Stephand hoc modo reambulassent, quod ab ipsis viis processissent versus orientem, et venissent ad duas arbores iliceas, unam stantem et aliam succisam, inde ad eandem partem per bonum spacium procedendo et iuxta quasdam vineas eundo et easdem transeundo, in fine terrarum arabilium inter quedam rubeta duas arbores piri pro metis ostendissent, inde per unam magnam viam, que iret in predictam villam Stephand, procedendo in latere eiusdem vie a parte septemtrionis unam dumum cypkebokor dictum pro meta ostendissent, abinde in eadem via versus ipsam villam eundo et de ipsa via ad partem meridionalem exeundo, et per longitudinem sati avene procedendo, iuxta quandam viam duos parvos cumulos terre, in quorum uno spineta essent, pro metis ostendissent, inde iuxta quendam parvum rivulum Chergetygh dictum semper eundo, venissent ad quosdam dumos salicum prope predictam aquam Lesenze ex opposito prefate corrupte sali-

cis per ipsum Johannem filium magistri Nicolai pro prima meta ostense habitos; et ibi ostensio terminorum ipsius possessionis Tomay finiretur; ubi prefati Emericus et Johannes dictam possessionem eorum Tomay a predicta possessione Stephand per predictos terminos et signa per eos ostensa, et duplicatorum signorum alterum dicte possessionis Stephand fore dixissent; de qua eciam reambulacione et ostensione signorum prefatus Johannes filius ipsius magistri Nicolai contentus non fuisset, et eisdem ubique contradiccionis velamine obviasset, in quibus tamen locis per utramque partem ostensis, ipsi nullum signum metis verisimile repertissent; et quia partes in huiusmodi reambulacionibus earum metarum ac terminorum discordassent, ideo ipsi neutri parti ius suum possessionarium statuere potuissent, particulam autem inter ipsas reambulaciones et ostensiones signorum in contencione remanentem, ipsi unacum aliis probis viris visu considerando, in tribus marcis estimassent. Quibus quidem literis exhibitis et revisis, quia de eo ad cuius partis possessionem premissa litigiosa terra pertinens fuerit et pertinere deberet, et que parcium in eiusdem dominio existeret, eidem comiti Nicolao veritas non constabat, ipseque comes Nicolaus absque rescita veritate premissorum inter easdem partes congruo modo iudicium et iusticiam facere non poterat, ad ipsamque inquisicionem faciendam regii et dicti capituli Vesprimiensis homines necessario fuerant transmittendi, igitur idem comes Nicolaus amiciciam dicti capituli literatorie pecierat diligenter, quatenus ipsorum mitterent homines pro utrisque partibus pro testimoniis fidedignos, quibus presentibus homines regii pro partibus infra declarandi, in octavis festi Nativitatis virginis gloriose proxime tunc venturis ad faciem premisse litigiose terre, vicinis et commetaneis eiusdem universis legitime inibi convocatis, et partibus vel earum legitimis procuratoribus presentibus accedendo, ab eisdem vicinis et commetaneis ac ab aliis cuiusvis status et condicionis hominibus, de eo, utrum dicta litigiosa terra ad ipsam possessionem Stephand vocatam dictorum actorum, aut eadem ad dictam possessionem Tomay vocatam semper et ab antiquo pertinens fuerit et

pertinere deberet, ad fidem eorum deo debitam fidelitatemque domino nostro regi et suo sacro diademati conservandam amore favore et odio cuiuslibet partis postergatis, scirent et inquirerent omnimodam veritatem, ibidem eciam id que parcium in dominio ipsius terre litigiose esset et existeret, viderent et diligenter intuerentur; et post hec ipsius inquisicionis et revisionis seriem cum propriis et possessionum attestancium nominibus, ut fieret expediens, ad octavas festi beati Michaelis archangeli similiter proxime tunc venturas domino nostro regi fideliter rescriberet capitulum Vesprimiense prenotatum. Et cum discussio premissorum ab ipsis octavis festi beati Michaelis archangeli inter ipsas partes iuxta continencias literarum predicti comitis Nicolai prorogatoriarum, quibusdam prorogacionum cautelis intervenientibus, ad octavas festi beati Georgii martyris proxime preteritas deventa extitisset, tandem ipsis octavis advenientibus, predicti magistri Nicolaus filius Ders et Ders filius suus pro se personaliter, pro aliis vero predictis cum procuratoriis literis conventus Simigiensis ab una, item prelibatus Emericus filius Pauli pro se personaliter pro ipso vero Johanne filio Dominici cum procuratoriis literis conventus Zaladiensis parte ab altera ad presenciam dicti comitis Nicolai accedentes, quasdam literas dicti capituli Vesprimiensis super premissis domino nostro regi rescriptas eidem comiti Nicolao presentarant, in quibus inter cetera repertum fuerat, quod cum ipsum capitulum Vesprimiense literis ipsius comitis Nicolai adiudicatoriis iuxta earumdem continenciam una cum hominibus regiis, videlicet Thoma filio Stephani de Wygagh, magistrum Emericum cantorem pro dictis actoribus, pro ipsis autem in causam attractis cum Dionisio filio Johannis de Torek magistrum Dominicum maiorem socium et concanonicum ipsorum, ad ea que in dictis literis eiusdem comitis Nicolai continerentur exequenda pro ipsorum testimoniis duxissent transmittendos; demum iidem ad ipsum capitulum reversi eidem concorditer retulissent, ut ipsi in dictis octavis festi Nativitatis virginis gloriose ad faciem predicte litigiose terre in dictis literis expresse, scilicet ad faciem litigiose terre ad tres marcas estimate, vicinis et commetaneis eius-

dem universis legitime inibi convocatis et presentibus, et eciam dicto magistro Nicolao pro se personaliter, pro dictis filiis suis cum procuratorio sufficienti, pro predicto autem puero Jacobo, Briccio filio Demetrii famulo suo similiter cum sufficienti procuratorio inibi existentibus, ipsis denique in causam attractis modo simili personaliter in ibi constitutis et presentibus accedendo, a dictis vicinis et commentaneis ac ab aliis hominibus infra declarandis ad superficiem dicte litigiose terre pro tunc congregatis, scilicet a Petro filio Nicolai, Georgio filio Ladislai de Turek commetaneis, ac Emerico et Dionisio filiis Dominici et Benedicto filio Wyda de alia Turek similiter commetaneis, nec non Stephano filio Georgii, Johanne filio Benedicti, Petro filio Mathei, Beuch filio Nicolai, Johanne filio alterius Nicolai, Nicolao filio Nicolai, Jacobo filio Petri, Ladislao filio Nicolai, Stephano filio Johannis, Deseu filio Myke de Vita commetaneis, et Paulo filio Salamonis viceofficiali de Valus ac Petro filio Jacobi, nec non Johanne filio Stephani et altero Johanne filio Fabiani, Stephano filio Bartolomei iobagionibus domini regis de eadem similiter commetaneis, ac ab aliis vicinis comprovincialibus censequenter nominatim exprimendis, scilicet a Petro de Doboka, Lukasio de Kukusyan, Andrea filio Benedicti de Chafort, Stephano dicto Chuka de Karmach, Johanne fratre eiusdem de eadem et altero Johanne dicto Chuch ac Stephano filio Benedicti de Echyr, Stephano filio Beke de Usa ac Petro filio Ladislai, nec non Johanne filio Stephani de Kystuan; item a Thoma filio Tekus et altero Thoma filio Herbordi, Nicolao filio Georgii, Antonio filio Stephani de Byky et Michaele, Paulo, Egidio de Kerecheh, ac Nicolao filio Stephani de Nogzeuleus, nec non ab Urbolch de Usa; item a Benedicto filio Michaelis, Stephano filio Andree et Nicolao filio eiusdem Andree de Alap, Johanne filio Stephani de Lodomer, Petro filio Laurencii filii Bychou, Paulo filio Johannis de Gulach, item Deseu, Benedicto, Nicolao, Mathia, Dominico filio Deseu de Durugd, Mathia et Ladislao de Kustan, Jacobo filio Johannis de Gurbeu, Dionisio ac Laurencio filio Deseu de Vatka, Nicolao filio Andree de Chob ac Michaele filio Petri, Johanne filio Colomanni,

Paulo filio Nicolai, Johanne filio Ladislai de Karmach et Johanne filio Stephani de Molnar; item Johanne Egidio et Petro filio Tekus de Byky, Johanne filio Chaba, Stephano filio Rasou et Benedicto filio eiusdem Basou de Zenth Lazlou, Michaele dicto Koza de Zelenche, Thoma et Gregorio de Apathy ac Benedicto filio Bech de Lak, vicinis et comprovincialibus, a popularibus vero numero octuaginta similiter vicinis et comprovincialibus ad fidem eorum deo debitam fidelitatemque domino nostro regi et suo sacro diademati conservandam, amore favore et odio cuiuslibet partis postergatis, referentibus scivissent, ut dicta terra litigiosa ad tres marcas estimata ad prescriptam possessionem dictorum Emerici semper et ab antiquo pertinens fuisset et pertineret, et eciam in dominio ipsius litigiose terre ad tres marcas estimate Johannem filium Dominici et Emericum filium Pauli esse ac fuisse scivissent et vidissent. Istis igitur peractis, dum ipsi pretitulatum magistrum Nicolaum filium Ders in eo interrogassent, quod eorum attestancium documento vel testimonio pretactam litigiosam terram ad annotatam possessionem Stephand vocatam pertinere debere approbaret, idem magister Nicolaus taliter respondisset, ut annotata possessio ipsorum Stephand a temporibus impacatis a progenitorum ipsorum manibus ablata extitisset, deinde pater suus quondam necessitatis dispendio aggravatus quibusdam duobus hominibus, videlicet Ladislao et Thome de Tomay eandem impignorasset, iidem denique nobiles tempore ipsius impignoracionis ipsam inter se dividendo partiti extitissent, et quantum unus quisque eorum voluisset de ea, tantam occupasset, et sue porcioni possessionarie seu possessioni applicasset, et ideo pretacti nobiles ipam litigiosam terram porcionibus ipsorum possessionariis modo premisso applicatam ab antiquo possedissent, idcircoque in ipsius dominio tunc essent et antea extitissent; propter quod aliquorum commetaneorum vel vicinorum suorum testimonio aut documento hoc, quod dicta litigiosa terra ad prefatam possessionem Stephand pertineret et pertinere deberet, approbare non posse allegasset, sed propinquiores commetaneos et vicinos suos magistrum

Simonem filium Mauricii et dominos terrestres seu nobiles de Pobar esse astruxisset. Quarum quidem literarum exhibicionibus factis et perlectis continenciis earumdem, eedem partes in premissis eis iudicium et iusticiam per dictum comitem Nicolaum impertiri postularant; verum quia in premissa communi inquisicione vicini et commetanei ac complures nobiles comprovinciales pro parte dictorum nobilium de Tomay predictis magistro Nicolao et filiis suis ac Jacobo filio Michaelis nullum pro parte sua adducentibus modo premisso attestati extitisse existere, premissarum literarum ipsius capituli Vesprimiensis reperti fuerant, iidem eciam nobiles in dominio prescripte terre litigiose existere agnoscebantur, et ex eo super dicta particula terre ad tres marcas estimate uni predictorum nobilium de Tomay ut congrueret iuramentum imponi et adiudicari debere visum fuerat, pro eo ipse comes Nicolaus una cum baronibus, regnique nobilibus secum tunc in iudicio sedentibus, ipsis partibus volentibus et acceptantibus, commiserat iudicans eo modo, quod unus e predictis nobilibus de Tomay, videlicet Emericus vel Johannes in octavis festi beati Michaelis archangeli tunc venturis, ad faciem premisse particule terre inter partes prenotatas litigiose, vicinis et commetaneis eiusdem universis legitime convocatis, ac dictis actoribus vel earum legitimis procuratoribus, nec non hominibus regiis pro partibus infra declarandis, et testimoniis capituli Vesprimiensis que idem comes Nicolaus per ipsum capitulum ad id amicabiliter serie predictarum literarum suarum transmitti postularat presentibus accedendo, primo ipsam terram litigiosam ad tres marcas estimatam iuxta primariam reambulacionem et cursus metales per ipsos Emericum et Johannem demonstratas reambulando, in unaque ipsarum metarum vel signorum metalium per ipsos demonstratorum tercio se nobilibus, ex quibus unus ex commetaneis suis pro sua parte in dicta communi inquisicione attestatis interesse deberet comparendo, resolutis cingulis discalceatis pedibus et terram supra capita eorum levando ac generaliter dicendo prout moris est iuxta regni consvetudinem iurare super terram, super eo, quod predicta particula terre ad tres marcas esti-

mata semper et ab antiquo ad dictam possessionem eorum Thomay vocatam pertinuerit et pertinere deberet, premisseque mete et signa metalia per ipsos ostense et demonstrata vere mete dicte eorum possessionis Thomay a dicta possessione Stephandi separentes et distinguencia extiterint et existerent, nunquamque ipsa terra litigiosa ad predictam possessionem Stephandi ipsorum actorum pertinens fueret nec pertinere deberet, sacramentum prestare teneretur; qui si prestaret et prestare posset, tunc eandem particulam terre litigiosam ad tres marcas estimatam, eisdem Johanni et Emerico novarum metarum ereccionibus factis, si vero prestare nollet vel non posset, extunc ipsam dictis actoribus similiter novis metis ab aliorum iuribus distinguendo statuerent et committerent perpetuo possidendam, regii et dicti capituli homines prenotati, contradiccione ipsarum parcium et aliorum quorumlibet, eo, quod tempore dicte possessionarie recaptivacionis et statucionis eisdem ab illa parte nullius alterius preter predictorum nobilium de Tomay obviaverat contradiccio, obviari non valente; et post hec ipsius iuramentalis deposicionis seriem cum cursibus metarum et nominibus coniuratorum, ad octavum diem dictarum octavarum similiter tunc affuturarum, per partes in literis dicti capituli Vesprimiensis idem comes Nicolaus sibi voluerat reportari. Tandem ipso octavo die dictarum octavarum sancti Michaelis instante, ac medio tempore ipso comite Nicolao de Zeech in banum regni Slavonie per dominum nostrum regem prefecto, et dicto honore iudicatus curie regie nobis collato, annotatus Emericus filius Pauli pro se personaliter, pro ipso vero Johanne cum procuratoriis literis conventus Zaladiensis nostrum iudiciarium adeundo conspectum, presente prelibato magistro Nicolao filio Ders, qui pro se personaliter, pro prefatis vero filiis et fratre suis idem, ac Sebastianus filius Tadeus et Michael filius Deseu cum procuratoriis literis regalibus et conventus Simigiensis coram nobis adherebant, literis iamdicti capituli Vesprimiensis super prehabitis ipsi comiti Nicolao de Zeech rescriptas nobis curavit exhibere, habentes inter cetera: quod cum ipsum capitulum receptis literis dicti comitis Nicolai, una cum

hominibus regiis literis in eisdem nominatis, videlicet Michaele filio Deseu de Borsylisy, Antonium magistrum altaris sancte crucis pro ipsis actoribus, ac Laurencio filio Deseu de Vathka Petrum chori ipsorum sacerdotes, nepotem videlicet domini Nicolai cantoris ecclesie eorum pro dictis in causam attractis ad premissa exequenda pro testimoniis duxisset transmittendos, demum iidem ad ipsum capitulum reversi, eidem concorditer retulissent, ut ipsi in octavis festi beati Michaelis archangeli nunc elapsi ad faciem litigiose terre inter possessiones Stephand et Tomay vocatas habite, vicinis et commetaneis eiusdem universis legitime inibi convocatis et partibus presentibus accedendo, eandem terram litigiosam ad tres marcas estimatam iuxta primariam reambulacionem et cursus metales per ipsos Emericum et Johannem modo premisso demonstratos reambulassent; factaque reambulacione, in una dictarum metarum per annotatos Emericum et Johannem demonstratarum, idem Johannes tercio se nobilibus, quorum unus e commetaneis pro ipsorum parte in dicta communi inquisicione attestatis interfuisset, videlicet Deseu filio Myke de Vita et Dominico filio Dominici de Turek, resolutis cingulis discalceatis pedibus, et terram super capita ipsorum levando ac generaliter dicendo prout moris est iuxta regni consvetudinem iurare super terram, super eo, quod predicta particula terre litigiosa ad tres marcas estimata semper et ab antiquo ad dictam possessionem eorum Tomay vocatam pertinuisset et nunc pertinere deberet, ac mete et signa metalia modo prehabito per ipsos ostense et demonstrata, vere mete dicte possessionis eorum Tomay ab annotata possessione Stephand separantes et distinguencia extiterint et nunc existant, nunquamque ipsa terra litigiosa ad predictam possessionem Stephand ipsorum actorum pertinens fuerit, nec nunc pertinere debeat, sacramentum prestitissent; qua sacramentali deposicione facta, eandem particulam terre litigiosam ad tres marcas estimatam, ipsis Emerico et Johanni novarum metarum ereccionibus et distinccionibus modo inferius declarato factis, statuissent et commisissent perpetuo possidendam. Quarum quidem novarum metarum dictas possessiones Stephand et Tomay

distinguencium cursus hoc ordine procederet: ut primo ex occidentis parte a tribus metis inter possessiones Syd, Stephand et Tomay distinguentibus inchoassent, ubi preter signa metalia iam relata easdem possessiones evidenter distinguencia, non aliquam novam metam erexissent, abhinc ad orientis partem tendendo, ad quendam fontem Urbanch Kuta nuncupatum accessissent, iuxta quem in trunco eiusdem arboris ilicee unam terream metam erexissent, deinde per quandam parvam viam inter vineas et per terras arabiles eundo, in fine earumdem terrarum arabilium ad quoddam nemus introivissent, in quo circa quandam arborem piri in uno trunco novam metam elevassent, ulterius ad dictam orientis plagam eundo ad quandam magnam viam in ipsam possessionem Stephand ducentem pervenissent, et prope eandem inter rubeta ad unum dumum vulgariter cypkebokor nuncupatum accessissent, penes quam unam terream metam cumulassent, deinceps ad eandem partem in dicta via parcium gradiendo ad terras arabiles accessissent, in quarum extremitate prope ipsam viam ex parte meridiei unam terream metam subrogassent, deinde versus ipsum orientem adhuc progrediendo ac iuxta rivulum et dumum ad quendam fluvium Lesenze appellatum devenissent, et inibi in prato circa ipsum fluvium adiacente in trunco arboris egurfa dicte unam novam metam elevassent, per quasdam metas et signa metalia modo iam dicto erectas et elevata, easdem possessiones Stephand et Tomay ase . . . . . prefatus Emericus sibi et dicto Johanni super premissis iuris equitatem per nos pecierat elargiri; verum quia annotatus Johannes filius Dominici presentibus prefatis actoribus regiisque et dicti capituli hominibus, observata premissa adiudicacionis forma, loco et termino in prefixis cum suis coniuratoribus in facto dicte terre suum iuramentum . . . . . estimata per eosdem regios et dicti capituli homines ad dictam possessionem Tomay ereccionibus metarum premissarum applicata, ac eisdem Emerico et Johanni statuta fore ex prescriptis literis ipsius capituli manifeste reperiebantur, pro eo his omnibus diligenter consideratis, una cum his, qui nobiscum iudiciario nostro examini . . . . . Nicolaum et filios ac

fratrem patruelem suos, pro premissa indebita requisicione dicte terre ad tres marcas estimate in valore estimacionis eiusdem convictos fore decernentes et committentes, eandem terram sub distinccionibus premissarum metarum novarum ad dictam possessionem Tomay adiunctam, cum omnibus suis . . . . . Emerico et Johanni eorumque heredibus et posteris, eo iure quo ipsis dinoscitur pertinere, sub eadem distinccione metali relinquimus et commissimus in perpetuum possidere, tenere, pariter et habere, salvo iure alieno. In cuius rei memoriam firmitatemque perpetuam, presentes eisdem Emerico et Johanni concessimus . . . . . pendentis sigilli nostri authetici muninime roboratas. Datum in Visegrad, sedecimo die octavi diei octavarum sancti Michaelis predictarum, anno domini M° CCC° LXX° secundo.

Papíron, hátlapján pecsét nyomaival, eredetije Iharos-Berényben az Inkey cs. ltárában. A. O. 19. Nagy Imre.

29. *A zalavári convent előtt Béczi Mátyás fia István, nagynénjének fiát, a polgári származású Balog fia Balázst, anyai leány negyedi illetőségére nézve Bécz nevű birtokban három jobbágy telekkel kielégíti. 1373. apr. 21.*

Conventus monasterii beati Adriani martiris de Zala, universis Christi fidelibus tam presentibus quam futuris, presens scriptum inspecturis, salutem in omnium salvatore. Cum oblivio inimica sit memorie, dignum est ut omnes contractus legitimi testimonio scripturarum muniantur. Proinde ad universorum noticiam harum serie literarum volumus pervenire, quod Stephano filio Mathie de Beech ab una, parte vero ex altera Blasio filio Balog de eadem, de quorum noticia personali Nicolaus filius Ampod de Mendzenth et Johannes filius Andree de Semyenfeulde nos certificarunt, coram nobis personaliter constitutis, per eundem Stephanum filium Mathie propositum extitit et relatum oraculo vive vocis, quod quia predictus Mathias pater suus nobilem dominam Elizabeth vocatam amitam suam sororem videlicet predicti patris sui uterinam homini populari tradiderit et impossessionato, ob hoc ipse Stephanus predicto Blasio filio

Balog ab ipsa domina Elizabet procreato tres contiguas curias seu sessiones iobagionales in predicta sua possessione sua *(így)* Beech habite *(így)* existentes, videlicet a parte orientis circa seu penes curiam sacerdotis parochionalis a parte aquilonari adiacentes, cum tot et tantis terris arabilibus et pratis seu fenetis prout ceteri sui iobagiones uti sunt consveti, nec non unam particulam terre circa ipsas curias seu sessiones similiter a parte aquilonari adiacentem, cuius quidem particule terre finis incipit a parte orientis, et se *(így)* in longitudinem versus occidentem usque in viam magnam per quam itur in possessionem Paska, in latitudinem vero a predictis curiis versus plagam aquilonarem usque in rubetum seu silvam pascualem se extendencia *(így)*, tum causa consanguineitatis et proximitatis tum eciam lege regni requirente, pro quarta parte puellari predicte domine Elizabeth matris sue, cum omnibus suis utilitatibus et pertinenciis universis, dedisset donasset contulisset et tradidisset, imo dedit donavit contulit et tradidit in filios filiorum heredumque suorum per successores coram nobis. In cuius rei memoriam firmatitemque perpetuam, presentes literas nostras privilegiales pendentis et autentici sigilli nostri munimine roboratas predicto Blasio filio Balog duximus concedendas. Datum feria quinta proxima post festum Pasche domini, anno domini M° CCC° septuagesimo tercio. Presentibus religiosis viris domino fratre Ladislao abbate, Johanne priore, Petro custode, Andrea cantore, ceteris quampluribus deo iugiter famulantibus.

Vörös selymen függő félig ép pecséttel; eredetije a herczeg Batthyány cs. körmendi ltárában. Nagy Imre. Dl 100135

30. *Az alispán és a szolgabírák Kanizsay Miklós panaszára László veszprémi püspököt és jobbágyait Kanizsa nevű birtok használatától egyik szolgabíró által tiltatják. Kapornak, 1373. máj. 5.*

Nos magister Michael filius Georgii de Arany vicecomes et iudices nobilium comitatus Zaladiensis, damus pro memoria, quod cum nos ad legitimam peticionem Nicolai filii Johannis filii Laurencii de Kanisa, comitem Johannem

filium Nicolai de Raik unum ex nobis iudicibus nobilium de sede nostra iudiciaria transmisimus ad infrascriptam prohibicionem faciendam, qui demum ad nos reversus nobis retulit, quod ipse feria sexta proxima post festum beati Georgii martiris proxime preteritum, ad faciem predicte possessionis Kanisa accessisset, universos vicinos et commetaneos eiusdem et specialiter venerabilem in Christo patrem dominum Ladislaum episcopum ecclesie Vesprimiensis ac iobagiones suos ad ipsum pertinentes, ab usu et percepcione fructuum ac omnium utilitatum prefate possessionis Kanisa prohibuisset, manifeste iuris ordine observato. Datum in Kopornok, feria quinta proxima post octavas festi prenotati, anno domini M° CCC° septuagesimo tercio.

Zárlatán pecsét nyomaival; eredetije az Orsz. Ltárban, dipl. oszt. 6114. Nagy Imre.

31. *Imre nádor, János fiai Péter és Miklós kir. curiai jegyzők és a tihanyi apátság között Arács nevű birtok iránt folyt perben ítéletet hoz. Visegrád, 1373. dec. 3.*

Nos Emericus regni Hungarie palatinus et iudex comanorum, memorie commendantes tenore presencium significamus quibus expedit universis, quod magister Petrus literatus curie regie notarius pro magistro Nicolao similiter curie regie notario fratre suo uterino cum procuratoriis literis regalibus decimo die octavarum festi Pentecostes anno domini M° CCC° LXX° primo preteritarum, magnifici viri domini Ladislai ducis Opulie et Velunensis regnique Hungarie pridem similiter palatini et iudicis comanorum predecessoris nostri iudiciarium adiens conspectum, contra religiosum virum fratrem Benedictum abbatem de Tykonio, eo quod presens causa per transmutacionem fratris Nicolai prioris abbatis de eodem Tykonio in ipsum fratrem Benedictum abbatem ipsius ecclesie Tykoniensis condescendisset, quasdam quatuor literas, unam capituli ecclesie Vesprimiensis evocatoriam ad eiusdem domini nostri regis literatorium mandatum eidem domino palatino rescripcionalem, et aliam eiusdem domini Ladislai iudicialem, ac terciam viri

magnifici comitis Nicolai de Zeech pridem iudicis curie regie formam iudicii sui exprimentem, nec non quartam conventus cruciferorum domus hospitalis ecclesie beati regis Stephani de Alba ipsi domino nostro regi rescripcionalem, eiusdem domini Ladislai iudiciario examini, prout per literas suas exinde confectas edocebamur, curasset exhibere, in quarum prima, videlicet ipsius capituli Vesprimiensis evocatoria litera inter alia habitum fuisset, quod magister Nicolaus filius Johannis curie regie notarius eidem domino nostro regi dixisset sub hac forma, quod quedam litere dicti comitis Nicolai de Zeech quibus mediantibus examinacio seriei communis inquisicionis inter ipsum et predictum Nicolaum abbatem Tykoniensem in dominica Reminiscere in anno proxime tunc transacto preterita, secundum continenciam aliarum literarum eiusdem comitis Nicolai formam sue iudiciarie commissionis exprimencium, in facto cuiusdam porcionis possessionarie in possessione Arach vocata existentis celebrate, ad octavas festi beati Johannis Baptiste similiter in eodem anno tunc proxime transacto preteriti prorogative devenisset, per suum procuratorem in eisdem octavis in sede iudiciaria ipsius comitis Nicolai exhibite casualiter deperdite extitissent, unde cum idem dominus noster rex ob huiusmodi casualis deperdicionis dictarum literarum prorogatoriarum causam inter ipsas partes ad talem finem litigiose deductam nolens facere condescendi et de suo cursu iam finali variare sed in eodem statu iuxta seriem ipsius communis inquisicionis et literarum exinde confectarum absque omni variacione diffiniri et determinari volens, eiusdem domini Ladislai ducis et palatini iudiciarium per examen et in eius presencia ob maioris iusticie observanciam, idem magister Nicolaus dictam causam suam exsequi intenderet adversus abbatem prenotatum, fidelitati dicti capituli Vesprimiensis precipiendo mandasset, quatenus ipsorum mitterent hominem pro testimonio fidedignum, quo presente homo suus regius infradeclarandus, evocaret predictum Nicolaum abbatem contra predictum magistrum Nicolaum in presenciam dicti domini Ladislai palatini ad octavas festi beati regis Stephani tunc proxime affuturas in

predicta causa finem debitum recepturum, nihilominus eciam de iniuriis damnis et molesciis actibusque potenciariis, ut idem magister Nicolaus dixisset sibi per iamdictum abbatem lite inter eos pendente illatis, super quibus in eodem termino per eundem dominum Ladislaum palatinum ex parte ipsius Nicolai abbatis iusticiam, premissa lite non obstante, impendi facere voluisset dominus noster rex prenotatus, racionem debitam redditurum, et post hec seriem dicte evocacionis eidem domino Ladislao palatino rescriberet capitulum Vesprimiense prenotatum; ipsum igitur capitulum preceptis regiis obediens ut tenetur, unacum Johanne de Kwesd homine suo regio hominem ipsorum, videlicet Nicolaum presbiterum ecclesie eorum prebendarium, magistrum altaris sancti spiritus, ad premissa exsequenda pro testimonio transmisisset, qui postmodum ad ipsos reversi ipsis concorditer retulissent, quod ipsi sabbato proximo ante festum Assumcionis beate virginis tunc preteritum, prefatum Nicolaum abbatem Tykoniensem super porcione sua possessionaria in predicta possessione Arach habita, contra prefatum magistrum Nicolaum in eiusdem domini Ladislai palatini presenciam ad predictas octavas festi beati regis Stephani tunc venturas in predicta causa finem debitum recepturum, et de omnibus aliis predictis racionem redditurum evocassent; ceterum in dicta litera eiusdem domini Ladislai palatini iudiciali, in Wyssegrad, octavo die octavarum predicti festi Pentecostes in dicto anno domini M° CCC° LXX° primo preteritarum confecta, sic habitum fuisset, quod Petrus literatus de Kwesd pro magistro Nicolao filio Johannis curie regie notario cum procuratoriis literis eiusdem domini Ladislai palatini contra dominum Benedictum abbatem de Tykonio, a dictis octavis festi Pentecoctes septem diebus continuis legitime stetisset in termino coram ipso, qui iuxta continenciam priorum literarum eiusdem domini palatini prorogatoriarum, super factis in literis annotati capituli Vesprimiensis evocatoriis contentis, sine crastinacione perhemptorie responsurus, in suam presenciam non venisset neque misisset, se in iudicio aggravari permittendo; in tercia autem litera dicti comitis Nicolai de Zeech adiudi-

catoria sua serie idem dominus Ladislaus palatinus fuisset informatus, quod Petrus literatus curie regie notarius pro magistro Nicolao similiter curie regie notario fratre suo uterino cum procuratoriis literis comitis Stephani Bubeek iuxta continenciam literarum predicti conventus de Alba citatoriarum pariter et introductoriarum, in quindenis festi beatorum Philippi et Jacobi apostolorum anno domini M° CCC° LX° nono preteriti in figura iudicii eiusdem comitis Stephani Bubeek comparendo, contra religiosum virum fratrem Nicolaum abbatem de Tykonio primo easdem literas citatorias domino nostro regi rescriptas, formam possessionarie introduccionis contradictorieque inhibicionis et citacionis denotantes, tenoremque literarum regalium eidem conventui directarum in se habentes, asserens accionem dicti fratris sui in eisdem contineri, eidem comiti Stephano presentasset declarantes inter cetera, quod cum prelibatus magister Nicolaus filius Johannis acceptis Nicolao filio Juan de Saar homine regio et fratre Johanne crucifero per idem conventum de Alba in testimonium dato, in dicto festo beatorum Philippi et Pauli apostolorum ad facies quarumdam porcionum possessionariarum in possessione Arach vocata in comitatu Zaladiensi prope stagnum Balatini existencium, ut dixisset per regiam celsitudinem nomine possessionis condam Damiani hominis sine herede decedentis et aliorum iurium regalium sibi et suis fratribus datorum, que scilicet ut dictum fuisset totam ipsam possessionem Araach salvis quatuor sessionibus iobagionum et terris arabilibus usui aratri medii sufficientibus, ex parte annotati capituli Vesprimiensis monasterio sancti Aniani de Tykonio per concambium deventis comprehenderent, presentibus vicinis et commetaneis suis accedendo, ipsam per eosdem regium et prefati conventus homines sibi et suis fratribus nove regie donacionis titulo statui facere voluisset, Mauricius famulus et iobagio dicti domini abbatis de Tykonio in persona eiusdem domini sui, et Georgius filius Stephani vice et nomine Petri filii Pauli de Vesprimio, statucioni prescripte contradixissent, ob quam contradiccionem iidem regius et annotati conventus de Alba homines, eosdem abbatem et Petrum

filium Pauli contra annotatum magistrum Nicolaum in regiam citassent presenciam ad quindenas prenotatas, deinde exhibicionibus septem literarum, unius ipsius domini nostri regis in silvis prope villam Beren in loco venacionis sue die dominico proximo post octavas festi Corporis Christi in anno domini M° CCC° LX° octavo confectam *(igy)* per eundem dominum nostrum regem quasdam particulas possessionarias condam Damiani filii Thome Thoot dicti hominis ut dictum fuisset sine herede defuncti, habitas in possessione Arach existenti in comitatu Zaladiensi, cum terris arabilibus, pratis, silvis, vineis, vinearum montibus, tributis, aquis, pascuis et aliis omnibus utilitatibus ad eandem spectantibus, necnon alias porciones possessionarias regias in eadem possessione Arach habitas magistro Nicolao predicto ac Petro literato memorato filiis Johannis curie regie notariis, pro fidelitatibus et serviciis ipsorum ac per ipsos Agustino fratri et duabus sororibus ipsorum carnalibus eorumque heredibus et posteris utriusque sexus, nove sue regie donacionis et omni eo iure ac nobilitatis titulo quo ad suam regiam collacionem spectassent, perpetuo et irrevocabiliter tenendas et possidendas salvo iure alieno datas et donatas fore, ac duarum prefati conventus sancti regis Stephani de Alba similiter regie maiestati rescripcionalium et tenorem literarum regalium in se continencium, per ipsum magistrum Nicolaum primo prelibatos abbatem et Petrum filium Pauli ad quindenas secundi diei Omnium Sanctorum, secundo vero ipsum abbatem solum ad quintum decimum diem secundi diei festi beate Lucie virginis et martiris in dicto anno domini M° CCC° LX° octavo post sese preteritas, ob contradictoriam inhibicionem statucionis prenotatarum porcionum possessionariarum, sibi et suis fratribus per regios et dicti conventus homines fiende factam, in regiam presenciam legitima citacione mediante in causam attractos fuisse, necnon quatuor ipsius comitis Stephani Bubeek, unius adiudicatorie et trium iudicialium, eosdem abbatem et Petrum filium Pauli ad ipsum primum terminum in eiusdem presenciam non veniendo nec mittendo in iudiciis convictos extitisse, in dicto autem secundo termino ipsum abbatem

premissas porciones possessionarias dicte ecclesie sue et per consequens sibi instrumentali vigore pertinere coram eodem comite Stephano Bubeek allegasse, demum vero eundem ad exhibendum dicta sua instrumenta ad octavas festi Pasche domini tunc proxime preteritas, in quibus scilicet eadem ipse comes Stephanus sibi exhibere commisisset, in eiusdem presenciam similiter non venisse nec misisse et se modo simili in iudicio aggravari permisisse declarasset evidenter; quibus sic habitis idem Petrus literatus premissa instrumenta per ipsum abbatem exhibere ut predicitur assumta, per eundem coram ipso comite Stephano Bubeek exhiberi postulasset, quo percepto predictus dominus Nicolaus abbas coram iamdicto comite Stephano Bubeek personaliter adherendo, quedam quatuor privilegia, unum videlicet domini Stephani olim regis Hungarie filii condam domini Colomanni similiter regis huius regni, et tria capituli ecclesie Vesprimiensis, dicens se plura instrumenta facto in premisso non habere, et nec ad tunc nec in futurum posse exhibere, eidem comiti Stephano Bubeek exhibuisset, quorum primum, scilicet regale, anno ab incarnacione domini M° C° decimo octavo emanatum sic inter alia explanasset: Ego Stephanus (stb. l. I-ső köt. 2. sz. a.) secundi vero privilegii anno gracie M° CC° XL° confecti series explanasset (l. a veszprémi káptalan oklevelét Fejér Gy. Cod. Dipl. IV. I. 307. l.) Tercii autem privilegii anno gracie M° CC° XL° quarto emanati denotasset (l. I-ső köt. 12. sz. a. A veszprémi káptalannak 1337. «11° kalendas aprilis» kelt oklevele is felmutattatott, mely szerint a káptalan «quasdam porciones possessionarias eorum in possessionibus Arach, Ozowfeu, Ewrmenes et Vduori vocatis in comitatu Zaladiensi habitis existentes, fratri Thome abbati et conventui monasterii Tykoniensi pro porcionibus possessionariis eorumdem abbatis et conventus in possessionibus Zewleus et Gelemer vocatis in comitatu Vesprimiensi prope Vesprimium habitis existentibus» cserébe adja). Quarum quidem literarum revisis continenciis, annotatus abbas retulisset isto modo, quod licet in prefato privilegio ipsius domini Stephani regis hoc ut ubi ipse decem mansiones sint, in se non contineatur, tamen eedem man-

siones in dicta possessione Arach extitissent, annotatus vero Damianus cuius porcio ipsis magistro Nicolao et fratribus suis modo premisso fuisset, collata in dicta possessione Arach nullam porcionem habuisset, sed in eadem ex collacione abbatum ipsius sui monasterii resedisset, et licet idem olim a regia maiestate quandam porcionem in eadem possessione nomine iuris regii impetrasset, tamen eam minus iuste possedisset; his itaque perceptis, quia ipsum capitulum Vesprimiense racione dicte porcionis sue possessionarie in Arach existentis, ipsisque abbati et conventui concambialiter tradite, eosdem abbatem et conventum vigore instrumentorum suorum ab impetitoribus propriis laboribus et expensis expedire assumsisse ex serie dicti privilegii eorum, per memoratum comitem Stephanum Bubeek adinventum fuisset, prefato eciam Petro filio Pauli ad exhibendum sua instrumenta, quibus mediantibus iamdictam porcionem possessionariam quondam Damiani sibi dixisset pertinere, octavas festi Assumcionis virginis gloriose tunc proxime affuturas deputasset, ipsa itaque causa cum ipso Petro simul et semel decidi et determinari debere, eidem comiti Stephano Bubeek baronibusque et regni nobilibus secum in iudicio consedentibus agnita extitisset, pro eo idem comes Stephanus discussionem premissorum inter ipsas partes ad easdem octavas prorogans, commisisset, ut dictus dominus abbas octavas ad easdem ipsum capitulum Vesprimiense iuridice in suam expedicionem premissam et declaracionem quantitatis dicte possessionis sue cum suis instrumentis in suam presenciam adducere deberet, ut his habitis, facere valeret quid iuri videretur expedire; et cum ipso abbate annotatum capitulum ad premissa contra se in regiam presenciam in causam attrahente, ac deinde ipso capitulo in facto annotate porcionis possessionarie per ipsum ut predicitur ipsis abbati et ecclesie Tykoniensi concambialiter date, se instrumenta habere asserente et eadem exhibere assummente, tam premissa causa parcium quam dictorum instrumentorum exhibicio, medio tempore ipso comite Stephano decesso et dicto honore iudicatus curie regie per ipsum dominum nostrum regem dicto comiti

Nicolao de Zeech dato, iuxta continencias literarum eiusdem prorogacionalium adtunc presentes octavas diei Strennarum in anno domini M° CCC° LXX° preteriti dilative devente extitissent; tandem ipsis octavis advenientibus, prenotato Petro literato pro prefato magistro Nicolao fratre suo cum procuratoriis literis regalibus ab una, ac dicto fratre Nicolao abbate Tykoniensi personaliter ex altera, ac domino Johanne dicto Posses *(így)* concanonico et decano ipsius capituli ecclesie Vesprimiensis pro eodem capitulo cum procuratoriis literis ipsorum a tercia partibus, in eiusdem comitis Nicolai conspectu iudiciario comparentibus, eodemque domino abbate premissa instrumenta per ipsum capitulum exhibere assumta per idem capitulum exhibere postulante, annotatus dominus Johannes decanus pro premissis exhibere assumtis instrumentis quoddam privilegium domini Andree producere curasset (l. II. Endre király 1222-ben kelt privilegiumából az Arácsra vonatkozó clausulát Fejér i. m. VII. 1. 240. l.). Quoquidem privilegio exhibito et reviso predictus Nicolaus abbas retulisset hoc modo, ut predicte decem mansiones quas predictum privilegium ipsius domini Stephani regis denotasset, licet in eodem privilegio non haberetur ubi eedem essent, tamen in annotata possessione Arach existerent, et easdem vigore ipsius privilegii tam sui predecessores abbates quam ipse a tempore donacionis earumdem premisse usque tunc possedissent, pacifice et quiete simulcum annotatis sessionibus per ipsum ut predicitur capitulum eidem sue ecclesie datis, ob hocque eo quod in ipsa possessione Arach solum eedem decem et septem mansiones existerent, eadem possessio regali collacioni in nullo attineret; in quarum contrarium prelibatus frater et procurator ipsius magistri Nicolai quoddam privilegium memorati comitis Stephani Bubeek hic in Wyssegrad, anno domini M° CCC° LX° primo, duodecimo die octavarum diei Cinerum emanatum ipsi comiti Nicolao de Zeech presentasset, cuius continencia inter alia fratrem Johannem abbatem ecclesie Tykoniensis in presencia ipsius comitis Stephani predictam porcionem possessionariam in ipsa Arach existentem, apud manus prenotati capituli Vesprimiensis contra se

legitime in causam attracti ut predicitur concambialiter ad ecclesiam suam pertinentem, occupative haberi et eam rehabere velle dictis literis permutacionalibus ibidem exhibitis proposuisse, legitimoque procuratore ipsius capituli ipsum capitulum eandem porcionem non occupasse nec apud ipsum haberi respondente, per ipsum comitem Stephanum annotatam porcionem possessionariam contradiccione ipsius capituli Vesprimiensis non obstante, aliis autem contradictoribus si qui existerent citari commissis, annotato fratri Johanni abbati et sue ecclesie statuere commisisse, in ipsaque statucione aliis non contradicentibus Damianum filium Thome de Vesprimio eidem statucioni obviantem contra fratrem Nicolaum abbatem dicte ecclesie in quem ipsa causa decesso eodem fratre Johanne abbate fuisset redacta, legitime citatum mediantibus literis ipsius domini nostri regis Bude in dominica Invocavit sub anno domini M° CCC° L° quarto confectis, quatuor sessiones curie in possessione seu terra Arach vocata in comitatu Zaladiensi existenti habitas, nomine condicionariorum regalium vulgariter horonnepe vocatorum, per ipsum dominum nostrum regem a premissa condicione exhimendo, sibi pro suis serviciis perpetuo datas, ac aliis literis comitis Nicolai Druget olim similiter iudicis curie regie adiudicatoriis, in Wyssegrad decimo die octavarum festi beati Georgii martiris anno domini M° CCC° quinquagesimo quinto emanatis, se scilicet Damianum fratrem Pertoldum olim abbatem Tykoniensem ob contradictoriam inhibicionem statucionis dictarum quatuor curiarum in causam attraxisse, eademque causa coram eodem comite Nicolao Druget diucius ventilata, ac tandem factis exhibicionibus instrumentorum utrarumque parcium ad communem inquisicionem in eo utrum ipsa possessio Arach totalis ab antiquo tempore cuius memoria non extaret dicte ecclesie Tykoniensis fuerit et nunquam aliqui ex predictis condicionariis in eadem extiterint, aut predicte quatuor sessiones racione iurium dictorum condicionariorum regalium ab antiquo tempore fuerint in eadem vel ne faciendam deducta, et ipsa inquisicione inter partes peracta, annotatum Pertoldum abbatem testimonio literarum dicti capituli Vesprimiensis

in festo beati Thome apostoli sub anno domini M° CCC° L° quinto confectarum in presencia eiusdem capituli dictas quatuor sessiones cum earum utilitatibus et pertinenciis, videlicet sessione in qua Petrus filius Thome a parte aquilonis, et aliam in qua Thomas filius Johannis, ac terciam in qua Andreas filius Demetrii, quartam vero in qua Petrus filius Mathye resedissent, et quas ipse Damianus iuxta ipsam collacionem regiam habere debuisset, vineis eciam et terris arabilibus, siluis, fenetis, et piscaturis in Balatino, sua et sui conventus in personis sibi et suis successoribus perpetuo statuisse et assignasse, seque pro anime sue remedio unam earumdem quatuor sessionum in qua Petrus filius Mathie resedisset, eidem monasterio Tykoniensi cum suis pertinenciis similiter dedisse et donasse declarasset, ob hocque ipsum comitem Stephanum, annotatum fratrem Nicolaum abbatem pro indebita acquisicione dictarum trium curiarum in valore estimacionis earumdem convinci permisisse, et easdem ipsi Damiano perpetuo adiudicasse expressisset seriose. Ipso itaque privilegio perlecto et exposito, idem Petrus literatus asseruisset eo modo, quod licet prenotatus abbas predictas decem sessiones in dicto privilegio ipsius domini Stephani regis expressas in ipsa Arach existere asseruerit, tamen eedem alias essent, ipsaque ecclesia Tykoniensis in prefata possessione Arach preter dictas septem sessiones a prefato capitulo Vesprimiensi ad eam deventas . . . . . particulas terrarum emticias nullam aliam haberet porcionem, in ipsaque possessione Arach exceptis dictis tribus sessionibus ipsi condam Damiano perpetuatis, et ut dixisset per ipsum abbatem desolatis, viginti due sessiones haberentur, quarum septem per ipsum capitulum, et octava per Damianum prefatum dicto monasterio tradite, septem vero ipsarum uduornicorum et relique septem earumdem vinitorum et condicionariorum regalium fuissent . . . . . et easdem exceptis dictis octo sessionibus, abbates dicte ecclesie a septuaginta annis vel citra indebite occupantes detinuissent, et ex eo eedem exceptis dictis octo sessionibus regali collacioni pertinerent, dictas eciam particulas . . . . . eo quod eadem emcio absque consensu regio facta fuisset, iuxta regni consve-

tudinem pro se habere vellet magister Nicolaus prenotatus; quibus perceptis, predictus Nicolaus abbas in contrarium premissorum obiecisset tali modo, quod dicta ecclesia sua et per consequens eius ministri in dominio dictarum decem sessionum in ipso privilegio dicti domini Stephani regis expressarum, a toto eo tempore quo eedem ipsi ecclesie fuissent condonate et cuius memoria humano . . . . . non existeret, pacifice et inviolabiliter perstitissent vigore privilegii sui memorati; partibus itaque in premissis earum contrariosis allegacionibus se veridice attestacioni vicinorum et commetaneorum, comprovincialiumque suorum nobilium per viam communis inquisicionis fiende voluntarie submittentibus, eisque in premissis per dictum comitem Nicolaum de Zeech medelam equitatis elargiri postulantibus, quia premissa vendicio et emcio possessionaria tempus . . . . . pcionis pro exequendo et manifestando iuris regalis maiestatis descriptum dudum transscendisse, ac dicto capitulo Vesprimiensi in prefata possessione Arach septem sessiones per idem capitulum modo premisso ipsi ecclesie Tykoniensi tradite attinentes fore, annotatus eciam condam Damianus in eadem possessione quatuor sessiones per formam iuris titulo ipsius regalis collacionis reobtinuisse et unam earumdem dicte ecclesie Tykoniensi perpetuo tradidisse ex serie premissorum instrumentorum per ipsas partes exhibitorum repertum fuisset, annotatus eciam frater Nicolaus abbas more indebite exsecucionis dictarum trium curiarum per ipsum Damianum iuridice reobtentarum per ipsum comitem Stephanum in valore estimacionis earumdem convinci permissus fore et eciam statucioni earumdem trium curiarum contradictorie obviasse, ipsumque actorem in dominium earumdem intromittere non curasse, et ob hoc ipsas potencialiter detinuisse ex premissis visum fuisset, eandemque possessionem Arach totaliter requisivisset, pro eo unacum prelatis baronibus et regni nobilibus secum in iudicio consedentibus, premissorum serie in statera equitatis diligenti consideracione pensata, annotatum fratrem Nicolaum abbatem ecclesie Tykoniensis premissa indebita immo potenciaria inhibicione et conservacione dictarum trium sessio-

num in facto potencie fore convictum, annotatisque octo sessionibus et particulis emticiis previa racione regali collacioni non pertinentibus, dicte ecclesie Tykoniensi et eius ministris, memoratis vero tribus sessionibus ipso magistro Nicolao et suis fratribus sororibusque ac successoribus eorum iuxta premissam regiam collacionem ex vigore premissorum instrumentorum eorum commissis et adiudicatis, in facto dictarum terrarum et sessionum secundum parcium voluntatem communem inquisicionem modo infrascripto facere committens, amiciciam dicti conventus ipse comes Nicolaus de Zeech literatorie petivisset diligenter, quatenus ipsorum mitterent homines utrisque partibus pro testimoniis fidedignos, quibus presentibus homo regius infradeclarandus in dicta dominica Reminiscere proxime tunc ventura et aliis diebus subsequentibus ad idque sufficientibus, ad faciem prenotate possessionis Arach vocate, vicinis et commetaneis suis inibi legitime convocatis et partibus vel earum legitimis procuratoribus presentibus accedendo, primo dictis octo sessionibus, septem scilicet a prefato capitulo Vesprimiensi, unam vero a predicto condam Damiano cum emticiis particulis supradictis modo prehabito deventis ad ecclesiam Tykoniensem prenotatam, eidem ecclesie Tykoniensi et eius abbati iure ipsis attinenti relictis et commissis, deinde prelibatas tres sessiones condam ipsius Damiani cum omnibus earum utilitatibus et pertinenciis universis, contradiccione iamdicti fratris Nicolai abbatis ut predicitur ad easdem ius non habentis ac prefati Petri filii Pauli de Vesprimio, totam videlicet porcionem condam prefati Damiani in ipsa Arach existentem ipsi magistro Nicolao vigore literarum capituli Budensis feria quarta proxima ante festum conversionis beati Pauli apostoli tunc proxime elapsum confectarum eidemque comiti Nicolao exhibitarum in perpetuum resignantis et aliorum quorumlibet, eo quod dicte primarie statucioni eiusdem porcionis preter ipsorum abbatis et Petri nullius alterius obviarat contradiccio, non obstante, statueret et committeret prelibato magistro Nicolao et suis fratribus titulo premisso perpetuo possidendas, si qui vero preter ipsos abbatem et Petrum alii

quicquam iuris se habere sperarent in eisdem, facta ipsa statucione dum vellent exsequerentur, hisque habitis ibidem primo ab eisdem vicinis et commetaneis et demum a nobilibus comprovincialibus ac ab aliis cuiusvis status et condicionis predicti comitatus Zaladiensis hominibus per ipsas partes illic conducendis et congregandis, ad fidem eorum deo debitam fidelitatemque domino nostro regi et sue sacre corone conservandam, odio, favore et timore parcium postergatis, deum et eius iusticiam pre oculis habendo, de eo utrum predictas decem sessiones abbates dicti monasterii Tykoniensis ab ipsis septuaginta annis vel citra potencialiter occupando usi extiterint, et eedem condicionariorum regalium udvornicorum vinitorum fuerint aut eedem ipse quas predictum ipsius domini Stephani regis privilegium denotasset extiterint et essent, ac a tempore donacionis earumdem prenotati abbates ipsius monasterii Tykoniensis vigore donacionis et privilegii premissorum in dominio earumdem pacifice et immobiles usque tunc perstiterint, et ex eo eedem in nullo regali collacioni pertinuerint, sciret et inquireret omnimodam veritatem, videret nihilominus ibidem quot sessiones essent exceptis dictis tribus sessionibus ut predicitur ipsi actori statuendis in possessione Arach prenotata, et post hec omnium premissorum seriem ut fieret expediens, ad octavum diem dicti dominici diei domino nostro regi fideliter rescriberet conventus Albensis annotatus; preterea in serie litere ipsius conventus dicto domino nostro regi rescripcionalis eo modo adinventum fuisset, quod ipse conventus amicabilibus peticionibus dicti comitis Nicolai de Zeech obtemperans, unacum magistro Laurencio curie eiusdem comitis Nicolai notario homine regio, religiosum virum fratrem Franciscum unum ex ipsis pro parte magistri Nicolai curie regie notarii actoris, item pro parte dicti domini Nicolai abbatis dominum Johannem presbiterum capellanum dicti conventus, eorum homines fidedignos predictis utrisque partibus datos ad premissa exequenda duxisset destinandos, qui demum exinde ad ipsum conventum redeuntes eidem conventui retulissent, quod ipsi in dicta dominica Reminiscere ad faciem dicte possessionis Arach vocate in comitatu Zaladiensi existentis, vicinis et

commetaneis suis universis legitime inibi convocatis, et partibus prescriptis personaliter inibi adherentibus accessissent, ibique primo et principaliter octo sessiones, septem scilicet a capitulo Vesprimiensi, unam vero a Damiano condam cum emticiis particulis deventas ad ecclesiam Tykoniensem, eidem ecclesie Tykoniensi et eius abbati predicto iure ipsis attinentes reliquissent et commisissent, ac deinde tres sessiones condam ipsius Damiani cum omnibus earum utilitatibus et pertinenciis universis, contradiccione iamdicti fratris Nicolai abbatis ad easdem ius non habentis ac Petri filii Pauli de Vesprimio vigore dictarum literarum capituli ecclesie Budensis totam dictam porcionem condam ipsius Damiani in perpetuum resignantis et aliorum quorumlibet non obstantibus, contradiccionibus prefato magistro Nicolao et suis fratribus titulo regie collacionis perpetuo possidendas statuissent et commisissent; his itaque habitis primo ibidem pro parte ipsius magistri Nicolai actoris Johannes filius Pauli, Andreas filius Pauli et Petrus frater eiusdem Andree, alter Petrus filius Laurencii, Petrus filius Johannis, Dominicus filius Petri et Mathias filius Petri nobiles de Kuesd, Johannes filius Iwanka, Nicolaus filius Johannis de Chopak, Michael filius Pauli, Nicolaus filius Blasii, Petrus presbiter de Kenese, Valentinus sacerdos de Kezy, Stephanus filius Fabiani de Sary, Nicolaus filius Stephani de Zentgal, Stephanus filius Samsonis, Michael filius Johannis, Ladizlaus filius Dominici, Nicolaus filius Valentini, Anianus, Nicolaus, Laurencius filius Petri, Petrus filius Stephani de Fyred, Farkasius filius Michaelis de Syske, Dominicus filius Laurencii, Petrus filius Johannis de Keky, magister Nicolaus de Baldon filii Johannis de Ratolth, Michael filius Demetrii, Nicolaus filius Dionisii, Michael filius Nicolai, Stephanus filius Johannis, Johannes filius Dominici, Demetrius filius Stephani et Thomas filius Georgii nobiles de Zeuleus, Petrus filius Dionisii de Lanch, Ladizlaus filius Benedicti, Andreas filius Dominici, Michael filius Nicolai et Michael filius alterius Nicolai de Fyred nobiles iobagiones ecclesie Vesprimiensis, Jacobus dictus Ordas officialis magistri Petri filii Chenyk et Benedictus filius Egidii castellanus de Tykonio,

Benedictus filius Demetrii, Valentinus filius Nicolai et Jacobus filius Myke nobiles iobagiones eiusdem castri in villa Vduori residentes, Lucasius filius Ladizlai et Johannes filius Dominici cives, ac Jacobus filius Dominici hospes de Vesprimio, necnon Andreas filius Laurencii de dicta Arach ac Jacobus filius Nicolai commetanei, item Petrus filius Matei, Nicolaus filius Pauli, Demetrius filius Georgii, Thomas filius Michaelis et Ladislaus filius Nicolai nobiles de Chatar, Petrus filius Georgii, Johannes filius Laurencii ac Clemens filius Nicolai nobiles de alia Chatar, Stephanus filius Thome, Ladislaus filius Laurencii, Michael filius Johannis, Paulus filius Petri, Johannes filius Dominici et Demetrius filius Georgii de Vesprimio, Petrus filius Cosme, Stephanus sartor, Demetrius filius Jacobi et Thomas filius Dominici cives de Vesprimio, Mauricius filius Dominici et Ladislaus filius Stephani de Felwrs, Andreas filius Thome de Jutas, Nicolaus et Michael filii Juan de Malonsar, Blasius filius Mauricii de Chepel, Demetrius filius Benedicti, Nicolaus filius Valentini, Jacobus filius Valentini, Gregorius filius Emirici, Gregorius filius Briccii et Fabianus frater eiusdem ac Dominicus frater eiusdem Fabiani, Thomas filius Maurici, Emiricus filius Demetrii, Leukus et Stephanus filii Johannis, Johannes filius Nicolai, Georgius filius Petri, Ladislaus filius Lorandi, Georgius frater eiusdem, Johannes filius Benedicti, Nicolaus filius Johannis, Stephanus filius alterius Johannis, Johannes filius Nicolai, Johannes filius Petri, Antonius filius Georgii, Johannes filius Johannis, Nicolaus filius Elye, Paulus filius Dionisii, Nicolaus filius Thome, Stephanus filius Ladislai, Stephanus filius Peteu, Ladislaus filius Georgii et Demetrius frater eiusdem ac alter Stephanus filius Peteu nobiles de Vamus, Andreas filius Johannis, Michael et Mauricius filii Thome, Johannes filius Nicolai, Briccius filius Ivan, Elias filius Michaelis ac Andreas filius Deseu nobiles de Zabady, Jacobus filius Pauli Antonius filius Jacobi, Sebastianus filius Jacobi et Fabianus filius Jacobi nobiles de Fayz, Martinus filius Bedech, Stephanus filius Johannis, Ladislaus filius Luca nobiles de Viganth, Dionisius filius Johannis, Petrus filius Egidii, Ladislaus filius Nicolai,

Johannes filius Dionisii et Franciscus fráter eiusdem nobiles de Kaal, Nicolaus filius Michaelis, Johannes frater eiusdem, Dominicus filius alterius Michaelis ac Elyas filius Andree nobiles de Vrs, Johannes filius Ladislai, Benedictus filius Pauli nobiles de Olsoukal, Blasius filius Zalok, Colomannus filius Cosme et Johannes filius Ladislai nobiles de Baach, Johannes filius Stephani et Johannes filius Thome de Tamay, Blasius filius Laurencii de Gulach, Stephanus filius Andree de Halap ac Paulus filius Lorandi de Hydegkuth vicini, item Johannes filius Dionisii de Rendes, Stephanus filius Thome de Vrs, Stephanus filius Johannis, Simon frater eiusdem, Andreas filius Stephani et Mathias filius Dionisii nobiles de Echy et de Sancto Antonio, Blasius literatus, Thomas filius Bedech de Malunsar predicta, Stephanus filius Petri, Paulus filius Michaelis de Jutas et Mathias filius Dominici de Thesy, magister Petrus filius Chenyg de Kolon, Ladislaus filius Johannis, Johannes filius Laurencii de Egreg, Andreas filius Stephani, Benedictus filius Stephani de Durugd, Nicolaus filius Pauli de Salamon, Nicolaus filius Emirici de Bedege, Nicolaus filius Jacobi de Felkwves, Dionisius filius Johannis, Nicolaus filius Briccii de Vg, Stephanus filius Alap, Nicolaus filius Georgii de Ayka, Andreas filius Dominici de Teel, Benedictus filius Nicolai de Tegeh, Georgius filius Lucasii de Vyganth, Georgius filius Stephani de Monozlou, Ladislaus filius Moyus de Hon, Michael filius Nicolai de Kapulch, Nicolaus filius Blasii de Bodon, Dominicus filius Petri, Michael filius Petri, Kereztes filius Matei, Nicolaus filius Jacobi nobiles de Chayag, Petrus filius Michaelis, Paulus filius Petri de Chatar, Stephanus filius Bedeuch de Vepsen, Vida filius Ladislai de Kustan, Petrus filius Bedech de eadem nobiles iobagiones ecclesie Albensis, Laurencius filius Peteu de Kenes tavarnicus regius, Nicolaus filius Colomanni, Georgius filius Johannis de Zabady, Colomannus filius Benedicti nobiles iobagiones ecclesie Vesprimiensis, Emiricus filius Petri de Bosok tavarnicus regius, Nicolaus dictus Soldus de Bozyas comprovinciales ad fidem eorum deo debitam fidelitatemque domino nostro regi et sue sacre corone regie observandam, id unanimi

et concordi testificacione taliter affirmassent, quod decem sessiones quas prefatus dominus Nicolaus abbas Tykoniensis iuri suo et per consequens dicte sue ecclesie vendicare voluisset, prout plenius in preallegatiś literis adiudicatoriis ipsius iudicis curie regie continerentur, abbates eiusdem ecclesie de Tykonio, predecessores dicti Nicolai abbatis, septuaginta annis vel citra et demum ipse abbas potencialiter usque tunc occupando usi fuissent, et eedem condicionariorum domini regis videlicet vduornicorum et vinitorum regalium extitissent et existerent, nec eedem sessiones quas predictus dominus abbas secundum tenorem privilegii dicti domini Stephani regis filii Colomanni in iamdicta Arach existere asseret, nonquam in predicta possessione Arach extitissent nec haberentur, et quod a tempore donacionis earumdem ut prefertur per iamdictum Stephanum regem facte nonquam abbates ipsius monasterii Tykoniensis succedentes vigore donacionis premissi privilegii iamdicti domini Stephani regis in dominio earumdem decem sessionum pacifice et immobiles perstetissent, et ex eo eedem in nullo iuri dicte ecclesie pertinuissent, sed eedem dicte sessiones omnino collacioni regalis maiestatis pertinuissent; postremo autem peractis premissis pro parte iamdicti domini Nicolai abbatis Tykoniensis in causam attracti Nicolaus filius Demetrii, Nicolaus filius Ladislai et Deseu filius Pauli nobiles de Zeulevs, Andreas filius Laurencii, Agustinus filius Johannis de Siske, Egidius filius Herbordi de Vduori, Nicolaus filius Petri de Keek, magistri Andreas, Stephanus et Emiricus canonici dicte ecclesie Vesprimiensis in persona dominorum de eodem capitulo, nobilis domina relicta Andree de Hidegkuth, Nicolaus filius Georgii et Ladislaus filius Nicolai de Fyred commetanei, item domini Andreas sacerdos de Zeuleus et Nicolaus sacerdos de Pecel ac Petrus sacerdos de Vazol commetanei, item Laurencius filius Bodor, Johannes filius Petri, Laurencius et Paulus filii Simonis nobiles de Kapolch, Jacobus filius Johannis, Benedictus filius Aniani, Gregorius filius Egidii, Franciscus filius Dionisii, Gregorius filius Lucasii, Franciscus filius Ladislai, Petrus filius Arnoldi nobiles de . . . . . Georgius filius Thome de Echer, Paulus filius Beke de

Phylip, Stephanus filius Benedicti de Echer, Gregorius filius Lucasii, Karachinus filius Michaelis de alia Vrs, Franciscus filius Pete, Petrus filius Michaelis, Gregorius filius Nicolai et Ladislaus filius Johannis nobiles de Kaal, Demetrius filius Petri de Rendes, Petrus filius Marcelli de Abraam, item sedecim nobiles iobagiones de Vazol capituli Vesprimiensis, Sebastianus filius Matie, Laurencius filius Finta, Nicolaus filius Agustini et Jacobus filius Fabiani nobiles de Pecel, item octo nobiles iobagiones de Pecel capituli Vesprimiensis, item Johannes filius Fabi de eadem cum filio suo, Laurencius filius Jacobi et Thomas filius Georgii nobiles iobagiones dicte ecclesie Vesprimiensis, Blasius filius Renoldi de Ozovfev et Petrus frater eiusdem, Gregorius filius Beke, Nicolaus filius Thome de Vamus, Mauricius filius Pauli ac Johannes filius Laurencii de Kuesd, Dionisius filius Aniani nobilis iobagio dicte ecclesie Tykoniensis in villa Vduori residens, item dominus Johannes abbas de Almad, item Johannes filius Dominici nobilis de eadem, Bythoe filius Dionisii, Andreas frater eiusdem nobiles de Hastow, Stephanus filius Dominici, Georgius filius Marci et Michael filius Bodor nobiles de Hene, Egidius filius Bytou, Georgius filius Stephani, Paulus filius Laurencii, Cosmas filius Petri, Mauricius filius Galli, Marcus filius Georgii, Marcus filius Petri, Stephanus filius Petri, Nicolaus filius Johannis, Anthonius filius Nicolai, Matheus filius Benedicti, Jacobus filius Marci et Marcus filius Georgii nobiles de Zenthanthal ac Nicolaus filius Ladislai nobilis iobagio dicte ecclesie Vespremiensis comprovinciales, item Paulus filius Bene de Nezkatarive comitatus Jauriensis, item Martinus filius Stephani de Beree, Stephanus filius Pauli de Fyad, Briccius filius Stephani de Lyvkzamard, Martinus filius Andoch de Lulya, Michael filius Deseu de Endred, Gregorius et Benedictus Zarka dicti de Turuk, Gallus de Ews comitatus Simigiensis, item Paulus filius Michaelis, Johannes filius Ladislai de Durkuce, Petrus filius Pauli de Vason, Johannes filius Paska de Mendzenth, Nicolaus filius Thome, alter Nicolaus filius Petri, Thomas filius Johannis de Echer, Paulus filius Georgii, Nicolaus filius Jacobi, Franciscus filius Ladislai,

Paulus filius Andree, Petrus frater eiusdem, Stephanus filius Dionisii, Jacobus filius Barnalth, Michael filius eiusdem Stephani, Briccius filius dicti Pauli, Petrus filius Gregorii, Michael filius Thome, Johannes filius Andree, Johannes filius Dominici et Johannes filius Petri nobiles de Zabady, Petrus filius Domiani nobilis iobagio abbatis ecclesie de Zyrch, Thomas filius Briccii de Sary, dominus prepositus de Ratolth, Stephanus filius Nicolai, Benedictus filius Johannis de Chatar ac Nicolaus filius Johannis de Chayag comitatus Vesprimiensis, similiter ad fidem eorum deo debitam fidelitatemque domino nostro regi debitam e converso taliter affirmassent, quod predicte decem sessiones quas prefatus dominus Nicolaus abbas Tykoniensis iuri suo et per consequens dicte ecclesie sue vendicare niteretur, prout in superioribus est expressum, abbates eiusdem ecclesie predecessores sui de Tykonio, a septuaginta annis vel citra, et demum ipse potencialiter usque tunc occupando usi non fuissent et eedem condicionariorum regalium videlicet vduornicorum et vinitorum non extitissent nec existerent, sed eedem sessiones quas predictus abbas secundum tenorem premissi privilegii dicti domini Stephani regis filii Colomanni in dicta Arach assereret, semper ad ipsam ecclesiam Tykoniensem pertinuissent et in eadem Arach haberentur; retulissent eciam iidem regius et dicti conventus homines, quod preter dictos tres fundos curie condam dicti Damiani modo premisso dicto magistro Nicolao et suis fratribus statutos, viginti sessiones seu curias populosas in tota possessione Arach predicta unacum aliis probis viris reperissent. Quarum quidem literarum exhibicionibus factis, prefatus Petrus literatus procurator dicti magistri Nicolai eidem magistro Nicolao ex parte predicti fratris Benedicti abbatis in premissis medelam iusticie per dictum dominum Ladislaum palatinum preberi postulasset, unde quia predicto domino Ladislao palatino et baronibus regnique nobilibus iudiciario pro tribunali secum sedentibus prefatus dominus frater Benedictus abbas de Tykonio ad finalem determinacionem in premissis recipiendam, eiusdem domini palatini iudiciarium ad examen evocandus fore censebatur, idcirco ipse

dominus Ladislaus palatinus amiciciam dicti conventus literatorie petivisset diligenter, quatenus ipsorum mitterent hominem pro testimonio fide dignum, quo presente homo suus in eisdem literis nominatus, memoratum fratrem Benedictum abbatem finalem consummacionem et decisionem in premissa causa recepturum ac de prescripto iudicio trium marcarum in quo modo premisso extiterat convictus eidem domino palatino et parti adverse satisfacturum, suam evocaret in presenciam ad terminum competentem, et post hec ipsius evocacionis seriem cum nomine evocati terminoque assignato sibi scilicet domino palatino amicabiliter rescriberet conventus supradictus; tandem ipso domino palatino in quindenis ferie quarte proxime post octavas festi beatorum Petri et Pauli apostolorum in dicto anno domini M° CCC° LXX° primo preteriti in sede sua iudiciaria sedente, annotatus magister Petrus literatus pro predicto magistro Nicolao fratre suo cum procuratoriis literis regalibus eiusdem domini Ladislai palatini adiens conspectum, literas dicti conventus super dicta evocacione eidem domino Ladislao palatino rescripcionales sibi presentasset, in quibus idem dominus palatinus inter cetera per suum et eiusdem conventus homines in eisdem literis nominatos, predictum dominum Benedictum abbatem contra prefatum magistrum Nicolaum ad omnia premissa ad dictas quindenas prescripte ferie quarte in suam presenciam evocatum fuisse comperisset seriose; a quibus quidem quindenis causa parcium prescripta partes inter easdem primo iuxta continencias literarum eiusdem domini Ladislai palatini, interim dicto domino Benedicto abbate de ipsa abbatia alienato et domino fratre Dominico in dictam abbaciam Tykoniensem sibi succedente, in eadem causa in eundem fratrem Dominicum abbatem redacta, demum vero prelibato domino Ladislao palatino medio tempore in dominium regni Russcie per ipsum dominum nostrum regem sublimato, et eodem honore palatinatus per regiam clemenciam nobis collato, secundum series literarum nostrarum dilatoriarum diversis prorogacionum cautelis intervenientibus, ad octavas festi beati Michaelis archangeli proxime preteritas dilative deventa extitisset; tandem ipsis

octavis instantibus, annotatus magister Nicolaus curie regie notarius personaliter ab una, parte vero ex altera predictus dominus Dominicus abbas Tykoniensis similiter personaliter coram nobis constituti, se in premissa causa eorum ad pacis unionem et concordie per nos transmitti postularant precum devota cum instancia, quos cum nos ad ipsius pacis reconciliacionem gratanter admisissemus, tandem ipsi ad nostram personaliter regressi presenciam, quasdam literas comitis capelle regie patentes, asserentes ipsorum composicionem in premissis factam in eisdem contineri, nobis presentarant habentes hunc tenorem : Nos Villermus dei et apostolica gracia episcopus Quinqueecclesiensis comes capelle et secretarius cancellarius domini Lodovici eadem gracia dei regis Hungarie Polonie Dalmacie etc. Memorie commendamus per presentes, quod magistro Nicolao filio Johannis de Araach curie regie notario ab una, parte vero ex altera religioso viro fratre Dominico abbate monasterii sancti Aniani de Tykonio coram nobis personaliter constitutis, per eosdem concorditer confessum extitit et relatum, quod licet inter ipsos preter porcionem possessionariam condam Damiani filii Thome in possessione Araach vocata in comitatu Zaladiensi existenti habitam, quam ipse magister Nicolaus iuridice reobtinuisset et in cuius dominio existeret, super quibusdam aliis porcionibus possessionariis et signanter in facto duodecim sessionum seu mansionum in superficie dicte possessionis Araach vocate habitarum, iuxta continenciam literarum dicti domini nostri regis donacionem dictarum porcionum possessionariarum exprimencium, pro eodem magistro Nicolao et suis fratribus factam, coram domino palatino litis materia fuerit hucusque ventilata, tamen ipsi per composicionem proborum et nobilium virorum parcium unionem zelancium, ad talem pacis devenissent unionem imo devenerunt coram nobis, quod ipse dominus abbas tres sessiones seu mansiones iobagionum in dicta Arach habitas, eidem magistro Nicolao et suis fratribus remisisset et resignasset cum utilitatibus et pertinenciis suis universis, imo remisit et resignavit coram nobis; e converso autem predictus magister Nicolaus tam sua quam fratrum

suorum in personis iuri et proprietati quod et quam in dicta possessione Arach preter premissas porciones possessionarias sibi et suis fratribus modo prehabito cessas habere potuisset, renunciasset et renunciavit nostri in presencia pro domino abbate prenotato, patronatusque ecclesie beate virginis in eadem Arach constructe communiter a modo in perpetuum inter se habere et possidere commisissent et nostri in presencia commiserunt, et quod eciam super omnibus dissensionibus discordiis litibus exinde ortis, et eciam factis disceptacionum inter ipsum magistrum Nicolaum ac predictum Johannem patrem et Petrum necnon Agustinum germanos suos ab una, parte vero ex altera ipsum dominum abbatem et suos iobagiones necnon famulos hucusque illatis et irrogatis, et specialiter super factis birsagiorum reddidissent et commisissent se mutuo expeditos, imo reddiderunt coram nobis testimonio presencium mediante. Datum in Wyssegrad, in festo beatorum Simonis et Jude apostolorum, anno domini M° CCC° LXX° tercio. Quibus quidem literis exhibitis, quia in ipsa concordia prefatus dominus Dominicus abbas preter porcionem possessionariam condam dicti Damiani de dicta Arach per predictum magistrum Nicolaum prius reobtentam ex dictis duodecim sessionibus litigiosis tres sessiones seu loca sessionalia iobagionum in dicta Arach existencia, cum omnibus suis utilitatibus et pertinenciis, ius patronatus predicte ecclesie beate virginis in eadem constructe communiter possidendum perpetuo participando, dicto magistro Nicolao et suis fratribus remiserat et resignarat, ad statucionemque ipsarum trium sessionum et iuris patronatus huiusmodi ipsis magistro Nicolao et suis fratribus modo infrascripto faciendam noster et predicti conventus de Alba homines necessario fuerant destinandi, pro eo amiciciam eiusdem conventus literatorie pecieramus diligenter, quatenus ipsorum mitterent hominem pro testimonio fidedignum, quo presente homo noster infra declarandus, ad faciem dicte possessionis Arach vocate ac dictarum trium sessionum et ecclesie beate virginis in eadem Arach habite, vicinis et commetaneis ipsarum universis legitime convocatis accedendo, easdem tres sessiones, per ipsum abbatem modo

premisso resignatas, in dicta Arach habitas, simulcum patronatu dicte ecclesie communi usui ac utilitatibus et pertinenciis earumdem universis, prefato magistro Nicolao et suis fratribus eo iure quo ad ipsos dinoscerentur pertinere, perpetuo statueret et committeret perpetuo possidendas, contradiccione prefati domini abbatis et aliorum quorumlibet ex racionibus premissis non obstante; si qui autem excepto dicto abbate, quicquam iuris se in dictis tribus sessionibus et ecclesia habere sperarent, facta ipsa statucione, postmodum dum vellent ordine iuris exsequerentur ab eisdem, et post hec ipsius possessionarie statucionis seriem ut fieret opportunum, ad octavas festi beati Martini confessoris tunc affuturas nobis amicabiliter rescriberet conventus supradictus. Demum ipsis octavis festi beati Martini confessoris instantibus, annotatus magister Nicolaus notarius regius personaliter ad nostram veniendo presenciam, literas prelibati conventus sancti regis Stephani de Alba super prescripta statucione nobis rescripcionales, nostro iudiciario examini curavit exhibere, declarantes inter alia, quod ipse conventus receptis predictis literis nostris unacum Ladislao filio Stephani de Kwagowrs homine nostro, ipsorum hominem virum religiosum fratrem Franciscum cruciferum unum ex ipsis, ad premissa exsequenda pro testimonio transmisisset fidedignum, demum iidem ad ipsum conventum reversi eidem consona voce retulissent, quod ipsi die dominico proximo ante festum beati Martini confessoris proxime preteritum, ad faciem predicte possessionis Arach vocate ac dictarum trium sessionum et prelibate ecclesie beate virginis in eadem constructe, vicinis et commetaneis ipsarum universis legitime convocatis et eisdem presentibus accessissent, et easdem tres sessiones seu curias integras per ipsum abbatem modo premisso resignatas, in dicta Arach a parte orientis post se se immediate adiacentes, simulcum communi usu iuris patronatus dicte ecclesie ac utilitatibus et pertinenciis universis, utputa silvis, virgultis, nemoribus, vineis, tributo, montibus vinearum, terris arabilibus, pascuis, piscaturis Balatini, pratis, arboribus fructiferis, ortis et aliis, prescripto magistro Nicolao et suis fratribus, eo iure quo ipsis

dinoscerentur pertinere, statuissent et commisissent perpetuo possidendas contradiccione prelibati abbatis et aliorum quorumlibet minime obviante; quibus quidem literis exhibitis, quia predicti noster et ipsius conventus cruciferorum de Alba homines termino in prefixo ad facies dicte possessionis Arach et predictarum trium curiarum ac ecclesie in dicta Arach habitarum, vicinis et commetaneis ipsarum universis legitime convocatis et eisdem presentibus accessisse et ipsas tres sessiones seu curias integras simulcum communi usu iuris patronatus dicte ecclesie ac prescriptis aliis utilitatibus et pertinenciis earum universis prelibato magistro Nicolao et suis fratribus eo iure quo eis dinoscerentur pertinere perpetuo possidendam statuisse et commisisse, contradiccione prelibati abbatis et aliorum quorumlibet minime obviante, ex prescriptis literis ipsius conventus reperiebantur, pro eo unacum prelatis, baronibus et regni nobilibus nobiscum adiudicantibus, easdem tres sessiones seu curias integras cum communi usu iuris patronatus dicte ecclesie et omnibus aliis utilitatibus et pertinenciis earumdem prenotatis, eidem magistro Nicolao et suis fratribus ac ipsorum heredibus et successoribus universis, eo iure quo ipsis dinoscuntur pertinere, relinquimus et commisimns in perpetuum possidere, tenere pariter et habere, presentis privilegii nostri patrocinio et auctoritate nostra iudiciaria mediante, salvis iuribus alienis. In cuius rei memoriam firmitatemque perpetuam presentes eisdem magistro Nicolao et eius fratribus concessimus literas nostras privilegiales pendentis et autentici sigilli nostri munimine roboratas. Datum in Wyssegrad, sedecimo die octavarum festi beati Martini confessoris predictarum, anno domini M° CCC° LXX° tercio prenotato.

Hártyán, vörös-fehér selyem zsinóron függő pecséttel, melyen az ismeretes kakas-sárkány alakja elég jól kivehető. Eredetije a Mórocza cs. leveles ládájában Felső-Eörsön őriztetik. I. Lajos királynak 1378 évi «sedecimo kalendas mensis Marcii» kelt megerősítő átiratában is meg van ugyanott. Nagy Gyula.

32. *I. Lajos király Dötk, Uzsa, Kővágó-Eörs, Kis-Eörs és Fülöp nevű faluk bíráit és népeit, mint a magban szakadt Czibrián utóda Lőrincz alattvalóit utasítja, hogy Himfi Benedek temesi főispán fiának Miklósnak, mindenben engedelmeskedjenek. Buda, 1374. január 4.*

Nos Lodovicus dei gracia rex Hungarie Polonie Dalmácie etc. vobis villicis et universis populis olim Laurencii filii Michaelis et Blasii filii Petri filii Chybriani in villis Detk, Vsa, Wrs et alia Wrs ac Piliph vocatis commorantibus, regio edicto mandamus, quatenus visis presentibus, in nostra persona Nicolao filio Benedicti filii Pauli filii Hem comitis Temesiensis aule nostre militi, eo quod ipse ville que ex casu defeccionis prolium eorumdem condam Laurencii et Blasii ad nostras manus regni nostri consvetudine requirente devolute dicuntur, obedire debeatis, redditus et proventus ex parte vestri debendos sibi plenarie amministrando. Datum Bude, quarto die diei Strennarum, anno domini M° CCC° LXX° quarto.

Belől veres viaszba nyomott gyűrű-pecséttel; eredetije a Nemzeti Muzeumban. Nagy Imre.

33. *Szepesi Jakab Kanizsai István zágrábi püspököt és unokaöcscsét Miklóst, ítéletileg utasítja, hogy azon hatalmaskodás dolgában, melyet récsei, billei és kanizsai jobbágyaikkal Baczonaki Mihály fiai ellen elkövettek, ezeknek elégtételt szolgáltassanak. Visegrád, 1374. febr. 18.*

Nos comes Jacobus de Scepus iudex curie domini Lodovici dei gracia regis Hungarie damus pro memoria, (quod) Nicolaus filius Michaelis de Bachanagh pro se personaliter, pro Osvaldo vero fratre suo uterino cum procuratoriis literis conventus Zaladiensis, iuxta continenciam literarum conventus Simigiensis evocatoriarum pariter et inquisitoriarum, in die Cinerum in figura nostri iudicii comparendo, contra dominum Stephanum episcopum Zagrabiensem, easdem literas evocatorias et inquisitorias domino nostro regi ad suum literatorium mandatum rescriptas, tenoremque lite-

rarum regalium eidem conventui directarum verbaliter in se habentes, asserens accionem suam et ipsius Osvaldi fratris sui literis contineri in eisdem, nobis presentavit, inter cetera declarantes, quod magister Blasius archidiaconus Zaladiensis, capellanus et homo regie serenitatis ad hoc specialiter deputatus, et frater Wenchezlaus sacerdos per ipsum conventum in testimonium transmissus, secundo die octavarum festi Epiphaniarum domini proxime preterito, ad facies possessionum Bakonuk et Bachanagh vocatarum ac alias possessiones circumiacentes et vicinas eisdem, accedendo, ab omnibus quibus decuisset et licuisset, nobilibus scilicet et ignobilibus ac aliis cuiusvis status hominibus, tam ecclesiasticis quam secularibus, palam et occulte diligenter et conscienciose ad eorum fidem deo debitam fidelitatemque regie maiestati et sacro diademati suo observandam, de infrascriptis investigando, huiusmodi scivissent meram et sinceram veritatem, quod populi et iobagiones dicti domini episcopi et Nicolai nepotis eiusdem, de Reche, de Bilye et de Kanysa, tributum montis seu nonas partes vinearum suarum in promonthorio predicte possessionis iamdictorum Nicolai et Osvaldi filiorum Michaelis filii Dionisii Bachanagh nuncupate adiacencium, in vindemio proxime preterito prout ex regni consvetudine debuissent, ipsis amministrare et restituere recusassent, eadem in preiudicium ipsorum detinendo atque damnum; et quod officiales et pertinentes ad eosdem dominum episcopum et Nicolaum nepotem eiusdem, particlares *(igy)* iniurias verbis et quinque ablacionibus animalium ac restitucionibus eorumdem ipsis irrogassent; et quamvis Nicolaus filius Petri procurator iamdictorum domini episcopi et Nicolai nepotis eiusdem inibi personaliter comparendo, de predictis tributis moncium, que absque scitu et mandato eorumdem dominorum suorum fore retenta allegasset, plenam emendam exhibere ex parte eorumdem iobagionum spopondisset procuratori, tamen huius regii mandati execucione idem homo regie sublimitatis, presente eodem dicti conventus testimonio, pretitulatos Nicolaum et Osvaldum filios Michaelis de Bachanagh in dominium predictarum vinearum, quarum iura ipsis denegata forent, introduxisset, et easdem eo iure

quo ipsis pertinere dinoscerentur, reliquisset perpetuo possidendas, ipsumque dominum episcopum cum suis literalibus munimentis, si que in factis premissis haberet confecta, eodem die in possessionaria porcione in possessione Reche habita, contra prescriptos Nicolaum et Osvaldum filios Michaelis de Bachanagh in regie maiestatis presenciam ad predictum diem Cinerum sine crastinacione evocasset, super premissis racionem efficacem redditurum; quibus perceptis, predictus Nicolaus filius Petri pro ipso domino episcopo cum procuratoriis literis eiusdem in nostram exurgens presenciam, respondit eo modo, quod ipse dominus episcopus ex parte predictorum officialium et iobagionum suorum super premissis ipsis Nicolao et Osvaldo filiis Michaelis iuxta regni consvetudinem omnimode iusticie complementum impendere presto esset et paratus. Et quia quilibet nobilis homo famulos impossessionatos et iobagiones suos lege regni requirente iudicandi plenam habet facultatem, pro eo unacum nobilibus regni nobiscum adiudicantibus commisimus eo modo, quod predictus dominus episcopus Zagrabiensis, in quindenis festi Pasche domini nunc venturis, ex parte predictorum officialium et iobagionum suorum, quos dicti filii Michaelis nominabunt, presentibus honorabilibus viris dominis Johanne preposito ecclesie Wesprimiensis vel Blasio archidiacono Zaladiensi altero absente, homine regio specialiter ad hoc deputato, et testimoniis conventus Zaladiensis, que per ipsum conventum presencium serie ad id amicabiliter transmitti postulamus, in villa Reche vocata super premissis predictis Nicolao et Osvaldo filiis Michaelis iuxta seriem literarum inquisicionalium eorumdem per eos inibi exhibendarum, mere iusticie complementum facere teneatur; et posthec ipsius iusticie impensionis seriem per partes in literis dicti conventus Zaladiensis ad octavas festi beati Georgii martiris similiter nunc affuturas nobis volumus reportari. Datum in Wissegrad, quarto die termini prenotati, anno domini Millesimo CCC° LXX° quarto.

Zárlatán pecsét nyomaival; eredetije az Orsz. Levéltárban. N. R. A. 7. 39. dipl. oszt. 6186. Nagy Imre.

34. *Simontornyai Laczkfi Imre nádor azon perben, melyet a zalavári apátság Marczali István ellen a Zalavár és Hidvég nevű birtokok között fekvő Burulfölde nevű birtok iránt folytatott, ítéletet hoz, s a további eljárásra a fehérvári káptalant kiküldi. Visegrád, 1374. oct. 15.*

Amicis suis reverendis capitulo ecclesie Albensis, Emericus regni Hungarie palatinus et iudex comanorum, amiciam paratam cum honore. Noverit . . . . . Zaladiensis . . . . . domini Nicolai pridem . . . . . octavis festi beati Jacobi apostoli . . . . . M° CCC° LX° . . . . . accedendo presenciam, contra magistrum Stephanum filium Iwahon de Marzaly in figura sui iudicii, prout per literas eiusdem domini palatini dominus Ladislaus dux Opulie . . . . . proposuit eo modo, quod idem Stephanus . . . . . vocatam potencialiter teneret et conservaret, cuius . . . . . ab eodem, quo percepto Nicolaus filius Johannis pro eodem magistro Stephano (cum procuratoriis literis) conventus Simigiensis exsurgendo, respondisset eo modo, quod apud predictum magistrum Stephanum possessio Burulfeulde haberetur, que quidem possessio Burulfeulde nominata, ipsis magistro . . . . . hereditario pertineret, ac eidem magistro . . . . . fratribus suis in divisione cessit, super facto eciam ipsius possessionis . . . . . appellate instrumenta haberet efficacia, que in termino ulteriori per ipsum . . . . . do exhibere promtus esset et paratus; e converso autem, predictus procurator ipsius conventus, possessionem quam predictus conventus Burul esse nominaret, et quam predictus procurator an(notati Stephani filii Iwahon Burul)feulde esse diceret, unam et eandem possessionem fore et existere asseruit. His itaque perceptis, predictus dominus Nicolaus palatinus unacum regni nobilibus secum in iudicio sedentibus commisisset eo modo, quod predictus magister Stephanus (instrumenta) si qua in facto dicte possessionis Burulfeulde haberet confecta, in octavis festi beati Michaelis archangeli tunc venturis contra prefatum conventum, similiter instrumenta sua si que in facto dicte possessionis Burul haberet confecta, producere debentem, exhibere tene-

retur coram ipso, quibus visis iudicium et iusticiam facere valeret inter partes, ordine iuris observato; et cum ipsa instrumentalis exhibicio ab eisdem octavis festi beati Michaelis archangeli, primo iuxta series et continencias eiusdem domini Nicolai, demum eodem domino Nicolao palatino viam universe carnis ingresso, honore ipsius palatinatus personam ipsius domini Ladislai palatini per regiam maiestatem sublimante, iuxta continenciam literarum suarum, diversis prorogacionum cautelis et terminis intervenientibus, ad octavas festi beati Georgii martiris tunc venturas dilative devenisset, tandem ipsis octavis advenientibus, domino Petro abbate eiusdem ecclesie pro eodem conventu cum procuratoriis literis eiusdem coram eodem domino Ladislao palatino astante, et ipsa instrumenta per eundem magistrum Stephanum exhibere assumta exhiberi postulante, prefatus magister Stephanus personaliter exsurgendo, pro premissis exhibere assumtis instrumentis quasdam literas dicti conventus Simigiensis patentes, sabbato proximo post octavas festi beatorum Petri et Pauli apostolorum, anno domini M° CCC° LX° sexto emanatas, tenores literarum privilegialium domini Karuli condam regis Hungarie beate recordacionis in anno domini M° CCC° XXX° emanatarum de verbo ad verbum in se habentes, iudiciarii ipsius domini Ladislai palatini examini presentasset; in cuius quidem litere privilegialis tenore sic haberi conspexisset, quod Demetrius Mark et Johannes filii Stephani dicti Leeg sua et prout retulisset Ladislai filii Stephani fratris ipsorum parvuli in personis ab una parte, item Stephanus filius Iwahon filii Gregorii condam bani ab altera, coram eodem domino Karulo rege constituti, concorditer retulissent, quod super accione et acquisicione, quam iidem filii Stephani sua et dicti Ladislai vice et nomine racione divisionis possessionarie et acquisicionis pecunie contra ipsum Stephanum filium Iwahon habuissent et movissent, propter bonum pacis et fraterne dileccionis indissolubile vinculum, mediante huiusmodi concambio seu permutacione inferius nominatarum in perpetue pacis et inviolabilis concordie devenissent unionem, quod predictus Stephanus filius Iwahon quasdam possessio-

nes suas ultra fluvium Drave existentes, unam videlicet Musyna in qua ecclesia lapidea ad honorem beate virginis esset constructa, aliam Myglech, et terciam Chesniche vocatas, cum earum iurium plenitudine et utilitatum integritate, sub eisdem metis et limitacionibus quibus easdem iidem et sui progenitores tenuissent et possedissent, eisdem Demetrio Mark et Johanni ac Ladislao eorumque heredibus heredumque suorum successoribus dedisset et contulisset, coram eodem domino rege iure perpetuo et irrevocabiliter possidendas pariter et habendas, (nihil) sibi vel suis posteris in eisdem vel in aliqua earum reservando; e converso iidem Demetrius Mark et Johannes suo et dicti Ladislai nomine, quasdam possessiones eorum, unam videlicet in comitatu Vesprimiensi habitam Murus vocatam, in qua ecclesia lapidea similiter in honore beate virginis, aliam vero in comitatu de Zala Hydvegh noncupatas, in qua ecclesia lapidea in honore beati Jacobi apostoli existeret similiter . . . . . similiter loco ville Borulfeulde vocate ad eandem possessionem pertinente, ac aliis quibuslibet in earumdem metarum circumdacionibus et integritatibus, quibus easdem ipsi tenuissent et habuissent, predicto Stephano filio Iwahon dedissent et tradidissent perpetuo et irrevocabiliter possidendas tenendas et habendas, in filios filiorum et heredes, nil proprietatis et dominii iidem filii Stephani aut eorum posteri in dictis . . . . . sibi reservando, assumentes mutuo invicem se ac suos posteros obligantes, ut alterutrum ab omnibus impetitoribus si qui (contra) quenquam ipsarum racione dictarum possessionum fierent temporis in processu, expedire propriis laboribus et expensis; in quarum contrarium prefatus Petrus dominus abbas procurator ipsius conventus Zaladiensis, quasdam literas privilegiales domini Lodovici dei gracia regis Hungarie, anno domini M° CCC° XL° septimo (emanatas, transscriben)tes et confirmantes tenorem literarum privilegialium domini Karuli regis, confirmancium literas privilegiales sanctorum Stephani et Ladislai condam illustrium regum Hungarie sanctissimarum recordacionum, eidem domino Ladislao palatino curavisset exhibere, in quarum tenore ipse dominus Ladislaus palatinus haberi conspexisset, quod

sanctissimus rex Stephanus anno ab incarnacione domini M° decimo nono fundasset monasterium in insula Zaladiensi, ordinis sancti Benedicti per dei subsidium ob remedium anime sue, pro stabilitate regni sui, ad finem produxisset, in quo suo iussu dedicata ecclesia beati Adriani martiris, cui quidem monasterio inter alias suas possessionarias donaciones quandam possessionem Burul vocatam perpetuo dedisset et contulisset, ita tamen, quod si qui potens violenter ipsam quam ipse dominus sanctus rex Stephanus sancto Adriano dedisset, auferre aut destruere niteretur, extunc ira dei et eiusdem sancti regis Stephani esset contra illum et componeret quinquaginta libras auri optimi, medium camare regie, medium prefato monasterio suisque rectoribus, maledicciónisque perpetue vinculo eternaliter ferietur. Quarum literarum exhibicionibus factis, partes predicte super premissis iuxta preexhibitarum literarum continencias, iudicium et iusticiam ipsis per ipsum dominum Ladislaum palatinum dari implorassent iure admittente; unde quia predicti Demetrius Mark et Johannes filii Stephani dicti Leeg ab una, et predictus magister Stephanus filius Iwahon parte ab altera, mutuo invicem se suasque posteritates in alterutrum ab omnibus impetitoribus, si qui contra quemquam ipsorum racione predictarum possessionum fierent, temporis in processu propriis laboribus et expensis expedire assumsisse, ex serie premissarum literarum per ipsum magistrum Stephanum coram dicto domino Ladislao palatino exhibitarum repertum fuisset, ideo cum ipse dominus Ladislaus palatinus ipsum magistrum Stephanum in eo, utrum ipse prenotatos Demetrium Mark et Johannem filios Stephani in expedicione dicte possessionis Burulfeulde vocate posset statuere vel ne, trinario numero ut suo incumbisset officio habuisset requisitum, ideo magister Stephanus prenotatum Johannem filium Stephani, Lucasium et Stephanum filios dicti Demetrii, Lorandum et Petrum et Dominicum filios Mark, superstites in expedicione dicte possessionis Burulfeulde vocate, iuxta regni consvetudinem in termino ulteriori per ipsum dominum Ladislaum palatinum sibi dando, se statuere posse allegasset; unde idem dominus Ladislaus palatinus iudicando

commisisset, quod prefatus magister Stephanus prenotatum magistrum Johannem filium Stephani dicti Leeg, Lucasium et Stephanum filios Demetrii, Lorandum Petrum et Dominicum filios Mark, in expedicione dicte possessionis Burulfeulde vocate, in octavis festi beati Jacobi apostoli tunc venturis, legitima citacione, aut aliter quoquomodo valeret, iuxta regni consvetudinem statuere teneretur coram ipso, quibus statutis, iudicium et iusticiam facere valeret inter partes prout fieret opportunum; et cum discussio eiusdem cause ab eisdem octavis festi beati Jacobi apostoli, diversis prorogacionum cautelis et terminis intervenientibus, ad octavas festi Epiphaniarum domini tunc venturas prorogative devenisset, tandem ipsis octavis advenientibus, Nicolao filio Petri pro ipso conventu cum procuratoriis literis eiusdem conventus coram ipso domino Ladislao palatino astante, prenotatos magistrum Johannem filium Stephani, Lorandum Dominicum et Petrum filios Mark, Lucasium et Stephanum filios Demetrii de Berzencze, per ipsum magistrum Stephanum filium Iwahon in expedicione dicte possessionis Burul statuere assumtos statui postulante, annotatus magister Stephanus ad dicti domini Ladislai palatini iudiciariam veniendo presenciam, prenotatos magistrum Johannem filium Stephani, Lorandum Petrum et Dominicum filios Mark, Lucasium et Stephanum filios Demetrii, legitime citacionis modum observando, contra se in presenciam prefati domini Ladislai palatini in causam attraxisse, et ipsam ad dictas octavas festi Epiphaniarum domini prorogatam fuisse, exhibicione literarum prelibati conventus Simigiensis citatoriarum et quamplurimarum literarum eiusdem domini Ladislai palatini prorogatoriarum manifeste declarasset; quibus sic perceptis, prefatus procurator dicti conventus super premissis tam ex parte predicti magistri Stephani, quam ex parte predictorum expeditorum iudicium et iusticiam per ipsum dominum Ladislaum palatinum ipsi conventui dare postulasset iure admittente; quo percepto prenominatus magister Johannes filius Stephani, Lorandus Petrus et Dominicus filii Mark pro se personaliter, et pro ipsis Lucasio et Stephano filiis Demetrii idem magister

Johannes et Simon filius Petri cum procuratoriis literis dicti conventus Simigiensis exsurgendo, respondissent eo modo, quod ipsi videlicet magister Johannes et Demetrius pater predictorum Lucasii et Stephani, ac Mark pater ipsorum Lorandi Petri et Dominici, inter alias possessiones eorum, quandam possessionem eorum hereditariam Hyduegh vocatam, cum quadam particula terre Burulfeulde vocate, intra metas ipsius possessionis Hyduegh existenti, in qua olim unus iobagio ipsorum Burul nomine residenciam habuisset, eidem magistro Stephano tempore premissi concambii dedissent et assignassent, et super his eosdem expedire assumsissent, sed ab eodem conventu hoc scire vellet, ut ubi et in quo loco predicta possessio ipsius ecclesie Burul nominata esset et existeret. His itaque perceptis, cum ipse dominus Ladislaus palatinus ipsas partes in eo, ut apud cuius partis manus ipsa possessio Burul vocata tunc extitisset, trinario numero ut suo incumbisset officio habuisset requisitos, idem magister Stephanus asseruisset eo modo, ut ipse a tempore premissi concambii in dominio ipsius possessionis Burul, per prenominatos magistros Johannem Demetrium et Mark filios Stephani sibi premisso modo date et collate extitisset et fuisset, sed possessio ipsius ecclesie Zaladiensis, quam idem conventus ab ipso nomine sui iuris requireret, apud ipsum non haberetur, predictusque procurator ipsius conventus allegasset eo modo, quod possessio ipsius ecclesie Burul nomine, apud ipsum magistrum Stephanum occupative haberetur, et idem volens hoc comprobare, quod ipsa ecclesia Zaladiensis possessionem hoc nomine Burul ibi habeat, quasdam literas patentes domini Bele condam regis Hungarie hunc tenorem continentes ipso domino Ladislao palatino presentasset. Nos Bela (l. I. köt. 32. sz. a.). Unde licet prefatus dominus Ladislaus palatinus auditis parcium proposicionibus, super premissis inter easdem partes iudicium facere debuerit, tamen quia absque reambulacione revisione et ostensione dicte possessionis Burul vocate, tunc ad presens in premissa causa inter easdem partes finem debitum facere non potuissent, ideo amiciciam memorati conventus Simigiensis literatorie requisivisset diligenter, quatenus ipsorum mitte-

rent homines, pro utrisque partibus pro testimoniis fidedignos, quibus presentibus homines sui infradeclarandi, feria quarta proxima post festum Pasche domini tunc proxima ventura, ad faciem dicte possessionis Burul litigiose, vicinis et commetaneis suis universis legitime convocatis, et partibus vel earum legitimis procuratoribus presentibus accederent, et eandem primo demonstracione et ostensione dicti conventus vel sui legitimi procuratoris, ac demum per ostensionem et demonstracionem predictorum magistri Johannis filii Stephani et filiorum Mark ac filiorum Demetrii vel legitimi procuratoris ipsorum reambularent, et si in huiusmodi reambulacionibus et demonstracionibus dicte possessionis partes predicte concordes fierent, tunc cuique parti suum ius possessionarium committerent et relinquerent perpetuo possidere tenere pariter et habere; si vero partes in aliqua particula terre discordes fierent, tunc eandem terram litigiosam signis metalibus consignando et regali mensura mensurando vel si mensurari nequirent visu considerando, unacum aliis probis viris estimaret regni consvetudine requirente. Habitisque premissis iidem dicti domini Ladislai palatini et annotati conventus Simigiensis homines, ibidem ab eisdem vicinis et commetaneis ac ab aliis nobilibus comprovincialibus inibi per partes congregatis super eo, apud cuius manus ipsa possessio litigiosa usque tunc extiterit, amore favore et odio cuiuslibet partis postergatis, deum ferendo pre oculis, absque scrupulo cuiuslibet falsitatis, scirent et inquirerent omnimodam veritatem; et posthec ipsius possessionarie reambulacionis revisionis ostensionis et estimacionis ac inquisicionis seriem, cum propriis et possessionum illorum, a quibus sciret nominibus, necnon cum tocius inibi peracti negocii processu, ad octavas festi beati Georgii martiris tunc affuturas sibi rescriberet amicabiliter conventus ecclesie Simigiensis antedictus. In quo eciam termino idem conventus vel suus legitimus procurator novem literas, quatuor scilicet inquisitorias, duas conventus de Kapurnuk et unam capituli ecclesie Castriferrei et quartam vicecomitis et iudicum nobilium comitatus Zaladiensis, nec non quinque prohibicionales, videlicet duas eiusdem conventus de Kapornuk et tres

annotati capituli ecclesie Castriferrei, contra ipsum magistrum Stephanum emanatas, per procuratorem dicti conventus Zaladiensis coram ipso domino Ladislao palatino exhibitas, per ipsum dominum Ladislaum palatinum eidem capite sigilli sui includendo restitutas, in iudicio ad discussionem premisse cause exhibere teneretur coram ipso; a quibus quidem octavis beati Georgii martiris, dum discussio premissorum, primo iuxta continencias literarum eiusdem domini Ladislai palatini, demum vero dicto Ladislao palatino in dominum regni Russcie per regiam maiestatem sublimato, honoreque eiusdem palatinatus nobis collato, iuxta continenciam priorum literarum nostrarum prorogatoriarum, ad octavas festi Epiphaniarum domini proxime preteritas dilative deventa extitisset, tandem ipsis octavis occurentibus, Cosmas de Duba pro ipso conventu Zaladiensi (actore, item Jacobo filio Bekus de Reche pro parte Johannis filii Stephani, Lorandi Petri et Dominici filiorum Marci, item Johannis filii Lucasii filii Demetrii et Stephani filii eiusdem Demetrii, cum procuratoriis literis eiusdem in nostram veniendo presenciam, literas annotati conventus Simigiensis, super premissis dicto domino Ladislao palatino rescripcionales, presentibus Emerico filio Jacobi, qui pro ipso magistro Stephano filio Iwahon cum procuratoriis literis sepedicti conventus Simigiensis, item magistris Johanne filio Stephani et Lorando Marco *(igy)* qui pro se personaliter et pro predictis Petro et Dominico filiis dicti Marci, idem Lorandus cum procuratoriis literis nostris, item Andrea filio Stephani, qui pro annotatis Stephano filio Demetrii et Johanne filio Lucasii cum procuratoriis literis capitulorum Quinqueecclesiensis et Jauriensis ecclesiarum coram nobis astabant, nobis presentarat, declarantes inter cetera, quod cum ipse conventus Simigiensis receptis literis domini Ladislai palatini adiudicatoriis, iuxta earumdem continenciam unacum Johanne filio Nicolai de Rayk pro parte dicti conventus Zaladiensis actore, item Jacobo filio Bekus de Reche, pro parte Johannis filii Stephani, Lorandi Petri et Dominici filiorum Marci, item Johannis filii Lucasii filii Demetrii et Stephani filii eiusdem Demetrii, nobilibus de Berzenche in causam attractorum,

hominibus ipsius domini Ladislai palatini, hominem ipsorum, videlicet fratrem Venchezlaum sacerdotem unum ex ipsis, pro utrisque partibus pro testimonio fidedignum, qui demum ad ipsum conventum reversi, eidem concorditer retulissent, quod ipsi in predicta quarta feria proxima post festum Pasche domini tunc proxime preterita, ad faciem cuiusdam possessionis Burul nominate inter ipsas partes litigiose, vicinis et commetaneis suis universis legitime convocatis, et partibus ac eciam legitimis procuratoribus earumdem presentibus accessissent, et eandem primo per demonstracionem et ostensionem dicti conventus taliter reambulare incepissent et inceperant: circa quendam fluvium Zala vocatum, a parte occidentis circa quandam arborem salicis cuius rami verterent se ad meridiem et ibi unum signum metale, deinde directe transieret versus orientem, et penes quandam viam et sub una arbore quercus unum signum metale, deinde salieret ipsam viam inter plagas orientis et septemtrionis, accedendo in quadam silva, in arbore ilicis vulgariter tulfa vocata versus meridiem unum signum metale de....tigando, deinde ad eandem plagam procedens salieret viam, circa quam unum signum metale inter duas antiquas metas in arbore pomi silvestris, deinde iret directe versus orientem et perveniret ad unam arborem piri, sub qua unum signum metale, deinde ad eandem plagam transeundo circa lacum Balaton vocatam unam metam terream antiquam, deinde intraret ad dictum lacum Balaton et ibi terminarent; denique per ostensionem et demonstracionem predictorum magistri Johannis filii Stephani, ac filiorum Mark ac filiorum Demetrii eo modo reambulassent, quod primum incepissent circa quandam viam que iret ad villam Hydueg a parte orientali, sub quodam rubo vulgariter gymulchyn vocato quoddam signum metale, deinde iret versus occidentem sub alio dumo similiter gymulchin nominato aliud signum metale, ab hinc per eandem plagam procedendo et veniret in quoddam rubetum ubi sub quadam arbore piri unum signum metale, dehinc ad eandem plagam eundo circa quandam semitam, que procederet de Balaton, ubi unum signum metale, de inde similiter ad eandem plagam parvum transeundo ad penes

eandem semitam similiter quoddam signum metale, abhinc iterum ad eandem plagam eundo et dictam villam Burulfeulde relinquendo ad meridiem iret usque in fluvium Zala predictum, ubi duo signa metalia reperissent et invenissent; et quia modo premisso in huiusmodi ostensione et reambulacione predicte possessionis Burulfeulde partes predicte discordes extitissent, ideo eandem terram litigiosam unacum aliis probis viris nobilibus visu considerando, ad duo aratra terre regni consvetudine requirente estimassent, iidem dicti domini Ladislai palatini et annotati conventus Simigiensis homines ibidem ab eisdem vicinis et commetaneis, nobilibus comprovincialibus per partes congregatis super eo, cuius manus dicta possessio litigiosa usque tunc extitisset et ad tunc existerent, amore favore et odio cuiuslibet partis postergatis, deum ferendo pre oculis, absque scrupulo cuiuslibet falsitatis, scivissent et inquisivissent omnimodam veritatem, nomina autem attestatorum pro partibus in quibusdam prioribus literis nostris adiudicatoriis et dicti conventus Simigiensis rescripcionalibus seriose continentur; ibidem eciam in eadem terra litigiosa, ad duo aratra estimata duodecim sessiones integre fuissent et extitissent, et eandem iidem domini Ladislai palatini et annotati conventus Simigiensis homines unacum aliis probis viris ad duodecim marcas denariorum estimassent. Ipsarum itaque literarum exhibicionibus factis, ac partibus suo modo expositis, eedem partes in premissis iudicium et iusticiam per nos sibi dari postularunt equitate svadente. Verum licet memorati Demetrius Mark et Johannes filii Stephani in suis et Ladislai filii Stephani fratris eorum parvuli inter preallegatas possessiones eorum antedictam possessionem eorum Hyduegh cum predicto loco Burulfeulde vocato, sepefato magistro Stephano filio Iwahon modo prehabito in forma concambii in predicto anno domini M° CCC° trigesimo sub ex . . . . . in perpetuum dederint et contulerint, tamen quia prelibatus sanctus rex Stephanus antedictam possessionem Burul pro firmiori statu regni tempore fundacionis dicti monasterii, possessiones eorum, antedictam possessionem eorum eidem monasterio inter alias suas donaciones pro remedio anime sue in evum contulisse,

et tandem prefatus dominus Bela rex vigore predictarum literarum suarum universis lib . . . . . predictam terram Burulfeulde in vicinitate possessionis eiusdem monasterii Zalawar nuncupate adiacentem, soluto iusto terragio . . . . . sua et dicti monasterii proteccione, causa commorandi liberam facultatem dedisse atque donasse. . . . . dictus eciam conventus meliores et evidenciores metas dicte possessionis Burulfeulde quam predicti nobiles de Berzencze in causam attracti . . . . . eciam ipsa communis inquisicio melius pro ipso conventu quam pro ipsis in causam attractis per predictos palatinales et dicti conventus homines . . . . . facta extitisse ex serie omnium premissarum literarum iamdictorum dominorum sanctissimi Stephani et Bele olim regum Hungarie et predicti conventus rescripcionalium clare adinveniebatur, sicque super facto ipsius terre Burulfeulde ex causis premissis nobis et baronibus regnique nobilibus nobiscum in iudicio sedentibus ipsi conventui iuxta regni consvetudinem ab antiquo consvetam, iuramentum imponi . . . . . videbatur et . . . . . nos ipsam possessionem Burul in toto cum aliis suis utilitatibus in facie eiusdem existentibus, ad decem et octo marcas estimantes, unacum eisdem baronibus regnique proceribus, ipsis partibus benigne acceptantibus, commiseramus iudicando, quatenus ex pocioribus religiosis viris fratribus de dicto conventu monasterii Zaladiensis, videlicet custos vel prior, in octavis festi Pasche domini tunc venturis, coram Andrea literato curie nostre notario homine nostro de curia nostra ad hoc destinato, ac testimoniis sepefati conventus Simigiensis, que per ipsum conventum ad id literatorie amicabiliter transmitti postularamus, ad faciem predicte possessionis Burulfeulde nuncupate, convocatis vicinis et commetaneis eiusdem, ac super *(igy)* dictis partibus in causam attractis vel legitimis eorum procuratoribus presentibus, accedendo, eandem per predictos metales cursus et metas reambulare, reambulatamque iamdictis metis ubi necesse foret renovatis, in una earumdem metarum seu loco ipsius possessionis litigiose Burulfeulde vocate, decimo octavo, se videlicet personis nobilibus, ex quibus duo commetanei vel vicecomme-

tanei, ex predictis attestacionibus pro parte ipsius conventus Zaladiensis attestatis, ipsi iuramentali deposicioni interesse deberent comparendo, et primo idem custos vel prior ipsius monasterii sancti Adriani in suis vestibus regularibus ad statum sui ordinis atque religionis ad conscienciam suam sacerdotalem manus suas ad pectus suum ponendo, dicere et referre, ceteri vero eiusdem coniuratores resolutis cingulis discalciatisque pedibus, terramque super capita eorum levando et generaliter dicendo prout moris esset iurare super terram, super eo, quod predicta possessio Burulfeulde ad ipsa duo aratra estimata, sub predictis metis et metarum cursibus habita, per ipsum conventum demonstrata, apud manus eiusdem conventus Zaladiensis fuisset ab antiquo extitisset, ac ipsius ecclesie Zaladiensis fuisset hereditaria, sacramenta prestare tenerentur, quibus sic prehabitis, si idem custos seu prior prestaret et prestare posset, tunc eandem possessionem Burulfeulde eidem conventui, si vero iurare nollet vel non posset, tunc ipsam possessionem predictis in causam attractis eo iure quo sibi dinosceretur pertinere, prefati noster et dicti conventus homines statuerent et relinquerent in perpetuum possidere tenere pariter et habere, contradiccione ipsarum parcium et aliorum quorumlibet non obstante, et posthec ipsius iuramentalis deposicionis et statucionis seriem, cum nominibus coniuratorum et possessionum eorumdem, ad octavas festi beati Georgii martiris similiter tunc affuturas, in literis dicti conventus Simigiensis partes nobis reportare tenerentur, cum discussio premissorum ab eisdem octavis festi beati Georgii martiris inter predictum magistrum Stephanum actorem ab una, et inter annotatos nobiles de Berzencze parte ab altera, mediantibus literis nostris dilatoriis ad predictas octavas festi nativitatis beati Johannis Baptiste prorogata extitisset, tandem ipsis octavis instantibus, prefato magistro Stephano filio Iwahon personaliter ab una, item prenotato Lorando pro se personaliter et pro predictis Johanne filio Stephani, Petro filio eiusdem Marci, Johanne filio Lucasii filii Demetrii, ac Stephano filio eiusdem Demetrii idem Lorandus, et Paulo filio Jacobi de Beseneu cum procuratoriis literis nostris ac comitis capelle regie et conventus

Simigiensis coram nobis adherentibus, prelibatumque Dominicum filium Marci in captivitate regia existere referentibus, Johannes de Bodon pro prelibato conventu Zaladiensi cum procuratoriis literis eiusdem in nostram accedendo presenciam, quasdam literas, unam videlicet predicti conventus Simigiensis super premissa iuramentali deposicione memorialiter confectam, et aliam capituli Castriferrei rescripcionalem nobis presentarat, in quarum prima, videlicet ipsius conventus Simigiensis litera habebatur, quod predicto termino deposicionis ipsius iuramenti adveniente, ipse conventus Simigiensis unacum predicto Andrea literato curie nostre notario ad hoc specialiter deputato, ipsorum hominem, videlicet fratrem Vencezlaum sacerdotem unum ex ipsis, ad audiendam et videndam ipsam iuramentalem deposicionem, ad faciem predicte possessionis Burulfeulde pro ipsorum testimonio destinassent fidedignum, qui ad ipsum conventum reversi, eidem concorditer retulissent, quod custos de dicto conventu Zaladiensi coram ipso in predicto termino ad faciem ipsius possessionis Burulfeulde noncupate, convocatis vicinis et commetaneis eiusdem ac magistris Stephano filio Iwahon de Marzaly et nobilibus de Berzenche presentibus, accessissent, et eandem possessionem per predictos metales cursus et metas reambulando, iamdictis metis ubi necesse fuisset renovatis, in una earumdem metarum seu loco ipsius possessionis litigiose Burulfeulde vocate, decimo octavo se videlicet personis, ex quibus quinque commetanei et alii vicini ac comprovinciales nobiles in eisdem literis nominati, ex attestacionibus pro parte ipsius conventus Zaladiensis attestatis, ipsi iuramentali deposicioni interfuissent, comparendo, primo idem custos ipsius monasterii sancti Adriani, nomine frater Petrus, in suis vestibus regularibus ad statum sui ordinis atque religionis, et ad conscienciam suam sacerdotalem, manus suas ad pectus suum ponendo, dixisset et retulisset, ceteri vero eiusdem coniuratores resolutis cingulis, discalciatis pedibus, terram super capita eorum levando ac generaliter dicendo prout moris est iurare super terram, super eo, quod predicta possessio Burulfeulde ad ipsa duo aratra estimata, et sub predictis metis et metarum cursibus

habita, per ipsum conventum demonstrata, apud manus eiusdem conventus Zaladiensis fuisset ab antiquo et extitisset, ac ipsius ecclesie Zaladiensis fuisset hereditaria, prestitisset sacramenta; quibus sic habitis, cum eandem possessionem Burulfeulde predicti noster et ipsius conventus Simigiensis homines dicto conventu Zaladiensi perpetuo statuere voluissent, tunc dicti nobiles de Berzenche huic statucioni contradicentes, eandem statucionem non permisissent. Alterius vero litere ipsius capituli Castriferrei tenor is est: Magnifico viro domino Emerico palatino et iudici comanorum, domino et amico eorum honorando, capitulum ecclesie Castriferrei debitum et honoris continuum incrementum. Noveritis quod cum nos receptis literis vestris, formam iudicii et deliberacionis vestre exprimentibus, unacum Jacobo filio Cherneli de Orozton homine vestro, hominem nostrum magistrum Paulum discretum socium et concanonicum nostrum ad ea que in premissis literis vestris continentur peragenda, pro testimonio transmisimus, demum iidem ad nos reversi nobis concorditer retulerunt, quod ipsi feria sexta proxima ante festum beatorum Viti et Modesti martirum proxime preteritum, ad faciem possessionis Burulfeulde, vicinis et commetaneis suis universis legitime convocatis et presentibus accessissent, eandemque iuxta cursus metales, in aliis literis vestris sentencialiter confectis et expressis de novo his metis ab aliorum iuribus possessionariis separassent: quod primo inciperet in medio fluvii Zala, deinde egrediendo versus orientem perveniret ad arborem salicis, ubi metam terream erexissent, deinde ad eandem plagam per terras arabiles perveniret ad unam magnam viam, et iuxta eandem in quadam arbore ilicis metam erexissent terream, hanc saliendo inter plagas orientis et septemtrionis procedendo quinque metas terreas cumulassent, abinde versus eandem plagam transeundo perveniret ad terras arabiles, et in fine eiusdem metam terream cumulassent, ab inde in dicta plaga currendo perveniret ad latus silve ubi subtus quandam arborem ilicis metam cumulassent terream, deinde in eadem silva directe versus eandem plagam currendo perveniret ad magnam viam, hanc saliendo inter duas antiquas

metas in arbore pomi silvestris metam terream cumulassent, ab inde ad eandem plagam procedendo perveniret ad quandam arborem piri, subtus quam metam cumulassent terream, deinde per pratum currendo perveniret ad medium lacus Balaton nominati, ibique terminarent; quibus sic peractis eandem cum omnibus suis utilitatibus et pertinenciis universis, ecclesie sancti Adriani et suo conventui eo iure quo eis dinosceretur pertinere, statuissent et commisissent in perpetuum possidere tenere pariter et habere, contradiccione quorumlibet non obstante, imo nemine contradictore inibi apparente. Datum decimo die termini prenotati, anno domini M° CCC° LXX° quarto. Quarum literarum exhibicionibus factis et perlectis continenciis earumdem, prefatis magistro Stephano filio Iwahon et Lorando filio Marci, sibi et predictis aliis in premissis per nos iuris equitatem impertiri postulantibus, quia prefati Demetrius et Mark ac Johannes filius Stephani dicti Leeg sua et Ladislai filii Stephani fratris ipsorum parvuli personis coram prefato domino Karulo rege, inter alias possessiones prefatam possessionem Hydueg vocatam, cum omnibus suis pertinenciis et specialiter loco ville Burulfeulde vocate, ad eandem possessionem Hydueg pertinentem, in concambium prefatarum possessionum prefati magistri Stephani filii Iwahon ultra Dravam existencium, eidem magistro Stephano perpetuo dedisse, ac in facto earumdem possessionum eundem magistrum Stephanum ab omnibus impetitoribus expedire assumsisse, tandem eciam prefati Johannes filius Stephani et filii Marci ac filii Demetrii per ipsum magistrum Stephanum contra se in expedicione dicte possessionis Burulfeulde legitime in presenciam domini Ladislai predecessoris nostri palatini in causam attracti, eundem magistrum Stephanum expedire velle allegasse ex premissis manifeste apparebant, demum vero prefatus conventus Zaladiensis eandem possessionem Burulfeulde sub predictis metarum cursibus secundum regni consvetudinem ab antiquo approbatam latam, ab ipso magistro Stephano reoptinuisse, et sic dicti nobiles de Berzenche eundem magistrum Stephanum in facto dicte possessionis Burulfeulde, per ipsos eidem magistro Stephano modo pre-

missso concambialiter tradite expedire nequivisse, ex prescriptis agnoscebantur, ob hocque de possessionibus predictorum nobilium de Berzenche tanta et talis possessio, quanta et qualis predicta possessio Burulfeulde vocata existere dinoscitur, ac in omnibus utilitatibus fructuositatibus et valoribus eidem consimilis et coequalis ipsi magistro Stephano filio Iwahon dari et assignari debere, nobis, prelatis, baronibus et regni nobilibus nobiscum in iudicio adherentibus cernebatur, ad idque modo subscripto facienda nostri et vestri homines necessario fuerant destinandi, pro eo vestram amiciciam literatorie pecieramus diligenter, quatenus vestros mitteretis homines, pro utrisque partibus pro testimoniis fidedignos, quibus presentibus magister Basow curie nostre notarius homo noster ad id specialiter transmissus, in quindenis festi beati regis Stephani tunc venturis et aliis subsequentibus, ad idque sufficientibus, primo ad faciem predicte possessionis Burulfeulde vocate, vicinis et commetaneis suis universis legitime convocatis, et partibus vel earum legitimis procuratoribus presentibus accedendo, eandemque per prescriptas metas et cursus metales, in prescriptis literis ipsius capituli Castriferrei contentas, sub quibus videlicet ipsa dicto conventui Zaladiensi modo premisso statuta extitit, reambulando, et regali mensura si mensurari potest mensurando, vel si mensurari nequiret visu considerando, universas eius qualitates, quantitates, fructuositates, utilitates ac proventus conspiciat et diligenter remeciendo intueatur, demum ad facies possessionariorum iurium dictorum nobilium de Berzenche, apud manus ipsorum habitorum, similiter vicinis et commetaneis earumdem legitime convocatis, et partibus vel earum legitimis procuratoribus presentibus pergendo, ex eisdem tantam et talem possessionem quanta et qualis predicta possessio Burulfeulde existit, ac consimilem in omnibus fructuositatibus, populositatibus, utilitatibus et valoribus eidem coequalem mensurando, metis si necesse fuerit de novo erectis ab eorumdem nobilium de Berzenche et ab aliorum iuribus sequestrando, predicto magistro Stephano filio Iwahon pro premissa possessione Burulfeulde vocata, eo iure quo sibi dinosceretur pertinere, statuerent et commit-

terent perpetuo irrevocabiliter possidendam, contradiccione ipsorum nobilium de Bersenche et aliorum quorumlibet non obstante, salvis iuribus alienis; et posthec omnium premissorum seriem ut fieret expediens, ad octavas festi beati Michaelis archangeli similiter tunc affuturas, nobis amicabiliter rescribatis. Tandem ipsis octavis occurrentibus, prelibatus magister Stephanus filius Iwahon personaliter ab una, parte vero ex altera prenominati Johannes filius Stephani et Lorandus filius Mark similiter personaliter, pro aliis vero predictis Nicolaus filius Johannis cum procuratoriis literis dicti conventus Simigiensis in nostram veniendo presenciam, literas vestras super premissis rescripcionales utrinque nobis presentarunt, in quibus inter cetera omnia premissa ex racionibus in eisdem literis vestris contentis fieri nequivisse comperimus evidenter. Quibus exhibitis, quia ad iteratam execucionem premissorum noster et vestri homines necessario sunt transmittendi, igitur vestram amiciciam petimus diligenter, quatenus vestros mittatis homines pro utrisque partibus pro testimoniis fidedignos, quo presente Johannes literatus de Zilay curie nostre notarius homo noster, in octavis diei Cinerum proxime venturis et aliis diebus ad id aptis, ad faciem premisse possessionis Burulfeulde vocate, vicinis et commetaneis suis universis legitimi inibi convocatis, et partibus vel earum legitimis procuratoribus presentibus accedendo, eandem quoad duo aratra se extendencia reambulando, et regali mensura si mensurari potest mensurando vel visu considerando, universas eiusdem qualitates, quantitates, fructuositates et utilitates ac proventus conspiciat et diligenter premeciendo intuetur, demum vero ut premittitur ad facies possessionariorum iurium dictorum nobilium de Berzenche apud manus ipsorum habitorum, similiter vicinis et commetaneis earumdem universis legitime convocatis, et partibus vel earum legitimis procuratoribus presentibus accedendo, ex eisdem tantam et talem possessionem, quanta ad duo aratra sufficeret, ac se . . . . . deret, in omnibus fructuositatibus, populositatibus, utilitatibus et valoribus consimilem et coequalem, quanta et qualis predicta possessio Burulfeulde vocata, ad duo aratra tantum modo estimata, in

omnibus suis fructuositatibus, populositatibus, proventibus ac aliis quibuslibet utilitatibus se extendit, metis si necesse fuerit de novo erectis, predicto magistro Stephano filio Iwahon pro eadem possessione Burulfeulde, eo iure quo sibi dinoscitur pertinere, statuat et committat, perpetuo et irrevocabiliter possidendam, contradiccione eorumdem nobilium et aliorum quorumlibet non obstante, salvis iuribus alienis. Et posthec omnium premissorum seriem cum tocius inibi peracti negocii processu, ut fuerit expediens, ad octavum diem earumdem octavarum diei Cinerum nobis amicabiliter rescribatis. Datum in Wissegrad, decimo die termini prenotati, anno domini M° CCC° septuagesimo quarto. In quo eciam termino super facto expensarum predicti magistri Stephani per ipsum in exsecucione premisse cause racione premisse possessionarie expedicionis expositarum, ex parte dictorum nobilium de Berzenche eidem magistro Stephano iudicium faciemus ut dictaverit ordo iuris. Datum ut supra.

Hártyán, függő pecsét nyomaival; eredetije a zalavári apátság házi ltárában. Loc. 5. 1. 6. Nagy Imre.

35. *Az alispán és a szolgabírák Uzsai Miklós kérésére Pabari István egyik jobbágya ellen vizsgálatot teljesíttetnek. Tapolcza, 1374. oct. 18.*

Nos magister Johannes filius (Stephani) de Marzaly vicecomes magistri Nicolai filii Johannis de Kanisa comitis Zaladiensis et iudices nobilium eiusdem comitatus damus pro memoria, quod cum nos ad instantem peticionem Andree filii Nicolai de Wsa, Georgium filium Johannis nobilem de alia Wsa hominem nostrum ad infrascriptam inquisicionem transmisissemus, tandem ad nos reversus nobis retulit in hunc modum, quod ipse die dominica proxima ante festum beati Luce evangeliste accedendo, a nobilibus et ignobilibus et ab aliis cuiusvis status et condicionis dicti comitatus hominibus, specialiter a vicinis et commetaneis supradicte possessionis Wsa palam et occulte diligenter investigando scire potuisset, talem scivisset veritatem, quod (vagium) videlicet (Sakcum) unius iobagionis magistri Stephani filii

Stephani de Pabar ipse Andreas in (Nemario) suo in eadem Wsa recipere fecisset, videlicet, die dominica proxima ante festum beati Michaelis archangeli facta fuisset. Datum in Thopulcha, feria quarta videlicet in festo beati Luce evangeliste prenotata, anno domini Millesimo CCC° LXX° quarto.

Zárlatán két barna viasz pecsét nyomaival, egyiken a czímer paizsában egy hárántékos pólya, a Marczalyak czímere látható; eredetije Keszthelyen a gr. Festetics cs. levéltárában, Zaladien. 43a. Nagy Imre. Dl 9153

36. *A vasvári káptalan előtt Németujvári Henrik bán utódai, Henrik és ennek unokaöcscse László, Rohoncz és Kemend várakat s az azokhoz tartozó falukat egymás közt felosztják. 1374. dec. 31.*

Nos capitulum ecclesie Castriferrei memorie commendantes tenore presencium significamus quibus expedit universis, quod cum nos receptis literis magnifici viri domini Ladizlai ducis Opulie et Velunensis, regnique Hungarie tunc palatini et iudicis comanorum, formam sue deliberacionis exprimentibus, inter magistrum Herricum filium Nicolai dicti . . . . . Kokas de Rohoncz actorem ab una . . . . . Ladislaum filium Ladislai filii dicti Nicolai in causam attractum parte ab altera confectis nobisque amicabiliter super divisione castrorum Rohonch et Kemend ac possessionum et possessionariarum porcionum apud manus ipsorum existencium, nec non statucione earumdem et ipsarum utilitatum, partibus predictis fienda, directis, unacum . . . . . Georgio filio Johannis de . . . . . in premissis literis suis expresso, ad hocque specialiter transmisso, hominem nostrum magistrum Michaelem socium et concanonicum nostrum ad premissa peragenda pro testimonio transmisissemus, demum iidem ad nos reversi nobis concorditer retulerunt, quod ipsi sabbato proximo post quindenas festi Corporis Christi et aliis diebus subsequentibus . . . . . sufficien(tibus, in anno domini M° CCC°) LXX° secundo preteritis, ad facies universarum possessionum et castrorum predictorum parcium predictarum, vicinis et com-

metaneis earumdem legitime convocatis, ipsis et partibus predictis presentibus accessissent; et primo ipsum castrum Rohonch sic divisissent: quod prout ab aquilone per portam inter duas turres introitus . . . . . ciis, magistro Herrico, altera medietas orientalis similiter cum omnibus edificiis Ladislao provenisset memorato. Demum civitatem Rohonch teutonicalem hoc modo divisissent: quod prout via magna de eadem in Hodaz transiret, quandamque plateam ad orientem et occidentem distingeret, una equalis . . . . . Ladislao filio Ladislai, ab oriente vero dicto magistro Herrico cessisset, signis lapideis easdem consignando; plateam vero iuxta forem eiusdem platee ab aquilone adiacentem vulgo Houstath vocatam, sic divisissent: quod recta et equalis dimidietas eiusdem ab occidente usque viam qua itur . . . . . eiusdem a dicta via incipiendo versus orientem usque dictum castrum Rohonch habita, memorato magistro Herrico provenisset; plateamque penes prefatam plateam Hodazvta ab occidente adiacentem sic divisissent: quod equipollens medietas ipsius platee cum altera parte alterius platee . . . . . riente vero altera medietas seu equalis porcio dicto Ladislao filio Ladislai provenisset, in cuius medio signum lapideum consignassent; unamque plateam iuxta premissas plateas ab oriente adiacentem hoc modo divisissent: quod similiter equalis dimidietas eiusdem platee ab occidente adiacens . . . . . adiacens dicto Ladislao, ab oriente vero ipsi magistro Herrico provenisset, signum lapideum inibi cumulando; item plateam iuxta eandem ad orientem adiacentem hoc modo divisissent: quod equalis dimidietas eiusdem platee ab occidente adiacens magistro Herrico, ab oriente vero existens dicto . . . . . demumque plateam Vasarusvta dictam hoc modo divisissent: quod recta et equalis dimidietas ipsius platee orientalis in qua nunc Jensul villicus resideret, magistro Herrico, occidentalis vero eiusdem equa pars dicto Ladislao provenisset, in cuius medio signum lapideum . . . . . sissent eo modo, quod eiusdem medietas orientalis integra ipsi magistro Herrico, altera vero dimidietas ipsius platee

occidentalis usque viam que ducit in Owar, salvis iuribus ecclesie beate Margarete virginis et martiris . . . . . remanentibus, ipsi Ladislao proven . . . . . similiter ipsi Ladislao cedente et remanente, in eadem vero civitate teutonicali loca pro eisdem partibus propria sic commisissent, quod loco castri et ecclesia in eadem circa ecclesiam communiter commissis, circa viam que ducit in eandem ecclesiam . . . . . ab aquilone magistro Herrico . . . . . ex utraque parte vie que ducit de dicta civitate Rohonch in Sabariam adiacentem, sic divisissent: quod pars occidentalis seu contrata magistro Herrico, orientalis vero ipsius pars penes fluvium usque finem versus aquilonem dicto Ladislao cessisset, unaque pars iuxta ipsum fluvium ab occidente versus . . . . . eas autem condam Bolawydh magistro Herrico, et Martini dicto Ladislao, intra terminos ipsius possessionis Rohonch adiacentes commisissent; recta vero et equalis dimidietas prati intra limites ipsius civitatis Rohonch, ad ipsum castrum Rohonch pertinentis aquilonaria, Ladislao . . . . . ipsi magistro . . . . . Possessionem vero Cahca nominatam taliter divissent: quod recta et equalis dimidietas ipsius ab aquilone usque quasdam duas arbores salicis pro signis consignatas habita, in utraque linea magistro Herrico, a meridie vero equipollens porcio Ladislao provenisset. Possessionem namque Kys Chaca habitatoribus dest(itutam hoc modo) divisissent: quod un(a dimidietas eiu(sdem ab aquilone adiacens magistro Herrico, altera vero a meridie Ladislao provenisset antedicto. Item possessionem Inceed nominatam prout ad aquilonem et ad meridiem adiaceret, sic divisissent: quod una dimidietas eiusdem aquilonaris usque quandam arborem salicis subtus quam puteus seu fons haberetur, pro signo consignatam . . . . . meridie vero habita Ladislao provenisset memorato; item possessionem Hodaz sic divisissent: quod una dimidietas equalis ab aquilone usque quandam arborem nucis pro signo consignatam adiacens, subtus quam fons manans existeret, in utraque linea magistro Herrico, a meridie vero habita Ladislao cessisset sepedicto; item possessionem Bosuk (sic)

divisissent: quod linea seu contrata eiusdem orientalis a meridie, usque quandam arborem nucis sub quodam molendino habita, magistro Herrico, eademque linea a dicto molendino similiter ad aquilonem sita, cum altera parte eiusdem ville occidentali Ladislao provenisset prelibato. Possessionem vero Welyen dictam sic divisissent, quod prout eadem versus aquilonem et meridiem adiaceret, a tribus lapidibus et una piro silvestri in medio eiusdem habitis, linea occidentalis, contrata vero orientalis a tribus arboribus nucum pro signis consignatis incipiens versus aquilonem adiacens Ladislao, a meridie vero ab eisdem signis incipiendo magistro Herrico provenisset; possessionem namque Zeredahely sic divisissent, quod prout eadem usque ecclesiam in ipsa habitam versus orientem ab eademque ecclesia versus meridiem adiaceret, linea aquilonaris et orientalis Ladislao, alia vero linea seu contrata magistro Herrico provenisset, in cuius medio quandam arborem pomi pro signo consignassent; item possessionem Chaak taliter divisissent, quod prout eadem ad aquilonem et meridiem adiaceret, eandemque quidam rivulus separaret, linea ab oriente habita magistro Herrico, ab occidente vero Ladislao cessisset prescripto, ipsumque rivulum pro signo consignassent; item possessionem Perennye divisissent eo modo: quod sicut eadem versus aquilonem et meridiem adiaceret, linea seu contrata orientalis usque finem, excepto quodam fundo quartali in fine ab aquilone sito, Ladislao, dictumque quartale fundi ac linea seu contrata occidentalis magistro Herrico provenisset, rivulumque in medio eiusdem defluentem pro signo consignassent; item possessionem Gwar nominatam hoc modo divisissent: quod prout eadem versus orientem, et occidentem adiaceret, linea aquilonaris Ladislao, meridionalis vero magistro Herrico cessisset, quandam magnam arborem vulgo iegunye nuncupatam in medio eiusdem habitam pro signo consignassent; item possessionem Koachy taliter divisissent: quod fundum proprium parcium predictarum in eadem Koachy habitum, eisdem partibus communiter commisissent, ab eodemque fundo prout ipsa villa versus orientem et occidentem situata habe-

retur, linea meridionalis usque sessionem Michaelis villici eadem inclusa magistro Herrico, ubi signum consignassent, ab inde eadem linea meridionalis usque fluvium Raba Ladizlao provenisset memorato, linea vero aquilonaris prout inciperet ab ecclesia beatorum Cosme et Damiani martirum, in eadem Koachy habita, usque fundum Nicolai, eodem incluso, Ladislao, ubi inter fundos ipsius Nicolai et Fabiani signum consignassent, ab ipsoque signo usque fluvium Raba predictum, magistro Herrico cessisset. Item castrum Kemend hoc modo divisissent: quod prout porta magna ab occidente usque portam castri interioris intraret, pars meridionalis cum omnibus edificiis, signanter quodam pallacio, ac quadam domo lapidea in castro interiori iuxta capellam ab aquilone existenti magistro Herrico, aquilonaris vero pars ac castrum interius Ladislao provenisset, portas predictas ac turrem magnam nec non capellam et puteum vulgo chaturna dictum in dicto castro interiori existencia seu habitos, partibus communiter seu equalance possidere commisissent; item possessionem Olozka hoc ordine divisissent, quod contrata seu linea eiusdem meridionalis, excepto uno fundo integro sub duabus portis in fine ab occidente existente versus occidentem usque finem Ladislao, linea vero aquilonaris simul cum dicto uno fundo magistro Herrico provenissent, in cuius medio signum consignassent; item possessionem Tilay sic divisissent: quod prout ipsa versus meridiem et aquilonem adiaceret, linea orientalis usque finem, exceptis tribus quartalibus in fine in eadem linea ab aquilone existentibus Ladislao, occidentalis vero linea simul cum dictis tribus quartalibus magistro Herrico provenisset; possessionem autem Estfand sic divisissent: quod prout eadem ab aquilone usque ecclesiam in eadem habitam ad meridiem, ab eademque ecclesia directe versus orientem adiaceret linea usque prefatam ecclesiam orientalis, deinde eadem linea aquilonaris simul cum uno fundo integro in alia linea in fine ab aquilone existente Ladislao, alia vero eiusdem linea, excepto dicto uno fundo, magistro Herrico cessisset. Possessionem namque Olazfalu sic divisissent: quod contrata eiusdem orientalis magistro Herrico, occidentalis autem

linea Ladislao provenisset antedicto, in cuius medio signum consignassent. Demum vero possessionem Hene taliter divisissent: quod prout fundi curiarum Jacobi dicti Tossul in linea meridionali et Nicolai filii Agustini in linea aquilonari in utraque linea ad orientem et occidentem distingerent et separarent, equa dimidietas occidentalis in . . . . . simul cum dictis duobus fundis magistro Herrico, orientalis vero modo simili in utraque linea, Ladislao provenisset memorato, in cuius medio signum consignassent. Possessionem namque Pozba taliter divisissent: quod prout inciperet a fundo Lorandi et parum ad occidentem deinde ad aquilonem adiaceret usque finem, Ladislao, linea vero orientalis simul cum dicto fundo Lorandi magistro Herrico cessissent; possessionem autem Gyekenes hoc modo divisissent: quod sicut eadem versus occidentem et ad orientem adiaceret et a fundo Maurici inciperet linea aquilonaris versus occidentem usque finem magistro Herrico, et a dicto fundo Mauricii incipiendo eadem linea aquilonaris simul cum eodem fundo Mauricii versus orientem, nec non contrata (eiusdem) meridionalis tota Ladislao provenisset antedicto. Possessionem siquidem Kalacha . . . . . in hoc ordine divisissent: quod prout eadem inciperet a metis possessionis Johannis filii Cosme ab aquilone in eadem Kalacha habite, utraque linea versus meridiem usque fundum Wel et puteum habita magistro Herrico, a meridie vero similiter . . . . . linea usque finem Ladislao provenisset . . . . . locum vero castri ipsarum parcium in dicta civitate Rohonch habitum nuncque destitutum, item tributa moncium, vinearum ac fori, molendinorum et viarum, terras arabiles, pascuales et virgulta, nec non patronatus ecclesiarum in universis earumdem parcium possessionibus premissis existencium et habitarum, eisdem (partibus) perpetuo in filios filiorum communiter uti commisissent, hec et illa perpetuo possidere statuendo. Presentes autem, quia partes prescripte racione altercacionum inter ipsas habitarum emanari facere recusabant, pro prefato Ladislao ob regium preceptum et literatorium mandatum nobis in hac parte iniunctum duximus emanandas. In cuius rei memoriam presentes concessimus literas nostras privile-

giales, pendenti sigillo nostro consignatas, medioque alphabeto intercisas. Datum in festo beati Thome apostoli, anno domini M° CCC° LXX° quarto; honorabili viro domino Stephano preposito, discretis viris magistris Petro cantore, Michaele custode, decanatu vacante, ceterisque canonicis ecclesie nostre existentibus.

Hártyán, melynek egy részét a moly kirágta, fölűl cyrographummal, alul függő pecsét nyomaival; eredetije Keszthelyen a gróf Festetics cs. ltárban Zaladien. 44. Nagy Imre.

37. *A székesfehérvári keresztesek conventje előtt Eörsi Cybrian unokája Lőrincz, utódai nem lévén Kővágóeörs, Kiseörs, Fülöp, Uzsa és Dötk nevű birtokokat I. Lajos királyra hagyja. 1374. dec. 31.*

Nos conventus cruciferorum domus hospitalis ecclesie beati regis Stephani de Alba, memorie commendamus per presentes, quod Laurencio filio Michaelis filii Cybriani de Wrs personaliter ab una, item Blasio literato filio Ipoliti de Molonsar pro excellentissimo principe domino Lodovico dei gracia inclito rege Hungarie Polonie Dalmacie etc. cum procuratoriis literis eiusdem parte ab altera coram nobis constitutis, per eundem Laurencium propositum et confessum extitit ministerio vive vocis in hunc modum, quod quia ipse a deo penitus utriusque sexus prolibus destitutus et nimium gravedine senectutis foret oppressus, nullumque de mundo ex proximis et cognatis ac generacionibus suis superstitem haberet, in quos infrascripte possessiones sue de iure devolvi deberent, ideo ipse his premetitis et intra se bene deliberando, possessiones suas, videlicet Wrs predictam et aliam similiter Wrs nominatas, necnon Pylip, Vsa et Dethk vocatas in comitatu Zaladiensi existentes, cum omnibus utilitatibus et pertinenciis earumdem, prenominato domino nostro regi Lodovico et per eum suis heredibus perpetuo dedisset et contulisset, imo dedit et contulit coram nobis possidendas et habendas; e converso vero ipse Blasius literatus in persona eiusdem domini nostri regis retulit isto modo, quod dictus dominus noster rex, eundem Laurencium unacum

domina consorte sua usque vitam eorum in dominio premissarum possessionum pacifice protegere et conservare assumsisset. Datum die dominico proximo post festum Nativitatis domini, anno eiusdem M° CCC° LXX° quarto.

Hártyán, hátlapján hosszukás pecsét töredékével; eredetije a hg. Batthyány cs. körmendi ltárában. Véghelyi D.

38. *Az alispán és a szolgabírák I. Lajos királynak jelentik, hogy Szenterzsébeti István fia András, Micsk bán fia Ákos fiának Micsknek Hottó nevű birtokán hatalmaskodott. Kapornok, 1375. jul. 16—23.*

Serenissimo principi domino Lodovico dei gracia inclito regi Hungarie, domino ipsorum naturali, magister Johannes filius Stephani de Marzaly vicecomes et iudices nobilium comitatus Zaladiensis, debitum pensum fidelitatis cum perpetuo famulatu. Literas magnifici viri comitis Jacobi de Scepus iudicis curie vestre maiestatis inquisitorias, honorifice noveritis nos recepisse in hec verba: (Comes) Jacobus de Scepus iudex curie domini Lodovici dei gracia regis Hungarie, nobilibus viris comiti vel vicecomiti et iudicibus nobilium comitatus Zaladiensis, debitam reverenciam cum salute. Dicitur nobis in persona Mykch filii Akus filii Mykch (quondam bani), quod Andreas filius Stephani de Zenthelsebeth, in vigilia festi nativitatis beati Johannis Baptiste proxime preteriti, ad quandam possessionem ipsius Mykch Holtou vocatam, cum suis complicibus potencialiter veniendo, quosdam quatuor iobagiones eiusdem Mykch lethaliter vulnerasset, ac sex boves cuiusdam iobagionis eiusdem Mykch nomine Anthony recipi et abduci fecisset, in preiudicium eiusdem Mykch valde magnum; super quo vestram nobilitatem presentibus petimus diligenter, quatenus unum (vel) duos ex vobis transmittatis, qui ab omnibus quibus decet et licet, palam et occulte diligenter de premissis investigando, sciat et inquirat omnimodam veritatem; et post hec prout vobis veritas premissorum constiterit, domino nostro regi fideliter rescribatis. Presentes autem sigillis nostris absentibus, sigillo Georgii Bebeek magistri tavarnicorum reginalium fecimus consignari. Datum in Wyssegrad,

feria tercia proxima post festum beatorum Petri et Pauli apostolorum, anno domini M° CCC° LXX° quinto. Nos enim iustis et legitimis peticionibus ipsius comitis Jacobi inclinantes, Sebastianum filium Baak de Terpen, unum ex nobis, ad (premissa) peragenda transmisimus, tandem idem exinde ad nos reversus retulit, ut ipse feria secunda proxima . . . . . festum beate Margarete virginis et martiris proxime preterita, ab omnibus quibus decet et licet, nobilibus videlicet et ignobilibus . . . . . neis et comprovincialibus dicti comitatus hominibus, diligenter de premissis investigando, prout scire potuisset veritatem, sic scivisset . . . . . prout continet tenor literarum predictarum. Datum in Kopornuk, octavo die diei inquisicionis prenotate, anno (domini supradicto. Presentes autem) propter absenciam sigilli nostri, sigillo prefati magistri Stephani patris nostri fecimus consignari.

Zárlatán pecsét nyomaival; eredetije a Kisfaludy cs. ltárában. Nagy Imre.

39. *A zalavári convent bizonyságlevele, a Jónás-nemzetségbeliek Pacsa nevű birtokának határjárásáról. 1375. aug. 6.*

Conventus monasterii beati Adriani martiris de Zala, omnibus Christi fidelibus presentibus pariter et futuris, presentes literas inspecturis, salutem in eo qui est omnium salus. Quum vetustas mater oblivionis humanorum actuum seriem et disposiciones a memoria alienare consvevit, congruum esse videtur humane vite rectoribus easdem hominum disposiciones in tempore factas, ob memorie eternitatem vivacibus literarum notulis, que humane fragilitati utiliter suffragantur, diligenti circumspeccione memorie commendare. Ad noticiam igitur harum serie literarum volumus pervenire, quod nos literas serenissimi principis domini Lodovici dei gracia illustris regis Hungarie reambulatorias, pro nobili viro Thoma dicto Zentes de Pacha nobis directas, summo cum honore recepimus in hec verba: Lodovicus dei gracia rex Hungarie Dalmacie Croacie etc. fidelibus suis conventui ecclesie Zaladiensis salutem et graciam. Dicit nobis Thomas dictus

Zentes de Pacha sua et religiosi viri fratris Georgii custodis ecclesie Simigiensis, Gregorii filii Pauli, Dominici filii Laurencii, ac Andree nec non universorum proximorum eorum de genere Jonas dicti de Pacha, quod ipsi in porcione eorum possessionaria de dicta Pacha legitima reambulacione et ipsis statui faccione plurimum indigerent; super quo fidelitati vestre firmiter precipiendo mandamus, quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio fidedignum, quo presente Nicolaus filius Laurencii de Horvath vel alter Nicolaus filius Andree de Oroston seu Sebascianus filius Boch seu Michael filius eiusdem de Zerpen aliis absentibus homo noster, ad faciem predicte porcionis possessionarie Pacha vocate, vicinis et commetaneis suis universis inibi legitime convocatis et presentibus accedendo, reambulet eandem per veras suas metas et antiquas, reambulatasque et ab aliorum possessionariis iuribus separatam et distinctam, statuat eandem ipsis Thome dicto Zentes, religioso viro fratri Georgio custodi ecclesie dicte Simigiensis ac aliis superius nominatis eo iure quo eisdem dinoscitur pertinere, perpetuo possidendam, si non fuerit contradictum, contradictores vero si qui fuerint citet ipsos contra annotatos nobiles de Pacha ad terminum competentem, et posthec ipsius reambulacionis et statucionis seriem cum nominibus contradictorum et citatorum si qui fuerint, nobis fideliter rescribatis. Datum Bude in festo beati Johannis Baptiste, anno domini M° CCC° septuagesimo quinto. Nos igitur mandatis ipsius domini nostri regis in omnibus obedire cupientes ut tenemur, unacum prefato Nicolao de Horuath homine domini nostri regis in eisdem literis ipsius nominatim expresso, nostrum hominem, videlicet fratrem Johannem sacerdotem unum ex nobis ad premissa fideliter exequenda, nostro pro testimonio duximus destinandum, qui demum exinde ad nos reversi, nobis concorditer retulerunt, quod ipsi feria quinta proxima post festum beati Jacobi apostoli ad faciem predicte porcionis possessionarie Pacha vocate, vicinis et commetaneis suis universis inibi legitime convocatis et presentibus accessissent, reambulassentque easdem per veras metas suas et antiquas, reambulatasque ab aliorum possessionariis iuribus iuxta

continenciam privilegii domini Stephani primogeniti domini Bele olim regis Hungarie hoc ordine separassent et distinxissent: quod prima meta dicte porcionis possessionarie Pacha inciperetur iuxta lacum Canysa ubi sunt due mete, et currit versus orientem in vallem que dicitur Fizesvelgh, et pervenit ad finem ville castrensium de Pacha ad arborem nucis, sub qua sunt due mete terree, deinde flectitur versus meridiem per vallem Michabudere vocatam, et ibi pervenit ad commetaneitatem populorum Bouck ubi sunt due mete terree, et ibi cadit in viam et per virgultum lazharasta vocatam pervenit ad tres metas, que sunt in capite vinee ecclesie de Pacha et ibi separatur a terris doznicorum *(igy)*, deinde cadit ad magnam viam que vadit versus Zustralaza, ibi in capite vinee Chibrezeule vocate sunt due mete in arboribus ilicum iuxta commetaneitatem nobilium de Kal, deinde versus aquilonem per vallem subtus vineas pervenit ad metas Karachini de eadem Kal, deinde ad duas metas duznicorum, ibi saliendo commetaneitatem duznicorum pervenit ad pirum zerig vocatum ad tres metas terreas angulares, abhinc per metas pervenit ad vallem Chibeyota, deinde similiter per metas currit versus ecclesiam, deinde versus occidentem ad lacum Lechke vocatum, deinde ad lacum Zygethtoua vocatum et ad lacum Canysa ad duas metas terreas, ibique terminatur, et sic reambulando metas sepedicte porcionis possessionarie memoratorum nobilium, statuissent easdem ipsis nobilibus de generacione predicti Jonas, cum omnibus utilitatibus suis et pertinenciis universis et iure quo ad ipsos dinoscitur pertinere, perpetuo possidendam, nullo contradictore penitus inibi apparente. Datum duodecimo die diei reambulacionis et statucionis prenotatarum, anno domini supradicto. In cuius rei memoriam perpetuamque firmitatem presentes literas nostras privilegiales, pendentis sigilli nostri et autentici eisdem nobilibus superius dictis concessimus munimine roboratas.

Hártyán, zöld és vörös selyem zsinóron függő pecsét romjaival; eredetije a herczeg Batthyány család ltárában Körmenden «ad Rajkiana» 17. Nagy Imre.

40. *Garai Miklós nádor a veszprémi káptalant kiküldi, hogy Sárosdfő nevű birtokot becsültesse meg. Visegrád, 1376. febr. 24.*

Amicis suis reverendis capitulo ecclesie Wesprimiensis Nicolaus de Gara regni Hungarie palatinus et iudex comanorum amiciciam paratam cum honore. Noveritis, quod Emericus filius Pauli pro nobilibus dominabus Chuka Jacobi filii Pauli de Tomay, et Machou vocatis Stephani filii Johannis de Zenth-Iwan consortibus, filiabus videlicet Pauli filii Stephani de Durugd, cum procuratoriis literis conventus ecclesie Zaladiensis, iuxta continenciam literarum domini Emerici pridem similiter regni Hungarie palatini prorogatoriarum, in octavis festi beati Georgii martiris in anno domini Millesimo CCC° LXX° quarto preteritis, in figura iudicii eiusdem domini palatini comparendo, contra Stephanum filium Stephani de Durugd, quasdam literas vestras ad amicabilem peticionem suam rescriptas, tenoremque literarum suarum vobis directarum verbaliter in se habentes, formam possessionarie introduccionis, contradictorieque inhibicionis et citacionis in se continentes, asserens accionem dictarum dominarum literis contineri in eisdem, predicto domino palatino presentasset, exprimentes inter cetera, quod cum prefate nobiles domine acceptis Emerico filio Dominici de Turek homine dicti domini palatini et Nicolao chori ecclesie vestre clerico per vos ad infrascripta peragenda in testimonium dato, die dominico proximo ante festum concepcionis virginis gloriose in eodem anno elapsum, ac secunda et tercia feriis post iamdictam dominicam subsecutis, ad facies possessionum patris ipsarum Petryk, Kury in Soproniensi, Pabor, Dyzl alio nomine Tykonyahaza et Sarosdfeu in Zaladiensi comitatibus existencium habitarum, vicinis et commetaneis earumdem universis legitime convocatis et presentibus accedendo, se per ipsos annotati domini palatini et vestri homines in easdem introduci, ac ipsis easdem eo iure quo ipsis dinoscerentur pertinere, statui facere voluissent perpetuo possidendas, iobagiones in eisdem possessionibus residentes in persona dicti Stephani, ipsis introduccionibus et statucionibus eisdem dominabus fiendis

contradicendo obviassent, ob quam contradiccionem idem homo palatinalis presente testimonio vestro, possessionibus in eisdem ipsum Stephanum filium Stephani de dicta Durugd ad octavas festi Epiphaniarum domini tunc venturas, contra prefatas nobiles dominas Chuka et Machou vocatas in presenciam dicti domini palatini citavissent, racionem contradiccionis sue redditurum. Quibus quidem literis exhibitis, annotato procuratore dictarum nobilium dominarum racione premisse contradictorie inhibicionis per annotatum Stephanum filium Stephani assignari postulante, Stephanus filius Andree de Gulaach, pro dicto Stephano filio Stephani cum procuratoriis literis vestris in presenciam dicti domini palatini exsurgendo, respondisset ex adverso, quod prefate possessiones Petryk, Kury in Soproniensi, Pabar, Dizl alio nomine Tykonyahaza et Sarusdfeu in Zaladiensi comitatibus existentes, eidem Stephano filio Stephani efficacissimorum instrumentorum vigoribus pertinerent, et ex eo dicta prohibicio in persona eiusdem Stephani facta extitisset; que instrumenta non ad tunc, sed in termino ulteriori per ipsum dominum palatinum sibi dando, exhibere promptus esset et paratus coram ipso; unde his perceptis, idem dominus palatinus unacum regni nobilibus secum tunc adiudicantibus commisisset eo modo, quod annotatus Stephanus filius Stephani universa sua instrumenta, si que in facto predictarum possessionum haberet confecta, in octavis festi beati regis Stephani proxime tunc venturis, contra prefatas dominas Chuka et Machou vocatas coram ipso exhibere teneretur, quibus visis, iudicium et iusticiam facere valeret inter partes in premissis; a quibus quidem octavis, dum premissa instrumentalis exhibicio inter partes prenotatas, quibusdam prorogacionum cautelis et terminis intervenientibus ad presentes octavas festi Purificacionis beate virginis prorogative deventa extitisset, tandem ipsis octavis occurrentibus, medioque tempore dicto honore palatinatus per regiam clemenciam nobis dato, prenominati Stephanus filius Johannis et Jacobus filius Pauli pro annotatis nobilibus dominabus consortibus ipsorum, cum procuratoriis literis conventus Zaladiensis et capituli Castriferrei ecclesie ab una, parte vero ex altera

annotatus Stephanus filius Stephani personaliter in nostram veniendo presenciam, predictis procuratoribus ipsarum dominarum premissa instrumenta per ipsum Stephanum modo premisso exhibere assumta, per eundem coram nobis exhiberi postulantibus, idem Stephanus primum super facto predicte possessionis Sarosdfeu, pro ipsis exhibere assumtis instrumentis quedam duo privilegia, unum domini Johannis Druget pridem similiter palatini et iudicis comanorum, ac aliud comitis Nicolai de Zeech olim iudicis curie regie nostro iudiciario examini curavit exhibere, in quo quidem privilegio dicti domini Johannis palatini in anno domini Millesimo CCC° XXX° tercio, Bude in dominica Ramispalmarum confecto, inter omnia alia reperiebatur, quod dicti domini Johannis palatini et vestri homines ad faciem cuiusdam porcionis possessionarie in eadem Sarosdfeu habite accessissent, eandemque presentibus commetaneis et vicinis eiusdem per veteres et antiquas metas reambulando, in tres partes divisissent, cuius quidem terre unam partem simulcum dimidietate cuiusdam molendini vulgariter Kwzepmalon dicti, et tercia parte alterius molendini tunc desolati, in fluvio eiusdem Sarusd existentibus, statuissent Stephano filio Pauli memorato perpetuo possidendam, duabus vero partibus eiusdem terre simul cum uno molendino et reliqua dimidietate predicti molendini Kwzepmalon dicti, et duabus partibus prefati loci molendini in predicto fluvio Sarosd existentibus, filiis Mookch et Dominico filio Mokmery et eorumdem heredibus ac successoribus remanentibus, silvas vero et feneta (in) metis eiusdem terre Sarusd existentes, ad tunc dividere nequivissent, sed easdem tamdiu donec inter se dividere possent communiter pacifice uti reliquissent, cuius quidem terre mete eidem Stephano assignate in eodem privilegio seriatim continentur. In dicto vero privilegio dicti comitis Nicolai sub anno domini Millesimo CCC° L° quinto, hic in Vissegrad, vigesimo die octavarum festi beati Martini confessoris emanato, inter omnia alia adinvenimus manifeste, quod cum Paulus filius Mokch de Sarusd, Paulum Andream et Stephanum filios Stephani filii Pauli de Durugd, super facto divisionis et metarum ereccionis premissarum silvarum et fenetorum

predictorum, que ut premittitur, inter ipsos filios Mookch et Dominicum filium Mothmer ac predictum Stephanum de Durugd indivise remansissent, in presenciam predicti comitis Nicolai contra se in causam attraxisset, eademque causa inter ipsas partes diucius coram eodem comite Nicolao ventilata fuisset, tandem eedem partes predictas silvas et feneta pretacta, inter se ut congruit equaliter divisissent et metas earumdem erigi fecissent; quarum quidem duarum literarum privilegialium exhibicionibus factis, et perlectis continenciis earumdem partibus suo modo expositis, quia ex serie earumdem id, utrum eadem possessio Sarusd predicto Stephano filio Stephani iure hereditario seu titulo nobilitatis attineat, aut eadem non hereditaria, sed emticia ac impignoraticia predictorum filiorum Stephani et per consequens ipsius Stephani filii eiusdem Stephani fuerit et existat, minime agnoscebatur, idem eciam Stephanus nulla plura instrumenta preter preexhibitas duas literas privilegiales se habere nec exhibere posse asserebat, et ex eo absque estimacione predicte possessionis Sarusdfeu inter ipsas partes iudicium et iusticiam bono modo facere non poteramus, pro eo vestram amiciciam presentibus petimus diligenter, quatenus vestros mittatis homines pro utrisque partibus pro testimoniis fidedignos, quibus presentibus Barla filius Pauli de Thomay, aut Colomannus filius Cosme de Baach, seu Petrus filius Laurencii de Terdemych, aut Nicolaus filius Stephani sive Johannes filius Benedicti de Vyta, an Johannes filius Vida sin Dionisius de Turek pro parte predictarum nobilium dominarum actricum, item Stephanus de Echy, vel Stephanus filius Dominici de Hene, sive Ladislaus filius Nicolai de Kal, an Laurencius filius Bodor de Kapulch aliis absentibus, homines nostri, in octavis festi beati Georgii martiris proxime venturis et aliis diebus subsequentibus ad idque sufficientibus, ad faciem predicte possessionis Sarosdfeu vocate apud manus dicti Stephani habite, vicinis et commetaneis universis legitime inibi convocatis et partibus vel earum legitimis procuratoribus presentibus accedendo, eandem habita prius eiusdem legitima reambulacione, visa sui qualitate quantitate utilitate fructuositate et valore, regali

mensura si mensurari poterit mensurando, vel si mensurari nequierit visu considerando, deum habendo pro oculis, absque scrupulo cuiuslibet falsitatis, unacum aliis probis viris estiment regni consvetudine requirente; et post hec ipsius possessionarie estimacionis seriem ut fuerit expediens, ad octavas festi Penthecostes similiter proxime venturas nobis amicabiliter rescribatis. Datum in Vissegrad, sedecimo die termini prenotati, anno domini Millesimo CCC° LXX° sexto.

Papiron, zárlatán pecsét nyomaival; eredetije Keszthelyen a gr. Festetics cs. ltárában. Szaladien 44b. Nagy Imre.

41. *A somogyvári convent előtt a felső- és alsó-kerecseni, valamint a kisgelsei nemesek birtokaik után a zalavári apátságnak járó tized megadására magukat kötelezik. 1376. jan. 1.*

Conventus monasterii sancti Egidii de Simigio omnibus Christi fidelibus presentibus pariter et futuris presens scriptum intuentibus, salutem in vero salutis largitore. Sagax humane discrecio adinvenit ut acta mortalia cum tempore labitura literarum patrocinio solidentur pro memoria. Proinde ad universorum noticiam harum serie volumus pervenire, quod Johanne et Paulo filiis Mark, Michaele filio Andree, Nicolao filio Pauli, Blasio et Johanne filiis Nicolai, Francisco filio Johannis, Valentino filio Michaelis, Sebasciano et Wrbano filiis Nicolai, Fabiano filio Pauli, Peteu filio Petri, Petro filio Dominici, Michaele et Benedicto filiis eiusdem Petri, Johanne filio Thome, Thoma filio Erne, Paulo filio Demetrii, Jacobo filio Georgii, Gregorio filio Petri, Petro filio Leustachii, Johanne filio Nicolai, Andrea filio Ladislai, Benedicto et Michaele filiis Johannis, Dominico filio Salamonis ac Gregorio filio Petri nobilibus de Feulseu-Kerechen; item Ladislao et Bekeu filiis Cosme, Nicolao et Paulo filiis Stephani, Nicolao filio Achynccus, Johanne filio Martini, Gregorio filio Michaelis, Johanne filio eiusdem Gregorii, Stephano filio Gregorii, Gregorio filio Pauli, Dionisio Andrea et Jacobo filiis Petri, Nicolao et Gregorio filiis Thome, Michaele filio Johannis ac Johanne filio Buda nobilibus de Alsou-Kerechen; item Emerico filio

Michaelis, Gegws, Andrea filio Thome, Bartholomeo filio Nicolai et Thoma dicto Chouka nobilibus de Kysgelse, hominibus de comitatu Zaladiensi, coram nobis personaliter constitutis, per eosdem propositum extitit et relatum in hunc modum, quod licet religiosus vir dominus frater Ladislaus abbas ecclesie Zaladiensis ipsos super factis decimarum dicte ecclesie sue ab ipsis pro ipsa ecclesia et per consequens ipsi domino abbati ab antiquo provenire debencium, in causam in presenciam iudicis curie regie contra se attraxerit, tamen . . . . . quia ipsi bene inter ipsos deliberando, cum predictis decimis pro ipsa ecclesia Zaladiensi et per consequens abbati eiusdem ecclesie se ipsos debitores fore agnovissent, ideo ipsi premissas decimas ab antiquo consvetas, tam in vinis quam in frugibus singulis annis semper pro ipsa ecclesia et per consequens abbati eiusdem vel decimatoribus per ipsum abbatem constitutis et in futurum constituendis, pacifice et quiete dare et assignare assumsissent, imo assumserunt nostri in presencia, vigore presencium mediante. In cuius rei memoriam firmitatemque perpetuam, presentes literas nostras privilegiales pendentis et authentici sigilli nostri munimine roboratas, domino fratri Ladislao duximus concedendas. Datum in festo Penthecostes, anno domini Millesimo CCC° LXX° sexto.

Hártyán, melyről a pecsét hiányzik; eredetije a zalavári apátság háziltárában. 2. 2. 40. Véghely D.

42. *Szepesi Jakab országbíró előtt, Rajky János Rajky György ellen Völgy-Ung birtok miatt folytatott perétől eláll. Visegrád, 1376. junius 19.*

Nos comes Jacobus de Scepus iudex curie et universarum civitatum serenissimi et magnifici principis domini Lodovici dei gracia incliti regis Hungarie, Polonie, Dalmacie, etc. memorie commendantes tenore presencium significamus quibus expedit universis, quod Nicolaus filius Petri pro Georgio filio Nicolai de Rayk cum procuratoriis literis conventus ecclesie Zaladiensis, iuxta continenciam priorum literarum nostrarum prorogatoriarum, in octavis festi beati Georgii martiris in anno domini Millesimo tercentesimo septuagesimo

quarto preteritis, in figura nostri iudicii comparendo, contra Johannem filium Nicolai de dicta Rayk et Nicolaum filium Dorman de Kaal, quasdam literas dicti conventus Zaladiensis domino nostro regi ad literatorium suum preceptum rescriptas, tenoremque earumdem literarum regalium eidem conventui directarum de verbo ad verbum in se habentes, formam possessionarie introduccionis contradictorieque inhibicionis et citacionis in se denotantes nobis presentarat declarantes inter cetera, quod cum idem Georgius acceptis Michaele filio Pauli de Rayk homine regio et fratre Andrea sacerdote et testimonio prefati conventus Zaladiensis, feria quinta proxima ante festum beate Katherine virginis et martiris tunc proxime preteritum ad faciem cuiusdam possessionis Welgwngh vocate, vicinis et commetaneis suis universis legitime inibi convocatis et presentibus accedendo, se per prenominatos regium et dicti conventus homines in dominium prescripte possessionis introduci et eandem sibi statui facere voluissent, tandem inter alios prohibitores Johannes filius Nicolai de dicta Rayk in sua, ac Nicolai filii Dorman de dicta Kaal personis inibi comparendo, ipsos regium et dicti conventus homines a statucione in iamdicte possessionis Welgwngh prohibuissent, quosquidem Johannem et Nicolaum ipsi regius et dicti conventus homines ibidem in facie dicte possessionis, contra prefatum Georgium ad octavas festi Epiphaniarum domini tunc venturas, ad regie serenitatis presenciam citavissent. Quibus quidem literis exhibitis, prefatus Nicolaus filius Petri procurator predicti Georgii premisse contradictorie inhibiconis racionem per prefatos Johannem et Nicolaum assignari postularat coram nobis; quo percepto prefatus Nicolaus pro se personaliter, pro prefato vero Johanne cum procuratoriis literis dicti conventus Zaladiensis in nostram exsurgendo presenciam, responderat ex adverso, quod prenominata possessio Welgwngh ipsis efficacissimorum instrumentorum vigoribus pertineret, que non ad tunc sed in termino ulteriori per nos ipsis dando, promti essent exhibere et parati coram nobis; unde nos perceptis premissis, commiseramus eo modo, quod prenominati Johannes et Nicolaus universa literalia eorum instrumenta si que

super premissis haberent confecta, in octavis festi beati Michaelis archangeli tunc venturis, contra prenominatum Georgium filium Nicolai exhibere tenerentur coram nobis, quibus visis, iudicium et iusticiam facere valeremus inter partes in premissis, dictante iuris equitate; a quibusquidem octavis festi beati Michaelis archangeli, dum ipsa instrumentalis exhibicio partes inter easdem quibusdam prorogacionum cautelis et terminis intervenientibus, iuxta continencias literarum nostrarum dilatoriarum diversimode ventillando, ad octavas festi Purificacionis beate virginis proxime preteritas deventa extitisset, tandem ipsis octavis festi Purificacionis beate virginis instantibus, Stephanus literatus pro annotato Georgio filio Nicolai patre suo cum procuratoriis literis conventus ecclesie Zaladiensis ad nostram veniendo presenciam, quasdam literas domini nostri regis Lodovici, in Zolio feria sexta proxima post festum beatorum Petri et Pauli apostolorum, anno domini Millesimo tercentesimo septuagesimo tercio confectas nobis presentarat declarantes, quod idem dominus rex pro fidelitatibus et serviciis Thome filii Nicolai de Rayk, quandam possessionem Welgwngh in comitatu Zaladiensi habitam, nomine possessionis condam Jacobi dicti Orothlan hominis sine herede ut dictum fuisset decedentis, eidem Thome item Georgio fratri, necnon Nicolao Johanni et Dominico filiis suis cum omnibus suis utilitatibus et pertinenciis, sub suis veris metis et antiquis quibus per priores suos possessores habita fuisset et possessa, dedisset et contulisset perpetuo possidendam. Quibus exhibitis, predictus procurator ipsius Georgii filii Nicolai premissa per annotatos Johannem et Nicolaum exhibere assumta instrumenta exhiberi postularat per eosdem; quo audito Nicolaus filius Michaelis pro annotatis Johanne filio Nicolai et Nicolao filio Dorman cum procuratoriis literis dicti conventus Zaladiensis, in nostram exsurgendo presenciam, pro premissis exhibere assumtis instrumentis quasdam tres literas, duas privilegiales, ambas conventus Zaladiensis, et terciam patentem domini Nicolai quondam palatini nobis presentarat; quarum prima scilicet litera privilegialis ipsius conventus, feria secunda proxima post festum Resurreccionis domini, anno eiusdem Millesimo

CCC° vigesimo nono confecta denotarat, quod cum nobilis domina Iluna vocata, filia videlicet Pauli filii Simonis de Rayk, relicta Nicolai filii Jacobi filii Andree ab una parte, magistro Johanne filio comitis Ochyuz ab altera . . . . . .
. . . . o conventu . . . . . set per eosdem et relatum viva voce, quod prefata domina Iluna racione dotis sue et quarte Margarete filie sue, possessionem Nicolai predicti mariti sui propinquam vicinam in vicinitate possessionis ipsius magistri Johannis Vngh vocate existentem, in litem attraxisset, et nullus proximorum predicti Nicolai seu generacionis mariti domine memorate de dote ipsius domine et quarta filie sue et iamdicte ipsi domine satisfacere procurasset, et ipsa domina dictam possessionem pro premissis aggravare seu aliis alienare intendisset, in quo facto idem magister Johannes racione propinque vicinitatis gravamen non modicum seu molestiam exportare in futurum debuisset, cupiens predicta domina pacem in hoc observare, receptis ab eodem magistro Johanne octo marcis pro sua dote et quarta pretactarum, eisdem ut dixisset plene et integre persolutis, dictam possessionem mariti sui pro sua dote et quarta pro summa sibi per ipsum magistrum Johannem persoluta pro pignore obligasset, tam pro se quam pro filia sua antedicta, cum suis utilitatibus universis magistro Johanni prenotato, tali pacto interposito, quod si processu temporum in futurum si quispiam proximorum seu generaciones dicti Nicolai mariti domine annotate, cui vel quibus de iure generacionaliter pertineret, ipsam possessionem obligatam, idem magister Johannes pro ipsis octo marcis restituere teneretur. Secunda vero litera videlicet patens dicti domini Nicolai palatini, Bude, feria quinta proxima ante festum Purificacionis beate virginis, anno domini Millesimo tercentesimo quinquagesimo quarto emanata decantarat, quod magister Johannes filius Johannis de Zabar personaliter, pro magistro autem Ochyuz fratre suo Benedictus filius Johannis cum procuratoriis literis dicti conventus ecclesie Zaladiensis ab una, ac Johannes filius Nicolai de Rayk similiter personaliter parte ab altera, coram ipso domino palatino constituti, idem magister Johannes filius Johannis et prescriptus procurator

ipsius magistri Ochyuz proposuissent viva voce, quod ipsi possessionem Welgwngh vocatam in comitatu Zaladiensi existentem, quam idem Johannes filius Nicolai ab eisdem ordine iudiciario aquirere voluisset, in duas dividerent partes quoequales *(igy)*, ex qua possessione porcionem Pauli filii Pousa prefato Johanni filio Nicolai pure et simpliciter, ac absque pecuniaria solucione aliquali et impedimento restituerent et resignarent, porcionem vero Nicolai filii Jacobi in eadem possessione Welgwngh habitam, sabbato proximo ante dominicam Invocavit proxime tunc venturo, coram testimonio dicti conventus Zaladiensis, quod per ipsum conventum idem dominus palatinus serie dictarum literarum suarum transmitti postulasset, regni consvetudine requirente, in condigno suo precio et valore estimaret, ex cuius quidem possessionarie porcionis ipsius Nicolai filii Jacobi estimacione dictus Johannes filius Nicolai pro dote et rebus parafernalibus domine relicte prefati Nicolai filii Jacobi ac quarta filiali domine filie eiusdem Nicolai ius et proprietatem earumdem dominarum ex premissa possessionaria porcione prefat Nicolai filii Jacobi predictis dominabus de iure provenire debentibus, eo quod idem magister Johannes et Ochyuz ius predictarum dominarum prius persolvissent, prescriptis magistris Johanni et Ochyuz solvere teneretur, ipsisque iuribus et proprietatibus predictarum dominarum persolutis, literas expedicionales super predictis dote et rebus parorfanalibus *(igy)* ac quarta filiali predictarum dominarum emanatas, ut premittitur, iidem magistri Johannes et Ochyuz prefato Johanni filio Nicolai ibidem reddere et restituere tenerentur eandemque possessionariam porcionem dicti Nicolai filii Jacobi ex qua predictas dotem et res parorphanales et quartam puellarem pretactarum dominarum per ipsos filios magistri Johannis persolverat eidem Johanni filio Nicolai cum suis utilitatibus et pertinenciis, rehabita eorum pecunia perpetuo resignarent; preterea quandam particulam terre circa predictam possessionem Welgungh existentem, quam ab Anda filio Crisii emcionis titulo comparasset, super qua privilegiale instrumentum predicti conventus Zaladiensis confectum haberetur, coram eodem testimonio eiusdem con-

ventus Zaladiensis, iuxta cursus metales in eodem privilegio contentos, in predicto sabbato die proximo ante dominicam Invocavit, reambularent, reambulatamque iuxta regni consvetudinem estimarent, factaque ipsa estimacione, quantitatem pecunie dicte possessionarie estimacionis prefatus Johannes filius Nicolai de Rayk prememoratis magistris Johanni et Ochyuz quinto decimo die sabbati diei supradicti, partim in denariis partim vero in estimacione condigna persolvere, persolutaque premissa pecunia iidem magistri Johannes et Ochyuz ipsum privilegium dicto Johanni filio Nicolai reddere, et ipsam particulam terre cum universis suis utilitatibus et pertinenciis restituere et assignare tenerentur. Tercia vero litera privilegialis dicti conventus Zaladiensis in dominica Letare in dicto anno Millesimo CCC° quinquagesimo quarto exorta expresserat, quod cum idem conventus iuxta continenciam literarum dicti domini Nicolai palatini composicionalium, discretum virum magistrum Herricum notarium dicte ecclesie hominem eorum ipsis partibus petentibus duxisset deputandum, idem demum ad ipsum conventum reversus eidem dixisset, quod dicti magistri Johannes et Ochyaz ac Johannes filius Nicolai de Rayk in dicto sabbato proximo ante dominicam Invocavit per ordinacionem proborum et nobilium virorum in premissis taliter concordassent, quod iidem magistri Johannes et Ochyuz prescriptas possessionarias porciones Pauli filii Posa et Nicolai filii Jacobi cum fructibus et circumstanciis suis simpliciter ac sine solucione aliquali metis signis et terminis quibus easdem dicti Paulus filius Posa et Nicolaus filius Jacobi ab antiquo tenuissent et possedissent, ipsi Johanni filio Nicolai perpetuo et irrevocabiliter restatuissent et resignassent possidendas, e converso vero idem Johannes filius Nicolai totales porciones possessionarias predicti Anda fili Crisii et Mayus, pro eo quod ipsum et suos heredes in prescriptis possessionariis porcionibus prelibatorum Pauli filii Posa et Nicolai filii Jacobi pacifice ex parte sui conservarent, cum fructibus et utilitatibus suis universis, terminis et metis in eisdem literis conscriptis, eisdem magistris Johanni et Ochyuz dedisse et assignasse in filios filiorum suorum pacifice et irrevocabiliter possiden-

das. Quarum quidem literarum exhibicionibus factis, predictus Michael filius Nicolai procurator dictorum in causam atractorum, allegarat in hunc modum, quod predictus Johannes esset filius Nicolai filii Posa filii Andree, prelibatique Posa et Jacobus dictus Orrothlan fratres carnales filii videlicet Andree prenotati fuissent, prefatus autem Nicolaus filius Dorman filius filie dicti Jacobi existeret, et ex eo dicta possessio Welgwngh regie collacioni in nullo pertineret, et in eo se idem Johannes ad veridicam attestacionem vicinorum et commetaneorum, comprovincialiumque suorum nobilium dicti comitatus Zaladiensis communi inquisicione mediante fiendam submittere promtus esset et paratus; in cuius contrarium predictus Stephanus procurator dicti Georgii filii Nicolai asseruerat eo modo, quod predictus Johannes filius filie annotati Jacobi extitisset et pro eo dicta possessio Welgwng regie collacioni pertineret, et in eo eundem Georgium similiter ad ipsam communem inquisicionem committere velle indicarat; et quia ipse partes se in premissis altercatoriis earum obieccionibus ad ipsam inquisicionem committebant, ad ipsamque faciendam regii et dicti conventus Simigiensis homines necessarie fuerant destinandi, pro eo amiciciam conventus Simigiensis literatorie pecieramus diligenter, quatenus ipsorum darent homines utrisque partibus pro testimoniis fidedignos, quibus presentibus homines regii in quindenis festi beati Georgii martiris tunc proxime venturis ad faciem dicte possessionis Welgwng vocate, vicinis et commetaneis eiusdem inibi legitime convocatis et partibus vel earum legitimis procuratoribus presentibus accedendo, primo ab eisdem vicinis et commetaneis et demum a nobilibus comprovincialibus ac alterius cuiusvis status et condicionis hominibus per ipsas partes illic convocandis et congregandis, simul et ad invicem procedendo, odio timore et favore cuiuslibet partis postergatis, deum et eius iusticiam habentes pre oculis, absque scrupulo cuiuslibet falsitatis, de eo, utrum prenotatus Johannes filius Nicolai filii dicti Posa filii Andree existeret, annotatique Posa et Jacobus dictus Orothlan fratres carnales filii videlicet dicti Andree fuerint et sic eadem possessio in ipsum Johannem tanquam fratrem

patruelem ipsius Jacobi devoluta existeret, aut idem Johannes non frater patruelis ipsius Jacobi sed idem Johannes filius filie dicti Jacobi Orothlan existeret, et ex eo regia maiestas dictam possessionem Welgwngh ipsius Jacobi ipsi Georgio de iure conferre valuerit, scirent et inquirerent omnimodam veritatem; factaque ipsa inquisicione, predictam posssessionem Welgwngh visa eius qualitate quantitate fructuositate et valore, regali mensura mensurando vel visu considerando, unacum aliis probis viris estimarent in condigno suo precio et valore, lege regni requirente; et post hec ipsius communis inquisicionis et estimacionis seriem cum propriis et possessionum illorum a quibus sciretur nominibus, ut fieret expediens, ad octavum diem earumdem quindenarum domino nostro regi fideliter rescriberet conventus Simigiensis antedictus. Tandem nobis in octavis festi Penthecostes unacum prelatis baronibus et regni nobilibus in sede nostra iudiciaria sedentibus, Stephanus filius dicti Georgii filii Nicolai pro eodem Georgio cum procuratoriis literis dicti conventus Zaladiensis ab una, item Nicolaus filius Petri de Sandorhaza pro prefato Johanne filio Nicolai cum procuratoriis literis eiusdem conventus parte ab altera ad nostram venientes presenciam, literas dicti conventus Simigiensis memorialiter confectas nobis presentarunt, in quibus inter cetera per ipsas partes execucionem premissorum a dictis quindenis festi beati Georgii martiris ad dictas octavas festi Penthecostes prorogatam fuisse comperimus seriose. Quibus quidem literis exhibitis, cum nos partes inter easdem in premissis iusticie facere voluissemus complementum, mox iidem procuratores parcium predictarum easdem in premissis ad pacis et concordie unionem per nos transmitti postularunt devota cum instancia; quas cum nos ad ipsius pacis et concordie transmisissemus unionem, tandem idem Stephanus filius Georgii, item annotatus Nicolaus filius Petri ad nostram regressi presenciam, idem Nicolaus filius Petri in persona prefati Johannis filii Nicolai confessus extitit viva voce, quod quia idem Johannes filius Nicolai undique asculando agnovisset, ut ipse non frater patruelis ipsius Jacobi sed filius filie eiusdem Jacobi dicti Orothlan existeret, in

ipsisque possessionibus ipsius Jacobi nullum ius preter quartam puellarem domine matris sue habere dinosceretur, ideo ipse Johannes premisse liti et accioni sue renunciando, premissam possessionem Velgwngh vocatam cum omnibus suis utilitatibus et pertinenciis universis, annotato Georgio filio Nicolai suisque successoribus universis secundum premissam regiam collacionem remisisset et resignasset, imo prefatus Nicolaus vigore procuratorio premisso remisit et resignavit coram nobis perpetuo et irrevocabiliter possidendam tenendam pariter et habendam. In cuius rei memoriam firmitatemque perpetuam, presentes eidem Georgio concessimus literas nostras privilegiales pendentis sigilli nostri autentici munimine roboratas. Datum in Vissegrad, duodecimo die octavarum festi Penthecostes predictarum, anno domini Millesimo trecentesimo septuagesimo sexto.

Hártyán, zöld és vörös sodrott selymen függő pecséttel; kivűl XV. századi írással: Welgung sive Jakabfalva. Eredetije a Rajky cs. ltárában. Közölve Kammerer Ernő másolatából.

43. *Szepesi Jakab országbiró a veszprémi káptalan ellenében bizonyos ábrahámi birtokrészt Ábrahámi Mihály deáknak itél. Visegrád. 1376. oct. 21.*

Nos comes Jacobus de Scepus iudex curie et universarum civitatum serenissimi et magnifici principis domini Lodovici dei gracia regis Hungarie, Polonie, Dalmacie etc. memorie commendantes tenore presencium significamus quibus expedit universis, quod nobis in quindenis festi beati regis Stephani proxime preteritis, unacum regni nobilibus in sede nostra iudiciaria sedentibus, causalesque processus quorumlibet nostri in presencia litigancium iusto iuris tramite dimecientibus, Michael literatus filius Thome de Abraam personaliter ad nostram veniendo presenciam, quasdam sex literas, tres conventus Zaladiensis citatorias pariter et recaptivatorias, domino nostro regi ad suum regium mandatum ac ad nostram amicabilem literatoriam peticionem rescriptas, tenoresque literarum suarum regalium et nostrarum eidem conventui directarum verbaliter in se habentes,

ac tres nostras iudiciales, necnon quoddam par literarum nostrarum prorogatoriarum, omnino anno in presenti in diversis terminis confectas et emanatum, nostro iudiciario examini curarat exhibere, nos edocentes, quod cum primo et principaliter idem Michael acceptis Gregorio filio Valentini de Sarusd regio, et fratre Johanne dicti conventus Zaladiensis hominibus, feria sexta proxima ante festum beati Gregorii pape proxime preteritum, ad faciem cuiusdam sessionis seu porcionis possessionarie condam Petri filii Michaelis de Abraam in eadem Abraam habite in comitatu Zaladiensi existentis, ut dictum fuisset hominis absque heredum solacio defuncti sibi per regiam maiestatem collate, vicinis et commetaneis suis universis inibi legitime convocatis et presentibus accedendo, eandem nomine sui iuris legitime recaptivando per eosdem regium et predicti conventus homines perpetuo possidendam cum omnibus suis utilitatibus et pertinenciis quibuslibet sibi statui facere voluisset, Gallus filius Nicolai de Wrs in persona Petri filii Nicolai de Toty inibi adherendo, ipsi statucioni annotato Michaeli fiende, contradiccionis velamine obviasset, qui quidem Petrus ibidem in facie dicte possessionis seu porcionis possessionarie per eosdem regium et pretacti conventus homines contra prelibatum Michaelem ad octavas diei medii Quadragesime tunc venturi regiam in presenciam racionem contradiccionis sue redditurus citatus extitisset, ad quas quidem octavas idem Petrus filius Nicolai per ipsum Michaelem legitimis diebus octavarum earumdem coram nobis expectatus, nostram in presenciam non venisset nec misisset, se mediantibus dictis literis nostris iudicialibus in iudicio convinci permittendo; et cum tandem vice secundaria prelibatus Michael receptis Gregorio filio Valentini regio, et Paulo sacerdote prenotati conventus Zaladiensis hominibus, feria secunda proxima post octavas festi Pasche domini de novo elapsi ad faciem prelibate sessionis seu porcionis possessionarie, vicinis et commetaneis eiusdem universis inibi legitime convocatis et presentibus accessisset, et eandem nomine sui iuris legitime recaptivando per eosdem regium et memorati conventus homines iure sibi attinenti perpetuo possidendam sibi statui

facere voluisset, nobilis domina consors Johannis filii Colomani de eadem Abraam inibi personaliter adherendo, in sua ac predicti Johannis mariti necnon Petri et Damiani filiorum suorum personis, predicte statucioni contradixisset, quos quidem nobilem dominam et Johannem ac filios suos iidem regius et sepedicti conventus homines ibidem in die et loco prenotatis, contra predictum Michaelem ad quindenas predicte ferie secunde in regie maiestatis presenciam citavissent racionem contradiccionis ipsorum reddituros; ad quas quidem quindenas prescripte ferie secunde, prenotati nobilis domina consors Johannis filii Colomani et iidem Johannes Petrus et Damianus filii sui per ipsum Michaelem congruis diebus termini predicti coram nobis expectati, nostram in presenciam non venissent nec misissent, sed se mediantibus dictis literis nostris iudicialibus in iudiciis aggravari permisissent de . . . . . vice terciaria idem Michael adiunctis sibi Egidio filio Nicolai regio, et Paulo sacerdote eiusdem conventus hominibus, feria secunda proxima post festum beatorum Petri et Pauli apostolorum similiter proxime preteritum ad faciem memorate possessionis seu porcionis possessionarie, vicinorum et commetaneorum suorum (universorum) convocacionibus factis et presentibus accessisset, eandemque nomine sui iuris legitime recaptivando per eosdem regium et dicti conventus homines cum omnibus suis utilitatibus perpetuo possidendam sibi statui facere voluisset, Petrus filius Michaelis iobagio capituli ecclesie Wesprimiensis in persona ipsius capituli eidem statucioni contradixisset. quod quidem capitulum iidem regius et preallegati conventus homines die et loco in predictis contra ipsum Michaelem ad quindenas octavarum festi nativitatis beati Johannis Baptiste tunc venturi racionem contradiccionis sue redditurum regiam in presenciam citassent; a quibus quidem quindenis ipsa causa inter eundem Michaelem ac idem capitulum racione prioritatis termini iuxta seriem dictarum literarum nostrarum prorogatoriarum ad octavas dicti festi beati regis Stephani extitisset prorogata, ad quas quidem octavas festi beati regis Stephani, idem capitulum per ipsum Michaelem congruis diebus ipsarum octavarum coram

nobis expectatum, nostram in presenciam non venisset nec misisset, se mediantibus predictis literis nostris iudicialibus in iudicio aggravari permittendo; dehinc prefatus Michael volens dictam sessionem seu porcionem possessionariam sibi pertinere debere comprobare, quasdam literas dicti domini nostri regis Lodovici maiori sub sigillo consignatas, hic in Visegrad, secundo die festi beati Mathie apostoli proxime preteriti emanatas, nobis presentarat, in quibus prefatam sessionem seu porcionem possessionariam condam Petri filii Michaelis de Abraam in eadem Abraam in comitatu Zaladiensi existentem, ut dictum fuisset hominis sine herede decessi, per ipsum dominum nostrum regem pro fidelibus serviciis eiusdem Michaelis cum omnibus suis utilitatibus et pertinenciis quibuslibet ad eandem spectantibus eidem Michaeli, item Colomano Georgio Michaeli et Dominico fratribus suis ac Andree literato filio Mathei civi Zagrabiensi perpetuo datam et collatam fuisse comperimus seriose. Quibus quidem literis exhibitis et tenoribus earumdem perlectis et intellectis, prefatus Michael sibi in premissis per nos iuris equitatem pecierat impertiri, verum quia prefatus Michael prelibatam sessionem seu porcionem possessionariam condam dicti Petri per eosdem regios et prenominati conventus Zaladiensis homines nomine sui iuris tribus vicibus legitime recaptivando sibi statui facere voluisse, eisdemque trinariis recaptivacionibus et statucionibus nullis aliis contradicentibus, primo predicti Petrus filius Nicolai, secundo autem nobilis domina consors Johannis filii Colomani ac idem Johannes necnon Petrus et Damianus filii eiusdem, tercio siquidem capitulum ecclesie Wesprimiensis eidem possessionarie statucioni ipsi actori fiende ut predicitur contradiccionem fecisse, iidemque ad reddendam contradiccionis eorum racionem regiam in presenciam legitime citati nostram in presenciam ad neutrum eorumdem trium terminorum eis iuridice assignatorum venire vel mittere curasse, sed se in quolibet eorumdem trium terminorum eis iuridice assignatorum in iudiciis aggravari commisisse, ex seriebus premissarum literarum reperiebantur, consvetudinaria vero lege regni requirente quicunque in facto alicuius iuris possessionarii trinaria vice

recaptivati contradiccionem fecerint, et iidem ob ipsam eorum contradictoriam inhibicionem legitime citati ad tres terminos eis iuridice assignatos in presenciam eorum iudicis ordinarii venire vel mittere recusaverint, et se in ipsis tribus terminis in iudiciis aggravari permiserint, amplius huiusmodi possessionarie statucioni non valent obviare, sed requisitorum eorumdem iurium possessionariorum contradiccione eorumdem inhibitorum et aliorum quorumlibet non obstante in dominium eorumdem statui debent atque introduci, pro eo amiciciam sepedicti conventus Zaladiensis literatorie pecieramus diligenter, quatenus ipsorum mitterent hominem pro testimonio fidedignum, quo presente homo regius infradenotandus ad faciem dicte sessionis seu porcionis possessionarie condam dicti Petri, vicinis et commetaneis eiusdem inibi legitime convocatis et presentibus accedendo, statueret ipsam prelibato Michaeli cum omnibus suis utilitatibus et pertinenciis universis, eo iure quo ad ipsum dinosceretur pertinere perpetuo possidendam, contradiccione dictorum Petri filii Nicolai, nobilis domine consortis Johannis filii Colomani et eiusdem Johannis necnon Petri et Damiani filiorum eiusdem, ac capituli ecclesie Wesprimiensis et aliorum quorumlibet, eo quod . . . . . predicte recaptivacionis nullius alterius preter dictorum Petri filii Nicolai, nobilis domine consortis Johannis, ac eiusdem Johannis necnon Petri et Damiani filiorum eiusdem, ac capituli ecclesie Wesprimiensis contradiccio obviarat, obviari non valente; si autem aliqui alii exceptis prefatis Petro filio Nicolai, nobili domina consorte Johannis ac eodem Johanne neenon Petro et Damiano filiis eiusdem, ac capitulo Wesprimiensi, se aliquod ius in eadem sessione seu porcione possessionaria habere sperarent, facta ipsa statucione, dum vellent exequerentur a Michaele prenotato ordine iuris observato; et post hec ipsius possessionarie statucionis seriem ad octavas festi beati Michaelis archangeli tunc venturi domino nostro regi fideliter rescriberet conventus prenotatus. Tandem ipsis octavis festi beati Michaelis archangeli instantibus, prefatus Michael literatus personaliter nostrum iudiciarium adiens conspectum, (literas) prenotati conventus super premissis domino nostro regi rescripciona-

les nobis presentavit, hunc tenorem continentes: Excellentissimo principi domino eorum domino Lodovico dei gracia inclito regi Hungarie Polonie Dalmacie etc. conventus monasterii beati Adriani (martiris de Zala) oraciones in domino debitas assiduas ac devotas. Literis viri magnifici comitis Jacobi de Scepus iudicis curie vestre sublimitatis, modum et formam sue iudiciarie disposicionis in se exprimentibus nobis directis honore receptis, iuxta earumdem continenciam . . . . . homine vestre serenitatis in eisdem literis dicti iudicis curie vestre inter alios nominatim conscripto, nostrum hominem, videlicet religiosum virum fratrem Simonem sacerdotem unum ex nobis ad infrascripta peragenda nostro pro testimonio duximus transmittendum, qui demum ad nos (reversi, nobis concor)diter retulerunt, quod idem homo vestre maiestatis presente prescripto nostro testimonio, feria tercia proxima post festum beati Mathei apostoli et evangeliste proxime preterita elapsum, ad faciem cuiusdam sessionis seu possessionarie porcionis condam Petri filii Michaelis de Abraam in ea(dem Abraam existentis), vicinis et commetaneis eiusdem inibi legitime convocatis et presentibus accedendo, ipsam magistro Michaeli literato cum omnibus suis utilitatibus et pertinenciis universis, eo iure quo sibi dinoscitur pertinere, perpetuo possidendam statuisset, nullo penitus inibi contradictore apparente . . . . . diei statucionis prenotate, anno domini Millesimo CCC° septuagesimo sexto. Nos igitur ex serie dictarum literarum dicti conventus Zaladiensis rescripcionalium, prefatam sessionem seu possessionariam porcionem ipsius condam Petri in dicta Abraam habitam . . . . . iudiciariam commissionem statutam fuisse agnoscentes, eandem sessionem seu possessionariam porcionem cum omnibus suis utilitatibus et pertinenciis universis eidem (magistro) Michaeli et suis fratribus eorumque heredibus et successoribus universis necnon predicto Andree literato eo iure . . . . . collacionis dinoscitur pertinere relinquimus et . . . . . perpetuum possidere tenere pariter et habere, salvo iure alieno. In cuius rei memoriam firmitatemque perpetuam, presentes eisdem Michaeli literato ac suis fratribus necnon

Andree literato concessimus literas . . . . . pendentis sigilli nostri autentici munimine roboratas. Datum in Wissegrad, sedecimo die octavarum festi beati Michaelis archangeli predictarum; anno domini Millesimo CCC° septuagesimo sexto prenotato.

Eredetije hártyán, a veszprémi káptalan ltárában, Capsula II. «Ábrahám» csomagban őriztetik; a pecsét hiányzik. Véghely D.

44. *I. Lajos király Hahóti János leányát Annát, János esztergomi érsek unokaöcscsének Miklósnak jegyesét, Szerdahely, Dezych, Gutorfölde és Kisfalud nevű birtokokban praeficiálja. 1377. mart. 13.*

Lodovicus dei gracia Hungarie Polonie Dalmacie Croacie Rame Seruie Gallicie Lodomerie Comanie Bulgarieque rex, princeps Sallernitanus et honoris (ac) montis Sancti Angeli dominus, omnibus Christi fidelibus tam presentibus quam futuris, noticiam presencium habituris, salutem in omnium salvatore. Regum requirit celsitudo e't sublimium convenit dignitati, fidelia fidelium suorum subditorum obsequia ubertatis gracia fecundare et eorum animum ex promto promtiorem efficere digne retribucionis cum favore, ut eo viro alii ad fidelitatis opera exercenda fervencius invitentur. Proinde ad universorum noticiam harum serie volumus pervenire, quod nos sicut orphaneitati nobilis puelle Anna vocate filie condam Johannis filii Michaelis de Haholth nobilis comitatus Zaladiensis hominis sine heredibus sexus masculini decessi, ex regia liberalitate et innata cordi nostro pietate misericorditer compacientes, haud non minus pensatis et recensitis fidelitatibus et fidelium obsequiorum preclaris sinceris et laudum preconis attollendis meritis reverendissimi in Christo patris domini Johannis de Placencia premissa et apostolica gracia archiepiscopi ecclesie Strigoniensis locique eiusdem comitis perpetui, fidelis nobis et dilecti, quibus idem in cunctis nostris et regni nostri negociis prosperis pariter et adversis, virtute eximia, sollicitudine indefessa, agilitate strennua et laudabilium operum iugi adieccione, pro nostri regii regiminis et honoris incremento, non parcens rebus nec persone, eo fideliter quo ferventer nostre studuit com-

placere maiestati, et se reddere coram nostris regiis obtutibus graciosum et acceptum, adeo ut in eius obsequiosis virtutibus et sinceris complacenciis noster regius animus mitissime conquievit, ad eiusdem domini archiepiscopi intercessibilem supplicacionem et devotam instanciam pretactam nobilem puellam Anna nuncupatam, orphanam et parentum solacio exorbatam, bone indolis iuveni Nicolao filio magistri Raphaelis fratris dicti domini archiepiscopi uterini matrimoniali federe nubendam, cui iure divino atque positivo tota hereditas debetur paterna, in universis possessionibus et possessionariis iuribus pretacti Johannis filii Michaelis patris sui, hominis ut prefertur absque heredibus masculinis de medio sublati, ubilibet intra ambitum regni nostri habitis et quibusvis nominibus vocitatis, eundem Johannem patrem suum quovis iuris titulo tangentibus, et signanter in possessionibus eiusdem patris sui Haholth predicta, Zeredahel, Dezych, Gotorfeulde et Kysfalud vocatis et pertinenciis earumdem universis in dicto comitatu Zaladiensi et ceteris regni nostri comitatibus ac districtibus existentibus, de regie nobilitatis clemencia et gracia speciali, in verum heredem et legitimum successorem, veluti filium eiusdem Johannis instituimus creavimus et prefecimus, imo institimus creamus et preficimus, in his scriptis ex regie potestatis plenitudine sanccientes, ut ipsa nobilis puella Anna vocata in pretactis possessionibus et possessionariis porcionibus paternis sicuti filius et verus heres, ex presentis nostre graciose prefectionis prerogativa succedat pleno iure, dicteque possessiones et possessionaria iura paterna ipsi nobili puelle et eius heredibus in perpetuam ascribantur hereditatem, consvetudinaria lege regni nostri, que huic iuri et gracie nostre repugnare videretur, obstare non valente in hac parte; nihilominus ex habundanti gracia et regie nobilitatis circumspecta providencia annuimus et concessimus, ut in eo casu quo prefatam nobilem puellam ante consummacionem dicti matrimonii vel post, absque heredibus rebus eximi contingat ab humanis, quod absit, extunc pretacte possessiones et quelibet possessionaria iura eiusdem Johannis patris sui, in ius et proprietatem prelibati Nicolai domini et mariti sui et Johannis

fratris sui, filiorum dicti magistri Raphaelis ac heredum eorumdem, ex presentis nostre concessionis annuencia noveque nostre donacionis titulo, pleno iure devolvantur et devolvi debeant, iure perpetuo et irrevocabiliter per ipsos et eorum heredes possidenda pariter et habenda, contradiccion e fratrum, propinquorum et consangvineorum eiusdem nobilis puelle obstare non valente. In cuius rei memoriam firmitatemque perpetuam, presentes concessimus literas nostras privilegiales pendentis et autentici sigilli nostri novi duplicis munimine roboratas. Datum per manus venerabilis in Christo patris domini Demetrii episcopi Zagrabiensis et aule nostre summi cancellarii, dilecti nobis et fidelis, anno domini Millesimo trecentesimo septuagesimo septimo, tercio idus mensis Marci, regni autem nostri anno tricesimo sexto; venerabilibus in Christo patribus et dominis eodem domino Johanne Strigoniensi, fratre Stephano Colocensi sacre pagine magistro, Vgulino Spalatensi et Vgone Raugusiensi ac Petro Jadrensi archiepiscopis; Michaele Agriensi, Valentino Quinqueecclesiensi decretorum doctore, Ladislao Wesprimiensi, p . . . . . o nostro, Petro Jauriensi, Gublino Transsilvaniensi, Enrico Waradiensi, Dominico Boznensi, et altero Dominico Nitriensi, fratribus Petro Wachiensi, Johanne Sirmiensi, Paulo Tininiensi, Demetrio Nonensi, Crisogono Traugurіensi, Matheo Sibinicensi, Stephano Farensi, Jacobo Macariensi, Thoma Corbaviensi, Portiva Seniensi ecclesiarum episcopis, ecclesias dei feliciter gubernantibus, Chanadiensi sede vacante; magnificis viris Nicolao de Gara regni Hungarie palatino et iudice comanorum, Ladizlao voivoda Transsilvano, comite Jacobo de Scepus iudice curie et universarum civitatum nostrarum, Nicolao de Zeech Croacie, Petro Zudor tocius regni Sclavonie et Johanne de Machou banis, Georgio Zudor pincernarum, Michaele similiter Zudor ianitorum, Paulo de Lyzko dapiferorum, Stephano agazonum nostrorum magistris, ac eodem domino palatino comite Posoniensi, aliisque quampluribus comitatus regni nostri tenentibus et honores.

Hártyán, függő pecsétje hiányzik; eredetije a N. Muzeumban. Közölve Mándy Lajos másolatából.

45. *I. Lajos király az alispánt és a szolgabírákat, azért mert Eörsi Tiba fiát Mihályt birtokából kihelyeztek, a veszprémi káptalan által maga elé idézteti. Visegrád, 1377. aug. 28.*

Lodovicus dei gracia rex Hungarie Polonie Dalmacie etc. fidelibus suis capitulo ecclesie Wesprimiensis salutem et graciam. Ad querimoniam Michaelis filii Tiba de Wrs pridem per eundem nobis porrectam, Georgio vicecomiti et iudicibus nobilium comitatus Zaladiensis alias literas nostras pro eodem Michaele loquentes direxeramus hunc tenorem continentes: Lodovicus dei gracia rex Hungarie Polonie Dalmacie etc. fidelibus suis Georgio vicecomiti et iudicibus nobilium comitatus Zaladiensis salutem et graciam. Conqueritur nobis Michael filius Tyba de Wrs, quod vos pridem ex induccione Ladislai de dicta Wrs ad porcionem suam possessionariam veniendo, eandem depredassetis, et omnia bona sua et iobagionum suorum abstulissetis et asportassetis, ipsumque de porcione sua possessionaria in dicta Wrs habita licenciassetis, omni sine lege atque sua culpa nulla exigente; super quo fidelitati vestre damus in mandatis, quatenus statim visis presentibus, omnia premissa indebite ablata, cessante occasione et dilacione, eidem Michaeli reddatis et restituatis sine damno atque mora, et ipsum in predicta porcione sua possessionaria pacificum permittatis stare et quietum; et insuper vos Georgius vicecomes et vos Stephanus rufus iudex nobilium in nostram veniatis presenciam, racionem de premissis reddituri, ipsum Ladislaum filium Stephani in expedicione vestri vobiscum conducentes, committendo eidem Ladislao et aliis, ut si quid habent agere contra Michaelem prenotatum, id iuridice prosequantur, aliud igitur non facturi. Datum in Diosgeur, in festo Corporis Christi, anno eiusdem M° CCC° LXX° septimo. Quasquidem alias literas nostras iidem Georgius vicecomes et iudices nobilium predicti comitatus, sicut ex querimonia prescripti Michaelis nobis de novo porrecta agnovimus, parum pendendo, mandata nostra in iamdictis aliis nostris literis contenta ausu temerario observare recusarunt. Quare fidelitati vestre firmiter precipiendo mandamus, quatenus vestrum

mittatis hominem pro testimonio fidedignum, quo presente Mauricius filius Bakou vel Emricus filius Michaelis aut Dominicus filius Thome de Jutas, sive Michael filius Iwan de Sary aliis absentibus, homo noster, scita premissorum mera veritate, si ita invenerit ut nobis dicitur, extunc evocet prescriptos Georgium vicecomitem et iudices nobilium prelibati comitatus Zaladiensis contra memoratum Michaelem in nostram presenciam ad terminum competentem, racionem premissorum reddituros, committatque nihilominus eisdem ut ipsi predictum Michaelem iuxta seriem et continenciam prescriptarum aliarum nostrarum literarum in suis iuribus pacificum stare permittant et quietum; et posthec premissorum seriem cum nominibus evocatorum et termino assignato nobis fideliter rescribatis. Datum in Wissegrad, in festo beati Augustini confessoris, anno domini M° CCC° LXX° septimo.

A lezáró királyi pecsét helyén: Commissio domine regine ex deliberacione baronum. Kivűl rávezetve: Homo regius Dominicus filius Thome de Jutas, homo noster Thomas presbiter rector altaris sancte Affre; inquisicio facta est in comitatu Zaladiensi feria quarta proxima post festum Nativitatis virginis gloriose; evocacio facta est die in eodem in sede iudiciaria in Tapolcha, Stephanum rufum in porcione sua possessionaria in Halap ad octavas festi beati Martini confessoris. Eredetije a veszprémi káptalan országos ltárában E. csomagban. Véghely D. DF 223 891

46. *Szepesi Jakab országbíró a zalavári conventet, Hetés nevű birtokban leendő bizonyos osztály megtételére kiküldi. Visegrád, 1378. máj. 23.*

Conventui ecclesie Zaladiensis comes Jacobus de Scepws iudex civium universarum civitatum domini Lodovici regis Hungarie. Noveritis, quod Nicolaus filius Georgii de Hetys personaliter iuxta continenciam literarum vestrarum citatoriarum pariter et introductoriarum, octavo die octavarum festi beati Georgii martiris in figura nostri iudicii comparendo, contra Petrum filium Bartholomei de eadem Hetys easdem literas vestras citatorias domino nostro regi ad suum regium literatorium preceptum rescriptas, tenoremque lite-

rarum regalium vobis directarum verbaliter in se habenctes, asserens accionem et proposicionem suam literis contineri in eisdem, nobis presentavit declarantes, quod cum idem Nicolaus filius Georgii acceptis Sebastiano filio Bok regio et domino Martino sacerdote capellano vestro hominibus, feria quinta proxima post festum Pasche domini proxime preteritum ad faciem possessionis Hetys, vicinis et commetaneis suis legitime convocatis et presentibus accedendo, se in dominium cuiusdam porcionis possessionarie in eadem Hetys habite introduci, et eandem sibi per eosdem regium et vestrum homines eo iure quo ei dinosceretur pertinere, perpetuo possidendam statui facere voluisset, inter alios prefatus Petrus filius Bartholomei premisse possessionarie statucioni contradixisset, quem ipsi regius et vester, eodem die contra ipsum Nicolaum in regie serenitatis presenciam ad dictas octavas festi beati Georgii tunc venturas citavissent; dehinc adhuc idem Nicolaus filius Georgii quasdam literas unam conventus monasterii de Kapornuk privilegialem, et aliam domini nostri regis patentem nobis presentavit, in quarum prima videlicet ipsius conventus de Kapornuk privilegiali litera, anno domini Millesimo trecentesimo vigesimo nono, feria quinta proxima post festum Purificacionis beate virginis emanatarum habentur, quod Paulus filius Bartholomei nobilis de Hetys ab una parte, item Georgius magnus gener eiusdem ab altera coram ipso conventu personaliter constituti, idem Paulus terciam partem possessionis sue in eadem Hetys existentis, in locis sessionalibus, terris arabilibus, campestris *(így)* silvis, pratis, vineis ac aliis universis utilitatibus, confessus fuisset dedisse et contulisse cum domina Ilina sorore sua uterina predicto Georgio genero heredum per heredes de eadem domina Iluna procreatis perpetuo possidendam; cui donacioni contractui matrimonii Stephanus et Fintha filii Pangracii, Nicolaus filius Karachon, Barla filius Martini, Paulus et Petrus filii Johannis, Thomas frater Luca, Blasius filius Ladislai, Blasius Andree, Matheus filius Pauli, Paulus Petrus et Nicolaus filii Anthelenis, Ladislaus et Stephanus filii Demetrii ac Nicolaus filius Gywla generaciones et proximi eiusdem personaliter coram eodem

conventu comparendo, consensum permissionis perhibuissent pariter et assensum, hoc non pretermisso, quod si prefatus Paulus heredum solacio carens de hoc seculo decederet, extunc sua possessio vel porcio predicto Georgio remaneret possidenda, sic et e converso si Georgio predicto similiter contingeret, extunc ipsa tercia pars cum predicta domina Iluna uxore sua tradita predicto Paulo devolveretur possidenda. Secunda vero earumdem videlicet ipsius domini Lodovici regis patens litera cum maiori sigillo suo consignata, Bude, tercio die festi Purificacionis beate virginis proxime preteriti confecta, predictas literas ipsius conventus de Kapornuk de verbo ad verbum confirmative in se habens denotabat, quod idem dominus noster rex predictas literas ipsius conventus de Kapornuk privilegiales ratas habendo, mediantibus premissis suis literis pro eodem Nicolao et suis heredibus in perpetuum valere confirmasset ac eundem Nicolaum et suos universos heredes in eadem tercia parte prefate possessionis dicti condam Pauli in eadem Hetys habita mera sua regia auctoritate nobilitasset, eandem sibi et suis heredibus salvo iure alieno in perpetuam ascribendo hereditatem. Quibus quidem literis exhibitis, prefatus Nicolaus filius Georgii racionem premisse contradictorie inhibicionis assignari postulavit per Petrum supradictum; quo audito idem Petrus filius Bartholomei personaliter exurgendo respondit ex adverso, quod ipse tempore premisse possessionarie statucionis pro eo fecisset prohibicionem prenotatam, quia dictus Nicolaus filius Georgii de eadem porcione possessionaria plus quam habere deberet sibi statui facere voluisset, et ibidem quasdam literas domini Ladislai ducis Opulie regni Hungarie palatini, duodecimo die congregacionis sue generalis universitati nobilium comitatus Zaladiensis in anno domini Millesimo trecentesimo sexagesimo octavo feria secunda videlicet in octavis festi beati Georgii martiris prope villam Mandhyda celebrate patenter emanatas nobis curavit exhibere, in quibus expresse habebatur, quod Nicolaus filius Georgii de Hetys in eadem congregacione de medio aliorum exurgendo proposuisset eo modo, quod porcio possessionaria condam Pauli filii Bartholomei de dicta Hetys sibi vigore

instrumentali pertineret, in cuius dominio prefatus Georgius pater suus et per consequens ipse a multis temporibus retroactis permansissent, quam Johannes filius Beke et Jacobus filii Nicolai filii Karachon, Petrus filius Bartholomei filii Sampsonis, Fabianus filius Nicolai filii Salamonis, Ladislaus filius Demetrii, Johannes filius suus et Michael filius Stephani filii dicti Demetrii nobiles de dicta Hetys occupando conservarent, cuius occupacionis racionem scire voluisset ab eisdem; quo percepto prenotati nobiles de Hetys personaliter exurgendo respondissent ex adverso, quod ipsi nullam porcionem possessionariam prefati Nicolai occupassent nec occupatam detinerent, sed ipsa possessio Hetys ipsis ab avo et prothavo ipsorum iure hereditario devoluta extitisset et eandem titulo iuris hereditarii possedissent et possiderent; in quorum contrarium prefatus Nicolaus filius Georgii predictas literas conventus de Kapornok privilegiales in superioribus sensualiter conscriptas eidem domino palatino presentasset. Quarum literarum exhibicionibus factis, prefati Fabianus filius Nicolai filii Salamonis ac Petrus filius Bartholomei filii Sampsonis in contrarium premissarum literarum privilegialium allegassent eo modo, quod licet prefati nobiles homines generacionis ipsorum premisse donacioni possessionarie per prefatum Paulum filium Bartholomei predicto Georgio genero suo simulcum domina Iluna sorore sua facte consensum prebuissent, tamen nec ipsi nec dicti patres eorum premisse possessionarie donacioni consensum adhibuissent, ex eoque eadem porcio possessionaria ad ipsos tanquam veros successores eiusdem Pauli filii Bartholomei de iure et de regni consvetudine devoluta extitisset. Quibus omnibus premissis presentatis, idem dominus palatinus unacum vicecomite, iudicibus nobilium dicti comitatus ac iuratis assessoribus, eandem porcionem possessionariam prenotati Pauli filii Bartholomei in predicta Hetys habitam cum premissis utilitatibus eiusdem, prenotatis Petro filio Bartholomei et Fabiano filio Nicolai eo iure quo ipsis predictis racionabilibus cautelis dinosceretur pertinere, adiudicasset et commisisset perpetuo possidendam, salva tamen quarta parte eiusdem porcionis possessionarie prenotato Nicolao filio

Georgii, racione iuris quartalis domine matris eiusdem in eadem remanente. Quarum quidem literarum exhibicionibus factis ac visis et perlectis continenciis earumdem, partibusque predictis eisdem in premissis iudicium impertiri postulantibus, licet prenominatus Paulus filius Bartholomei terciam partem porcionis sue possessionarie prescripto Georgio genero suo cum domina Iluna consorte eiusdem sorore videlicet sua, consenciendo predictis nobilibus proximis et generacionibus suis in perpetuum contulerit, et eandem predictus dominus noster rex dictas literas privilegiales ratas habendo et mediantibus premissis suis literis patentibus confirmando, ipsum Nicolaum filium Georgii in eadem tercia parte annotate porcionis possessionarie condam dicti Pauli mera sua regia auctoritate eandem sibi et suis heredibus in perpetuam ascribendo hereditatem nobilitavit, tamen quia prenominatus Nicolaus filius dicti Georgii annotatam terciam partem predicte porcionis possessionarie dicti Pauli filii Bartholomei coram dicto domino palatino a predictis Petro filio Bartholomei et Fabiano filio Nicolai ac ab aliis dictis nobilibus vigore dictarum literarum ipsius conventus de Kapornuk donacionem dicte tercie partis ipsius porcionis possessionarie predicti Pauli filii Bartholomei factam modo premisso exprimencium acquisivisse, ac idem dominus palatinus tres partes predicte porcionis possessionarie dictis Petro et Fabiano, ac quartam partem eiusdem prenotato Nicolao filio Georgii nomine iuris quartalis domine matris sue, ex causis premissis de iure attinere debere decernendo, easdem tres partes prelibatis Fabiano et Petro, necnon dictam quartam partem ipsi Nicolao filio Georgii in perpetuum adiudicasse ex prescriptis apparebat, nunc vero idem Nicolaus ipsam terciam partem dicte porcionis possessionarie condam prefati Pauli integraliter acquirere intendebat, pro eo unacum nobilibus regni in sede nostra iudiciaria adiudicantibus pensataque serie cause prenominate, licet prenominatus, Nicolaus pro premissa aquisicione ipsius totalis porcionis possessionarie de iure onerari debuerit, tamen iuris vigorem lenitate misericordie temperando, paupertati eciam eiusdem Nicolai compacientes, consencientesque insu-

per prescripto Petro filio Bartholomei ipsum onus in quod de iure incidi poterat eidem misericorditer relaxantes, dictas tres partes prelibate porcionis possessionarie prefato Petro filio Bartholomei, necnon quartam partem eiusdem dicto Nicolao filio Georgii ex causis premissis de iure pertinere debere agnoscentes, ipsamque quartam partem dicto Nicolao modo subscripto extradari committentes, vestram amiciciam presentibus petimus diligenter, quatenus vestros detis homines utrisque partibus pro testimoniis fidedignos, quibus presentibus Nicolaus vel Johannes filii Georgii de Kewkenus pro parte ipsius Nicolai actoris, item Johannes de Sagwd vel Petrus filius Tiwam aut Johannes dictus Wrdwg de Kyralhyda sin Georgius filius Nemes seu Nicolaus filius Myke pro parte ipsius in causam attracti aliis absentibus homines regii, in octavis festi nativitatis beati Johannis Baptiste proxime venturis et aliis diebus ad id aptis, ad faciem predicte porcionis possessionarie condam dicti Pauli filii Bartholomei, vicinis et commetaneis suis legitime convocatis et partibus vel earum legitimis procuratoribus presentibus accedendo, eandem cum universis suis utilitatibus et pertinenciis universis in quatuor partes dividant rectas et condecentes, cuius rectam quartam partem ex una parte et in uno ambitu si fieri potest, si vero fieri non posset, extunc in tot locis in quot fieri potest, ab aliis suis partibus metaliter sequestratam, dictis aliis tribus partibus eiusdem porcionis possessionarie ipsius Pauli, ipsi Nicolao filio Georgii, cum his quibus congruit derelictis et commissis, statuant et committant in perpetuum possidendam tenendam et habendam, contradiccione ipsarum parcium et aliorum quorumlibet non obstante; et post hec ipsius possessionarie divisionis et statucionis seriem ut fuerit expediens, ad octavas festi beati Michaelis archangeli similiter nunc affuturi domino nostro regi fideliter rescribatis. Datum in Wissegrad, sedecimo die termini prenotati, anno domini Millesimo trecentesimo septuagesimo octavo.

Guthi Ország Mihály nádornak 1470. jun. 3-kán Hetési Pethe Balázs kérelmére kibocsátott átiratából, melynek eredetije megvan az Orsz. Ltárban, N. R. A. 1601. 28. dipl. oszt. 2529. Közölve Kovács Nándor másolatából.

47. *Az alispánnak és a szolgabíráknak bizonyságlevele, Bwgen nevű Zala vármegyei birtokon elkövetett hatalmaskodásról. 1378. sept. 8.*

Nos magister Oliverus filius Petri de Sagud vicecomes et iudices nobilium comitatus Zaladiensis damus pro memoria, quod cum nos ad instantem peticionem nobilis domine Elizabet vocate filie Dionisii filii Blasii de Bwgen, nec non Petri et Benedicti filiorum suorum ab eadem domina procreatorum per ipsos nobis porrectam, nostrum hominem videlicet nobilem virum Johannem filium Nicolai de Rayk, unum ex nobis iudicibus nobilium, ad infrascriptam inquisicionem faciendam nostro pro testimonio duxissemus destinandum, qui demum ad nos exinde rediens nobis retulit eo modo, ut ipse feria sexta proxima post festum beati Egidii abbatis et confessoris proxime preterita elapsum, ab omnibus quibus decuisset et licuisset, nobilibus videlicet et ignobilibus, comprovincialibus comitatus Zaladiensis hominibus, palam clam et occulte diligenter investigando, sicut scire potuisset, talem de subscriptis scivisset veritatem, quod Baldon filius Cheneu de Bwgen et Georgius filius suus in dicto festo beati Egidii confessoris similiter proxime preterito, ad domum predictorum domine Elizabet et filiorum suorum in eadem Bwgen habitam potencialiter veniendo, ipsos nobilem dominam et filios suos de eadem domo ipsorum exclusissent et expulissent, et in eadem condescendissent moraturi, et tunc in ipsa domo ipsos Baldon et Georgium filium suum unacum ad se pertinentibus hominibus residere fidevidisset oculata. Datum sexto die diei inquisicionis prenotate, anno domini M° CCC° LXX° octavo.

Hátlapján tallér nagyságú pecsét nyomaival; eredetije a gróf Festetics cs. levéltárában Zaladien. 44. f. Nagy Imre. 3184 é

48. *A kalocsai káptalan előtt Csabi Fewch fia Imre, Rendeken és Görbőn levő birtokrészeit testvérének Lőrincznek zálogba adja. 1379. jun. 17.*

Nos capitulum ecclesie Colocensis memorie commendamus, quod Emericus filius Fewch de Chaby ab una, parte vero ab altera Laurencius filius eiusdem Fewch frater carna-

lis ipsius Emerici, in quorum personis Petrus filius Johannis de Bezdred nos assecuravit, ad nostram personaliter venientes presenciam, per eundem Emericum organo vive vocis confessum extitit pariter et relatum, quod ipse pro quibusdam suis necessitatibus ipsum ad presens urgentibus, quasdam suas porciones possessionarias in Rednek et Kurbee habitas in comitatu Zaladiensi existentis *(így)* ipsum titulo iuris hereditario contingentis, ut dixit prenominato Laurencio fratri suo cum omnibus suis utilitatibus et pertinenciis quibuslibet ad ipsas suas porciones spectantibus, pro decem florenis per centum denarios computando, impignorasset salvo iure alieno, imo coram nobis impignoravit et obligavit testimonio presencium mediante, sic tamen, quod quandocunque ipsas porciones possessionarias in dictis possessionibus habitas modo premisso impignoratas redimere valeret prenominatus Emericus, extunc idem Laurencius eidem Emerico fratri suo libere remittere debeat et teneatur. Datum secundo die octavarum festi Corporis Christi, anno eiusdem M° CCC° LXX° nono.

Hártyán, hátlapján monorú pecsét maradványaival; eredetije a gróf Festetics cs. keszthelyi ltárában. Zaladien 44 g. Nagy Imre.

49. *Szepesi Jakab országbíró ítéletet hoz azon perben, melyet Rajky Tamás Rajky Péter ellen azért indított, mert ez akkor, midőn amaz a rajki várjobbágyok birtokába beiktattatott, ennek ellentmondott; Rajky Péter az országbíró előtt nemcsak pervesztes lett, hanem azért, mivel egy hamis oklevelet mutatott fel, Pötréte nevű birtokát is elvesztette. Visegrád, 1379. aug. 16.*

Nos comes Jacobus de Scepus iudex curie serenissimi et magnifici principis domini Lodovici dei gracia incliti regis Hungarie Polonie Dalmacie etc. memorie commendantes tenore presencium significamus quibus expedit universis, quod Stephanus literatus pro Thoma filio Nicolai de Rayk cum procuratoriis literis conventus Zaladiensis iuxta continenciam literarum eiusdem conventus citatoriarum pariter et recaptivatoriarum, in octavis festi beati Georgii martiris in anno domini M° CCC° LXX° sexto preteritis, in figura

nostri iudicii comparendo, contra Petrum filium Nicolai de eadem Rayk, easdem literas dicti conventus formam possessionarie recaptivacionis et citacionis in se denotantes, domino nostro regi ad nostram amicabilem literatoriam peticionem rescriptas, tenoremque literarum nostrarum eidem conventui directarum verbaliter in se habentes, asserens accionem dicti Thome literis explicari in eisdem, nobis presentarat declarantes, quod cum idem Thomas acceptis Johanne filio Nicolai de Kaal regio, et fratre Michaele ipsius conventus hominibus, feria quinta proxima post festum Pasche domini proxime tunc preteritum, ad faciem cuiusdam possessionarie porcionis in eadem possessione Rayk habite, vicinis et commetaneis eiusdem universis inibi legitime convocatis et presentibus accessisset, et eandem nomine sui iuris recaptivando, per eosdem regium et dicti conventus homines sibi perpetuo statui facere voluisset, Stephanus villicus de eadem Rayk, in persona prefati Petri filii Nicolai inibi adherendo, ipsi statucioni dicto Thome fiende contradiccionis velamine obviasset, quem quidem Petrum die et loco in prenotatis iidem regius et annotati conventus homines contra annotatum Thomam ad dictas octavas festi beati Georgii martiris tunc venturas, regiam citassent in presenciam. Ipsarum itaque literarum exhibicionibus factis, prefatus Stephanus procurator ipsius Thome racionem premisse contradictorie inhibicionis assignari postularat coram nobis per Petrum supradictum; quo percepto idem Petrus personaliter in nostram exurgendo presenciam, responderat eo modo, quod tempore premisse possessionarie recaptivacionis in persona sua pro eo contradiccio facta extitisset prenotata, quia dicta porcio possessionaria sibi iure hereditario pertineret, super eadem eciam quedam literalia haberet instrumenta, que non adtunc sed in termino ulteriori per nos sibi dando coram nobis exhibere promtus esset et paratus; unde nos perceptis premissis, unacum regni nobilibus nobiscum adherentibus commiseramus eo modo, quod prefatus Petrus universa literalia sua instrumenta, si que in premissis haberet confecta, in octavis festi beati Jacobi apostoli tunc venturis, contra annotatum Thomam exhibere teneretur nostri in

presencia; a quibus quidem octavis festi beati Jacobi apostoli dum premissorum instrumentorum exhibicio inter partes prenotatas de earumdem parcium voluntate variis prorogacionibus et terminis intervenientibus, secundum series et continencias literarum nostrarum prorogatoriarum, ad octavas festi beati Georgii martiris proxime preteritas dilative devenisset, tandem ipsis octavis festi beati Georgii martiris instantibus, Stephanus literatus pro predicto Thoma filio Nicolai de Rayk cum procuratoriis literis memorati conventus, presente prelibato Petro filio Nicolai de eadem Rayk in nostram veniendo presenciam, quasdam literas domini nostri Lodovici regis, Bude, sabbato proximo post festum Purificacionis beate virginis, in anno domini M° CCC° LXX° quarto emanatas, nobis presentarat sua serie nos informantes, quod ipse Thomas filius Nicolai de Rayk comitatus Zaladiensis, fidelis ipsius domini nostri regis, ad eiusdem veniendo presenciam, quandam porcionem possessionariam in dicta possessione Rayk vocata in dicto comitatu existenti habitam, asserens eam fore terram castrensium suam regiam, sed per Johannem filium Dionisii et filios Emerici filii Oliveri, Thomam filium Laurencii, Ladislaum filium Ladislai, Petrum filium Nicolai et Valentinum filium Johannis et quosdam alios, sub taciturnitatis silencio tamquam iurium suorum celatores detineri, a sua maiestate sibi, item Georgio uterino et Johanni filio Nicolai de eadem patrueli fratribus, necnon Johanni Nicolao et Dominico filiis suis dari et conferri postulasset; ipse itaque dominus noster rex consideratis fidelitatibus et serviciis dicti Thome filii Nicolai, quibus idem sue maiestati iuxta sue possibilitatis exigenciam cura vigili et sollicitudine studiosa studuisset complacere, prefatam terram castrensem cum omnibus suis utilitatibus et pertinenciis, sub suis veris metis et antiquis, eidem Thome et per eum annotatis fratribus et filiis suis nove donacionis sue titulo iure perpetuo et irrevocabiliter in filios filiorum suorum et heredum per heredes dedisset donasset et contulisset perpetuo possidendam tenendam et habendam, salvo iure alieno. Quarum quidem literarum exhibicionibus factis, prefatus procurator ipsius actoris premissa per prefatum Petrum

exhibere assumta instrumenta, exhiberi postularat coram nobis; quo percepto idem Petrus nostri ut premittitur personaliter adherens presenciam, quasdam duas literas privilegiales, unam a domino Ladislao olim rege Hungarie loquentem, tenoris subscripti, et aliam domini Andree condam similiter regis Hungarie, anno domini Millesimo CC° nonagesimo secundo, regni autem sui anno similiter secundo confectam, quasdam literas privilegiales dicti domini Ladislai regis anno domini Millesimo ducentesimo octuagesimo nono, regni autem sui anno decimo septimo emanatas transcribentem et confirmantem nobis curarat exhibere; cuius quidem privilegii ab ipso domino Ladislao rege loquentis tenor talis est: Ladislaus dei gracia rex Hungarie Dalmacie Croacie Rame Servie Gallicie Lodomerie Comanie Bulgarieque rex, omnibus Christi fidelibus tam presentibus quam futuris presencium noticiam habituris, salutem in omnium salvatore. Proinde ad universorum noticiam tenore presencium volumus pervenire, quod Pousa et Johannes dictus Saark filii magistri Pouse aule nostre iuvenes, nobiles de Rayk, ad nostre regie serenitatis accedentes presenciam, nostreque regie serenitati humiliter et genibus evolutis supplicarunt super eo, quod ob serviciorum merita, et meritorum eorum servicia, alme sancte corone regieque nostre celsitudini in quibuslibet regni nostri expedicionibus a tempore nostre coronacionis cum desiderio summe fidelitatis propensius exhibita et impensa, quandam terram seu possessionem Petrethe nominatam, in comitatu Zaladiensi existentem, nomine hominum castrensium castri nostri Zaladiensis, terre seu possessioni ipsorum hereditarie Rayk prenotate contiguam et vicinam, inter fluvios videlicet Kanyssa et Piliske adiacentem, a nostra regia maiestate sibi dari et conferri perpetuo postularunt; nos itaque secundum quod nostre magnitudinis requirit officium, ut uniuscuiusque merita animo metiri debeamus pietatis et fidelium nostrorum serviciis meritorum regie retribucionis premio occurrere teneamur donativo, propositis peticionibus dictorum nobilium Pouse et Johannis de predicta Rayk dilectorum et fidelium nostrorum benigniter inclinati, revocatisque in memoriam ipsorum fidelitatibus et fidelium serviciorum

meritis, quibus sancte corone et nostre maiestati studuerunt complacere et se reddere graciosos et acceptos, specialiter tunc, cum contra ducem Austrie et Styrie capitalem inimicum nostrum et regni nostri, exercitu cum valido processissemus, iidem Pousa et Johannes nobiles prefati ante portam Wyennensem inter universos barones et nobiles regni nostri viriliter dimicando fideliter impenderunt, vulneraque letalia subportaverunt, prefatam terram seu possessionem Petrethe nominatam, sub eisdem metis et terminis quibus ab antiquo possessa fuerit, cum omnibus suis utilitatibus et pertinenciis universis ad eandem quovis nomine vocitatis iure quo ad nostram regiam collacionem pertinere dinoscitur, prefatis nobilibus Pouse et Johanni de Rayk et per eos eorum heredibus heredumque suorum successoribus, ex certa sciencia de plenitudine nostre gracie, dedimus donavimus et contulimus perpetuo possidendam tenendam pariter et habendam. Ut igitur huius nostre donacionis seu collacionis series robor optineat perpetue firmitatis, ne processu temporum per quempiam in irritum possit vel valeat retractari, presentes concessimus literas nostras privilegiales duplicis sigilli nostri munimine roboratas. Datum per manus magistri Benedicti sancte Strigoniensis ecclesie electi, eiusdem loci comitis perpetui, prepositi Budensis et aule nostre vicecancellarii, dilecti et fidelis nostri, anno ab incarnacione domini Millesimo ducentesimo LXX° calendas *(igy)* quarto nonas Feubruarii regni autem nostri anno quarto, venerabilibus patribus Stephano Colocensi et Johanne Spalatensi archiepiscopis, Philippo Wachiensi, aule domine regine consortis nostre karissime cancellario, Job Quinqueecclesiensi, Timotheo Zagrabiensi, Dionisio Jauriensi, Andrea Agriensi, Petro Transilvano, Gregorio Chanadiensi episcopis et Petro electo Vesprimiensi, ecclesias dei feliciter gubernantibus; Petro palatino comite Soproniensi et iudice comanorum, Thoma bano tocius Sclavonie, Matheo magistro tavarnicorum nostrorum, Ladislao voivoda Transsilvano et comite de Zolnuk, Rolando magistro tavarnicorum domine regine consortis nostre karissime et comite de Zana, Vgrino bano iudice curie nostre, Stephano magistro dapiferorum nostrorum et comite de Bors, magistro

Moyus comite Simigiensi, magistro Gregorio comite de Scepus, magistro Herrando comite Castriferrei, Boghum comite Zaladiensi, Michaele comite Nitriensi et aliis quampluribus comitatus regni nostri tenentibus et honores. In altera autem litera videlicet ipsius domini Andree, literas dicti domini Ladislai regis confirmanti, habebatur inter alia, quod ad ipsius domini Ladislai regis accedens presenciam magister Benedictus (stb. l. 1-ső köt. 67. l.). Quarum quidem literarum exhibicionibus factis, prefatus Petrus filius Nicolai asseruerat eo modo, quod prefatus Thomas, predictam terram suam Rayk vocatam, quam predictum privilegium dominorum Ladislai et Andree regum predictorum suorum predecessorum hereditariam fuisse, et cui metas predicte terre Buken adiungi denotarent, nomine terre castrensium regalium sibi per regiam maiestatem conferri faciendo recaptivasset. In quarum contrarium prelibatus procurator ipsius Thome actoris, in eiusdem persona allegarat et retulerat eo modo, quod predicte litere privilegiales ab ipso domino Ladislao rege loquentes false et nequiciose forent emanate, predictarum eciam aliarum literarum videlicet ipsius domini Ladislai regis in ipso privilegio domini Andree regis transcriptarum originalia in specie idem Thomas per dictum Petrum vellet exhiberi, predicto Petro filio Nicolai nulla alia instrumenta preter preexhibita tunc vel in futurum se exhibere posse referente. Cumque nos his perceptis, discussionem premissorum ac examinacionem prescriptarum literarum ad interessenciam prelatorum et aliorum baronum distulissemus, tandemque nobis unacum predictis prelatis et regni baronibus pro examinacione premissarum literarum convenientibus et iudiciario pro tribunali sedentibus, dictoque Petro in nostram presenciam redire recusante, unacum eisdem prelatis baronibus et viris literatis regnique nobilibus ipsum privilegium a dicto domino Ladislao rege loquens examinare cepissemus, demum quia pargamenum eiusdem privilegii ab ipso domino Ladislao rege loquentis, collacionemque predicte possessionis Petrethe, predecessoris ipsius Petri filii Nicolai factam fuisse denotantis, primo scriptum et demum totaliter abrasum, sicque altera vice exaratum seu

scriptum fuisse cunctis intuentibus manifestissime apparebat, tempore eciam emanacionis eiusdem privilegii videlicet in predicto anno domini M° CC° LXX°, quo videlicet idem quartum annum regnacionis dicti domini Ladislai regis fuisse denotarat, non dictus dominus Ladislaus rex, sed serenissimus princeps dominus Stephanus olim similiter rex Hungarie, pater videlicet ipsius domini Ladislai regis regnasse et supervixisse, idemque dominus Ladislaus rex tercio anno, post ipsum annum emanacionis dicti privilegii in regem coronatus fuisse, tam ex coronica, quam eciam aliis verissimis racionibus et experienciis agnoscebatur, ob hocque dictum privilegium ab ipso domino Ladislao rege loquens, premissarum falsitatum viciis et notis obfuscatum fore omnibus conspicientibus lucidissime cernebatur, et sic idem Petrus dictam possessionem Petrethe iuri regis pertinentem mediante dicto privilegio nota falsitatis denigrato, indebite conservasse censebatur, nulla eciam alia instrumenta preter preexhibita idem Petrus in premissis, tunc vel in futurum se exhibere posse allegarat; predicte vero litere ipsius domini Andree regis ad reoptencionem huiusmodi possessionarii iuris absque suis originalibus nullius vigorositatis fore dinoscebantur; pretactus vero dominus noster rex predictam possessionariam porcionem in dicta Rayk habitam suorum castrensium regalium per prefatum Petrum filium Nicolai et alios supradictos occulte et clandestine, tanquam iurium suorum regalium celatores conservatam, quam ut premittitur pretactus Petrus exhibicione prescriptarum literarum nequiciose emanari procuratarum suo iure venditare nitebatur, annotato Thome de Rayk et prelibatis suis fratribus et filiis modo pretacto perpetuo contulisse, ex serie predictarum literarum suarum reperiebatur, pro eo baronum et regni procerum nobiscum iudiciario pro tribunali consedencium inducti consilio prematuro, nolentes eiusdem Petri huiusmodi dolositatis et nequiciose fraudis audaciam impune pertransire, ne alii ab eo exemplati ad consimilium maleficiorum et dolositatum perpetracionem, taliumque literarum falsitatis viciis maculatorum delacionem et exhibicionem se apponere presummant, sed pocius pena ipsius quoslibet alios ab huius-

modi literarum nequiciose emanari procuratarum notaque falsitatis obfuscatarum delacione obstupescat, eundem Petrum in pena delacionis et exhibicionis falsarum literarum ac amissione universarum suarum possessionum et porcionum possessionariarum ac rerum et bonorum ipsum solum ubique proprie contingencium, in duabus partibus nostris iudiciariis, et in tercia parte dicte partis adverse manibus devolvendarum, convictum fore decernentes, predictamque possessionariam porcionem in dicta Rayk habitam per prefatumque Thomam ab ipso Petro recaptivatam premisse nove regie donacionis titulo perpetuo eidem Thome, cum predictis suis fratribus et filiis, prenotatam vero possessionem Petrethe iuri regio pertinere debere adiudicantes et eisdem modo subscripto statui committentes, amiciciam ipsius conventus Zaladiensis literatorie pecieramus diligenter, quatenus ipsorum mitteret hominem pro testimonio fidedignum, quo presente magister Petrus de Erezthuen noster notarius de curia regia ad hoc specialiter transmissus, ad facies prescriptarum possessionarie porcionis in dicta Rayk habite, per pretactum Thomam recaptivate et per ipsum Petrum prehibite, ac possessionis Petrethe vocate, vicinis et commetaneie suis universis inibi legitime convocatis accedendo, eandem porcionem possessionariam in dicta Rayk habitam annotato Thome cum suis fratribus et filiis, dictam vero possessionem Petrethe annotato domino nostro regi, eo iure quo sibi ex premissis dinosceretur pertinere, statueret et committeret perpetuo possidendas, contradiccione prefati Petri et aliorum quorumlibet ex premissis racionibus non obstante, salvis iuribus alienis; et post hec ipsarum possessionariarum statucionum seriem ad octavas festi beati Jacobi apostoli tunc affuturas domino nostro regi fideliter rescriberet conventus Zaladiensis supradictus. Tandem ipsis octavis sancti Jacobi instantibus predictus Stephanus literatus, pro ipso Thoma filio Nicolai de Rayk, cum procuratoriis literis dicti conventus Zaladiensis, necnon frater Paulus abbas de Beel, pro ipso domino nostro rege cum procuratoriis literis eiusdem domini nostri regis ad nostram venientes presenciam, literas eiusdem conventus Zaladiensis super premissis statucionibus domino nostro

regi rescripcionales, nostrum produxerunt in conspectum, habentes hunc tenorem: Excellentissimo principi domino ipsorum domino Lodovico dei gracia inclito regi Hungarie Polonie Dalmacie etc. conventus monasterii sancti Adriani de Zala, oracionum suffragia devotarum, literis magnifici viri comitis Jacobi de Scepus iudicis curie vestre serenitatis adiudicatoriis, modum et formam sue iudiciarie commissionis in se exprimentibus, amicabiliter receptis, et iuxta earumdem continenciam unacum magistro Petro de Erezthuen notario dicti iudicis curie homine vestre maiestatis de ipsa curia ad infrascripta transmisso, nostrum hominem videlicet religiosum virum fratrem Petrum sacerdotem, unum ex nobis, commonachum nostrum, ad contenta earundem literarum iamdicti iudicis curie vestre maiestatis facienda et peragenda, nostro pro testimonio duximus destinandum; qui demum ad nos exinde reversi, nobis concorditer retulerunt, quod idem homo vestre serenitatis presente prescripto nostro testimonio die dominica proxima ante festum beate Magdalene proxime preterita, ad facies quarundam possessionarie porcionis in possessione Rayk vocata habite, per Thomam filium Nicolai de eadem Rayk recaptivate et per Petrum filium alterius Nicolai de Rayk prohibite, ac possessionis Petrethe vocate, vicinis et commetaneis suis universis inibi legitime convocatis accessisset, eandemque porcionem possessionariam in dicta Rayk habitam, annotato Thome filio Nicolai cum suis fratribus et filiis, dictam vero possessionem Petrethe vestre serenitati, eo iure quo vobis ex serie ipsarum literarum prescripti iudicis curie vestre sublimitatis adiudicatoriarum dinoscitur pertinere, perpetuo prossidendas, contradiccione prefati Petri et aliorum quorumlibet ex racionibus in eisdem literis ipsius iudicis curie vestre serenitatis expressis non obstante, statuissent et commisissent, salvis iuribus alienis. Datum sexto die diei statucionis prenotate, anno domini M° CCC° LXX° nono. Nos igitur ex tenore predictarum literarum annotati conventus Zaladiensis super premissis statucionibus domino nostro regi rescriptorialium per prefatos regium et eiusdem conventus homines termino in predicto prefatam porcionem possessionariam in dicta Rayk habitam

per annotatum Thomam recaptivatam, vicinis et commetaneis suis legitime convocatis, eidem Thome et suis fratribus, annotatam vero possessionem Petrete prescripto domino nostro regi iuxta iudiciariam nostram commissionem prenotatam perpetuo statutas fore agnoscentes, eandem porcionem possessionariam in prelibata Rayk habitam, cum omnibus utilitatibus et pertinenciis suis prescripto Thome filio Nicolai et dictis suis fratribus premisse regie donacionis titulo, annotatam vero possessionem Petrete similiter cum cunctis suis utilitatibus et attinenciis, prescripto domino nostro regi racione previa relinquimus et commisimus in evum possidere, tenere, pariter et habere, sine preiudicio iuris alieni. In cuius rei memoriam firmitatemque perpetuam, presentes eidem Thome concessimus literas nostras privilegiales, pendentis sigilli nostri autentici munimine roboratas. Datum in Wyssegrad, sedecimo die octavarum festi beati Jacobi apostoli predictarum, anno domini Millesimo CCC° LXX° nono supradicto.

Hártyán, zöld színű selyemzsinegen függő pecséttel; eredetije a Rajky cs. levéltárában. Nagy Imre.

50. *I. Lajos király a veszprémi káptalant kiküldi, hogy Kővágóeőrsi Miklós és társai panaszára Tyba fia Mihály ellen, bizonyos kilenczed megtagadása dolgában, vizsgálatot teljesítsen. Visegrád, 1380. mart. 10.*

Lodovicus dei gracia rex Hungarie Polonie Dalmacie etc. fidelibus suis capitulo ecclesie Wesprimiensis salutem et graciam. Dicitur nobis in personis Nicolai filii Michaelis et nobilis domine Katherina vocate consortis magistri Nicolai literati dicti Zeuke ac Mathie filii Pauli de Kuuiagours (*így*), quod dum ipsi anno proxime transacto Ladislaum filium Stephani hominem ipsorum erga Michaelem filium Tyba de dicta Kuuagours ad repetendum nonam partem de vineis ipsius Michaelis ipsis provenire debentem destinassent, mox ipse Michael furore exarsus ipsum Ladislaum dire verberari et vulnerari fecisset in ipsorum preiudicium valde magnum, lite tamen inter ipsos pendente; super quo fidelitati vestre

firmis damus in mandatis, quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio fidedignum, quo presente Ladislaus vel Michael de Wesprimio aut Dominicus filius Petri de Kuuezd sin Petrus filius Johannis de eadem aliis absentibus homo noster, ab omnibus quibus incumbit meram de premissis experiatur veritatem, quam tandem nobis fideliter rescribatis. Datum in Vyssegrad, sabbato proximo ante dominicam Iudica, anno domini M° CCC° LXXX°.

A veszprémi káptalannak 1380-ban mart. 21-én kelt jelentéséből, mely szerint a káptalan «magistrum Emericum nepotem domini Johannis prepositi ecclesie nostre, socium et concanonicum» kiküldvén, ez Veszprémi Mihály kir. emberrel a panaszt valónak találta. A káptalan jelentésének eredetije megvan a hg. Batthyány cs. körmendi ltárában. Véghely D.

51. *A veszprémi káptalan előtt Rendesi János és Miklós, Nagyeőrsi Péter nejével Margittal és Diskai István nejével Ágnessel, bizonyos ládtomaji és rendesi birtokrészek iránt kiegyeznek. 1380. apr. 24.*

Nos capitulum ecclesie Wesprimiensis memorie commendates significamus quibus expedit universis presencium per tenorem, quod Johannes filius Dionisii de Rendes pro se personaliter, pro Nicolao autem filio Briccii fratre suo patruele de eadem Rendes sine literis procuratoriis, cuius onus in infrascriptis super se recepit ab una, parte vero ex altera nobiles domine Margaretha scilicet coniunx Petri filii Ernoldy de Nogurs et Agnes relicta Luce filii Jacobi de villa Sancti Anthonii, nunc vero consors Stephani filii Pauli de Dyska, nostri in presencia constituti, confessi extiterunt et parili voce retulerunt, ut licet predicte nobiles domine prefatos Johannem filium Dionisii et Nicolaum filium Briccii pretextu porcionum possessionariarum prelibati Luce filii Nicolai patris ipsarum in dicta possessione Rendes vocata, et alia possessione Laadthumay dicta existencium, quocunque titulo ipsum Lucam filium Nicolai contingencium iure hereditarii successus in ipsas dominas devolutarum legitime in causam attraxissent, et contra eosdem iuridice processissent, ipsaque causa inter eos diversarum prorogacionum cautelis ad varios

terminos iudiciales protelata et inter predictas partes diucius ventilata extitisset, tamen proborum et nobilium virorum pacis concordiam zelancium compositiva ordinacione interveniente, taliter concordassent et concordarunt coram nobis, quod eedem nobiles domine totum ius et quamlibet iuris proprietatem, quod vel quam in pretaxata possessione Laadthomay nuncupata habuissent, et haberent, eisdem Johanni filio Dionisii et Nicolao filio Briccii resignassent, imo resignarunt coram nobis presencium testimonio mediante, se penitus a dominio et proprietate iuris, quod et quam in ipsa possessione Laadthumay dicta habuissent et haberent excipiendo, ipsum dominium et predictam iuris proprietatem in prescriptos Johannem filium Dionisii et Nicolaum filium Briccii perpetuo et irrevocabili federe transferendo; vice versa autem idem Johannes filius Dionisii in sua et annotati Nicolai filii Briccii personis, quandam sessionem eorum in dicta possessione Rendes vocata in ordine sessionum in fine ipsius ville a parte meridiei existentem, cuius latitudo per mensuram brachialis amplexus hominis competentis statuere ad sedecim amplexus, longitudo vero ad longitudinem unius brevis iugeris terre protenderentur, et unam vineam iuxta eandem villam a plaga aquilonis existentem, a condam Gregorio filio Nicolai in eos derivatam, cum quadam alia particula vineali, que iam dicte vinee a parte australi esset annexa, ac unum fenile inter fenilia ipsorum, iuxta publicam viam in possessione Abraam ducentem, adiacencia, ad unum scilicet falcastrum sufficiens, necnon unum ortum caulium secus stagnum vulgo Balatun denominatum, versus sessionem Nicolai filii Gregorii situm et habitum, quedam eciam iugera terrarum arabililum, numero et locis consequenter expressis, existencia et adiacencia, dominabus predictis perpetuo iure et irrevocabili federe idem Johannes filius Dionisii, in sua ac memorati Nicolai filii Briccii personis astruxit et confessus extitit dedisse donasse et tradidisse, imo dedit donavit et tradidit nostri in presencia presencium roburamine *(igy)* mediante; quorum quidem iugerum terrarum arabilium predictorum ut eedem partes retulerunt, tria iuxta viam in possessionem Echyr vocatam ducentem vicine *(igy)*,

duo in loco Akulalya denominato coniunctim, et alia duo sub virgulto vulgo Zyluaberek vocitato continuatim, unum vero penes eandem villam a solis occasu, cuius una extremitas a parte meridiei ad viam in predictam possessionem Abraam appellatam ducentem, alia vero versus septemtrionem dirigerentur, adiacerent; item in ecclesia, silvis, terris incultis, nemoribus, locis pascualibus et piscatura in predicto stagno Balatun nuncupato existente, communem usum dominabus eisdem relinquendo; adiecto eciam et declarato, quod si qua parcium predictarum premissam composicionem retrahendo, partem alteram racione prehabitorum quolibet modo impeteret, contra partem composicionem eandem servantem et servare volentem, in facto succubitus duelli potencialis convincatur et convinci debeat ipso facto, prout partes eedem ad id spontanea sese obligarunt voluntate. Datum is festo beati Georgii martiris, anno domini M° CCC° octuagesimo.

Hártyán, hátlapján pecsét nyomaival; eredetije Keszthelyen a gr. Festetics cs. ltárában Zaladien. 44*h*. Nagy Imre.

52. *A zalavári convent bizonyságlevele, hogy a király meghagyására Ostfi János Zala vármegyei főispán Lipolchi Miklós neje és Hahóthy János özvegye részére, Hahóthy Miklóstól bizonyos hahóthi birtokrészeket visszafoglalt. 1380. aug. 8.*

Conventus monasterii sancti Adriani martiris, omnibus Christi fidelibus presentibus pariter et futuris, presens sriptum inspecturis, salutem in vero salutari. Ad universorum noticiam harum serie volumus pervenire, quod nos literas serenissimi principis domini nostri Lodovici regis Hungarie Polonie Dalmacie etc. maiori sigillo eiusdem domini nostri regis communitas, exhibicionis modum et formam in se continentes, summo recepimus cum honore sub hac forma: Lodovicus deï gracia rex Hungarie Polonie Dalmacie etc. fidelibus suis conventui ecclesie Zaladiensis salutem et graciam. Fidelitati vestre firmiter mandamus, quatenus alias literas nostras cum presentibus vobis exhibendas, magistro Johanni filio Ost comiti nostro Zaladiensi, pro Nicolao filio condam magistri Raphaelis de Lypolch, et nobilibus dominabus

relicta Johannis filii Michaelis de Haholth et domina Anna consorte eiusdem Nicolai, super facto statucionis quarumdam porcionum possessionariarum et particulis terrarum, de quarum dominio dictos Nicolaum et nobiles dominas magister Nicolaus filius Nicolai de dicta Haholth de novo potencialiter exclusisse asseritur, loquentes, eidem magistro Johanni per vestrum hominem idoneum exhiberi faciatis et presentari, et prout idem magister Johannes huiusmodi statucionem possessionariam fecerit, nobis fideliter rescribatis. Datum Zagrabie, feria quarta proxima post festum Corporis Christi, anno eiusdem, Millesimo trecentesimo octuagesimo. Nos igitur eiusdem domini nostri regis mandatis in omnibus parere cupientes ut tenemur, nostrum hominem idoneum, fratrem videlicet Simonem sacerdotem commonachum, ad exhibendum et presentandum alias literas domini regis nobis exhibitas, predicto magistro Johanni filio Ost comiti vestro Zaladiensi, pro dictis Nicolao filio condam magistri Raphaelis de Lypolch predicta, et nobilibus dominabus relicta Johannis filii Michaelis de Haholth et domina Anna consorte eiusdem Nicolai, super facto statucionis quarumdam porcionum possessionariarum, et particulis terrarum, de quarum dominio dictos Nicolaum et nobiles dominas magister Nicolaus filius Nicolai de dicta Haholth, de novo potencialiter exclusisse asseritur, loquentes, duximus destinandum; qui demum ad nos rediens, nobis retulit eo modo, quod ipse in festo beati Petri apostoli ad vincula de novo preterito, dictas alias literas domini regis eidem magistro Johanni filio Ost comiti vestro Zaladiensi exhibuisset et presentasset, qui magister Johannes visis tenoribus literarum vestre maiestatis prescriptarum, de premissis factis potenciariis, mera et omnimoda veritate palam clam et latenter rescita et sic facta et inventa, dictos Nicolaum et nobiles dominas in dominium dictorum iurium ipsorum et porcionum possessionariarum ac particulis terrarum, signanter silve et montis Azzyubyk et Warhegh, ac terrarum arabilium ad unum aratrum sufficiencium, item particulas terre videlicet Bezdemelleke, Wrachfeulde et Genehege cum tributo montis et fructibus possessionis Haholth, ex parte possessionis Latrand vocate in fine eiusdem

possessionis Haholth a parte aquilonis a quadam via a parte meridiei inchoando et ad partem occidentis tendendo, cum alia via versus vineas, per quam vina deducuntur, quam idem magister Johannes presente prefato homine nostro, per eundem magistrum Nicolaum destructam et abolitam invenisset, contradiccione ipsius magistri Nicolai filii Nicolai in hac parte non obstante, reintroduxisset, et eisdem Nicolao et dominabus predictis restatuisset, tenere semper et habere. In cuius rei memoriam et robur perpetue firmitatis, presentibus sigillum nostrum autenticum est appensum. Datum octavo die diei reintroduccionis et restatucionis porcionum possessionariarum et particuli *(így)* terrarum prescriptarum, anno domini supradicto; religiosis et deo devotis viris, domino Nicolao dei et apostolice sedis gracia domino et prelato nostro, Martino priore, Wencezlao custode, Wrrico preposito et canapario, Nicolao cantore, et altero Nicolao decano de Rada, et ceteris complurimis fratribus in dicto loco deo iugiter famulantibus existentibus.

Hártyán, hártyaszalagon függött pecsét nyomaival; eredetije Sitkén a felső-büki Nagy cs. ltárában. 29. 643. Nagy Imre.

53. *A székesfehérvári keresztesek conventjének jelentése I. Lajos királyhoz, Arácsi János fiainak, Miklós császmai prépostnak és Ágostonnak Magyare máskép Sykach nevű- és a veszprémi káptalannak Csopak nevű birtokaik között teljesített határjárásról. 1380. oct. 11.*

Serenissimo principi domino Lodovico dei gracia inclito regi Hungarie Polonie Dalmacie etc. domino eorum metuendo, conventus cruciferorum domus hospitalis ecclesie beati Stephani de Alba, oraciones in domino debitas ac devotas cum perpetua fidelitate. Literas vestre serenitatis maiori sigillo vestro consignatas recepimus summo cum honore in hec verba: Lodovicus dei gracia rex Hungarie Polonie Dalmacie etc. fidelibus suis conventui cruciferorum domus hospitalis ecclesie beati regis Stephani de Alba, salutem et graciam. Dicunt nobis discretus vir Nicolaus prepositus Chasmensis et Augustinus frater eiusdem, quod ad videndam metalem ereccionem, que inter ipsos ab una, pro possessione

eorum Magyare alio nomine Sykach appellata, parte vero ex altera capitulum ecclesie Wesprimiensis, pro possessione eorum Chopak dicta, prout iidem domini de capitulo Wesprimiensi per eorum literas proprias se ad id obligassent, fieri in octavis festi beati Michaelis archangeli nunc affuturi deberet, noster homo et vestrum testimonium essent necessario dirigendi, quo circa fidelitati vestre damus in mandatis, quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio fidedignum, quo presente Nicolaus filius Demetrii de Zeules, vel Petrus filius Renaldy de Ozofew, aut Petrus filius Makus sive Blasius literatus de Sary aliis absentibus, homo noster, premissam ereccionem metarum videat, intueatur, exerceat et exsequatur, secundum formam literarum ipsius capituli Wesprimiensis predictarum, et posthec tocius facti seriem nobis fideliter cum cursibus metarum rescribatis. Datum Bude, in festo beati Augustini confessoris, anno domini M° CCC° LXXX°. Nos itaque mandatis vestre serenitatis semper obedire cupientes ut tenemur, unacum predicto Petro filio Mokus homine vestro, Emericum sacerdotem capellanum nostrum ad premissam ereccionem metarum videndam et exercendam pro testimonio duximus destinandum, qui demum exinde ad nos reversi, concorditer nobis retulerunt, quod prefatus homo vestre serenitatis eodem nostro testimonio presente, in predictis octavis festi beati Michaelis archangeli, servata forma predictarum literarum ipsius capituli Wesprimiensis, ad superficies prenotatarum possessionum Magyare alio nomine Sykach appellate prescriptorum domini Nicolai prepositi et Augustini fratris eiusdem, ac Chopak vocate eorumdem dominorum capituli ecclesie Wesprimiensis, vicinis et commetaneis eorumdem universis legitime inibi convocatis et partibus presentibus accessisset, factaque prius legitima reambulacione earumdem possessionum, metas earumdem prout predictus homo noster nobis in scriptis apportavit, hoc ordine erexissent: quod primo metas dicte possessionis Magyare alio nomine Sykach vocate a parte stagni Balatini incipiendo, circa quendam dumum salicis, ibi duas metas terreas erexissent, que mete terre a parte orientis distingerent capitulo ecclesie Wesprimiensis, ad ipsam villam Chopak, a

parte vero occidentis ad possessionem Magyare alio nomine Sykach magistris Nicolao et Augustino filiis Johannis de Arach; item fere per medium iuger terre transeundo, ad partem septemtrionalem sub arbore cuiusdam ilicis, ubi vites vinarum *(igy)* existerent, ibi duas metas terreas erexissent; item per longitudinem vicinis *(igy)* iugeris terre similiter ad partem septemtrionalem veniendo, circa arborem cuiusdam piri duas metas terreas erexissent, ubi ad unam metam filiorum Johannis unum lapidem magnum posuissent; item ad partem aquilonarem veniendo sub arbore cuiusdam ilicis similiter duas metas terreas erexissent; item ad partem aquilonarem veniendo, per longitudinem unius iugeris terre sub arbore cuiusdam ilicis similiter duas metas terreas erexissent; similiter versus aquilonarem veniendo, per virgultum sub arbore vicinis *(igy)* ilicis magni duas metas terreas cum lapidibus cumulatas erexissent; item per iacturam unius lapidis similiter ad partem septemtrionalem transeundo, similiter duas metas terreas erexissent; item versus aquilonarem veniendo sub arbore cuiusdam ilicis duas metas lapideas erexissent; similiter ad partem septemtrionalem transeundo, sub una arbore vulgo zilfa dicta similiter duas metas terreas erexissent, abhinc versus aquilonarem tendendo, per bonum spacium sub arbore cuiusdam ilicis duas metas terreas erexissent, in cuius vicinitate arboris a parte meridiei una arbor lauri vulgo ihar dicta vicinaretur; deinde ad partem aquilonarem veniendo, sub arbore cuiusdam ilicis trunci viridi similiter duas metas terreas erexissent; item abhinc inter alias metas erectas similiter versus aquilonarem veniendo per unam magnam viam, que via veniret de Chopak a parte orientis et tenderet ad villam Arach ad partem occidentis, ibi a parte vie scilicet septemtrionali, inter tres arbores ilicum duas metas terreas erexissent; que a parte orientis separaret capitulo ecclesie Wesprimiensis ad villam Chopak, et a parte occidentis Nicolao et Augustino filiis Johannis de Arach distingeret ad ipsam possessionem Magyare alio nomine Sykach, abhinc procedendo ad partem aquilonarem in gremio cuiusdam montis Wrazowhege dicto sub arbore cuiusdam ilicis a parte meridiei similiter duas

metas terreas erexissent; abhinc ad partem aquilonarem ad modicum spacium eundo in latere eiusdem montis duas metas terreas erexissent; item abhinc procedendo ad partem aquilonarem, ex utraque parte unius vie Vrazow dicte duas metas terreas cum lapidibus cumulatas erexissent, quarum una a parte occidentis ad possessionem Magyare alio nomine Sykach, a parte vero orientis dominis de capitulo ecclesie Wesprimiensis ad ipsam villam Chopak separarent; deinde similiter ad partem aquilonarem per vallem Wrazowutha dictam perveniendo ad vertices duorum moncium, ex utraque parte predicte vie Vrazow duas metas terreas cum lapidibus cumulatas erexissent, quarum una a parte possessionis Magyare alio nomine Sykach magistris Nicolao et Augustino filiis Johannis de Arach, a parte vero orientali dominis de capitulo ecclesie Wesprimiensis ad villam Chopak distingeret; et sic premisse mete erecte haberentur inter partes prenotatas. Datum sexto die octavarum festi beati Michaelis archangeli predictarum, anno domini supradicto.

I. Lajos királynak «Blasius prepositus ecclesie Omnium Sanctorum de castro Vesprimiensi» kérésére 1380. nov. 11-én kiadott megerősítő átiratából, melynek eredetije megvan a veszprémi káptalan házi ltárában, capsula IV. «Chopak». Véghely D.

54. *Az esztergomi keresztesek conventje I. Lajos királynak jelenti, hogy Miklós császmai prépostot Ujbécs nevű birtokba beiktatta. 1380. oct. 14.*

Serenissimo principi domino Lodovico dei gracia inclito regi Hungarie, Polonie, Dalmacie etc. domino eorum metuendo, conventus cruciferorum domus hospitalis ecclesie beati regis Stephani de Alba, oraciones in domino cum perpetua fidelitate. Vestra noverit serenitas, quod cum nos literis vestris modum et formam vestre deliberacionis exprimentibus, pro domino Nicolao preposito ecclesie Chasmensis confectis, propter absenciam venerabilis in Christo patris domini Demetrii tituli sanctorum quatuor coronatorum presbiteri cardinalis, gubernatoris archiepiscopatus Strigoniensis, aule vestre summi cancellarii, et sigillorum vestrorum apud ipsum

habitorum sigillo eiusdem consignatis, summo cum honore receptis, iuxta continenciam earumdem cum Johanne filio Nicolai de Kaly homine vestro ad hoc de curia vestra specialiter destinato, Emericum sacerdotem capellanum nostrum ad infrascriptam possessionariam statucionem faciendam pro testimonio transmisissemus, demum iidem exinde ad nos reversi, concorditer nobis retulerunt, quod prefatus homo vestre serenitatis eodem nostro testimonio presente, feria tercia proxima videlicet in festo beati Dionysii rustici ad faciem terre seu possessionis Wybech vocate, vicinis et commetaneis suis universis illic legitime convocatis et presentibus accedendo, eandem cum omnibus suis utilitatibus et pertinenciis universis statuissent prefato domino Nicolao preposito ecclesie Chasmensis perpetuo possidendam, contradiccione Michaelis, Egidii et domine Margarethe et aliorum quorumlibet non obstante. Datum sexto die diei statucionis antedicte, anno domini M° CCC° LXXX°.

Szécsy Miklós országbírónak 1381-ben kelt itéletlevelében átírva, melynek eredetije a Mórocza cs. ltárában Felső-Eörsön Zala vármegyében őriztetik. A per az országbíró előtt azért folyt, mert a midőn Aracsai János fia Miklós császmai prépost a magban szakadt András fia Péter tulajdonát képezett Ujbécs nevű birtokba 1378-ban beiktattatott, Toty Egyed és Jakab fia Mihály, valamint Margit asszony Vitai Gergely fia István neje, ellent mondtak. Ritkaságánál fogva érdekes a keltezés napja: «Dionisius rusticus»; v. ö. Knauz N. Kortan 164. l. Nagy Gyula.

55. *I. Lajos király Ostffy János főispánnak meghagyja, hogy a király egerszegi polgárait újabb taksa fizetésére ne kényszerítse, sem őket igazságszolgáltatási és más dolgaikban, szokásaik gyakorlatában ne háborgassa. Buda, 1380. dec. 20.*

Relacio Nicolai de Gara palatini.

Lodovicus dei gracia rex Hungarie Polonie Dalmacie etc. fideli suo magistro Johanni filio Osl comiti Zaladiensi etc. salutem et graciam. Significant nobis cives nostri de Egurzeg universi, quod cum ipsi taxam nostram pridem super ipsos per comitem Thumul magistrum tavarnicorum nostrorum dicatam vobis persolverint ut debebant, sicut eciam id

ultra summam ut prefertur ipsis impositam et remissionem in vestris literis expeditoriis vidimus contineri, vos eosdem quadraginta florenorum auri per nos ipsis graciose, ut in eisdem literis vestris denotatur indultam, ad solvendum nobis alios sexaginta florenos auri compellere niteremini et velletis, omnimoda racionabili sine causa, in eorum non modicum preiudicium et gravamen, literis reginalibus in hac parte preceptoriis vobis exhibitis parvipensis. Super quibus nimium ammirantes, fidelitati vestre firmiter precipiendo mandamus, quatenus a modo et deinceps prefatos cives in facto dicte taxe nostre per ipsos vobis ut premittitur persolute et expedite, ac eciam pretextu memoratorum quadraginta florenorum de eiusdem taxe quantitate per nos ipsis ut pretangitur relaxate et indulte, nullatenus impedire, molestare et gravare presummatis. Ceterum quia iidem cives nobis conqueruntur, quod vos eosdem in eorum iudiciariis et aliis iuribus et ritibus in quibus ipsi semper aliorum comitum Zaladiensium temporibus hactenus pacifici perstitissent, aggravare niteremini et turbare, eidem fidelitati firmo edicimus regio sub precepto, quatenus ipsos cives nostros in universis eorum iuribus et iustis consvetudinibus, quibus hucusque usi fuisse dinoscuntur, immobiliter et immutabiliter conservante, ultra et extra eadem eos infestare, turbare seu quovismodo aggravare nequaquam debeatis aut eciam valeatis, absque nostro nutu vel commissione speciali; secus in premissis sub optentu nostre gracie non facturi. Et illud idem successoribus vobis comitibus et eorum vices gerentibus per presentes districte precipimus et mandamus. Presentes autem post earum lecturam semper reddi precipimus (presentanti). Datum Bude, in vigilia festi beati Thome apostoli, anno domini M° CCC° LXXX°.

Hátlapján pecsét nyomaival, mely alatt e szavak olvashatók: «relacio domini Nicolai de Gara palatini»; eredetije az Ostffy cs. levéltárában. Nagy Imre.

56. *A zalavári convent bizonyságlevele, hogy azt a birtokrészt, melyet a besenyői nemesek Egerszeg királyi falu határából elfoglaltak, s melyet I. Lajos király a nádor előtt folyt perrel visszányert, Erzsébet királyné parancsára a körüljárt határok között az egerszegi királyi népeknek visszaadta. 1381. aug. 24.*

Conventus monasterii sancti Adriani martiris de Zala, omnibus Christi fidelibus presentibus pariter et futuris, presens scriptum inspecturis, salutem in largitore salutis. Cum mundi labilis condicio sit caduca et geste rei memoria propter vitam brevem hominum caligine oblivionis confuscata nequeat in evum perdurare, provida sollicitudo hominum adinvenit, ut que in tempore geruntur, ne simul labantur cum eodem, literarum testimonio solidentur. Proinde ad universorum noticiam harum serie literarum volumus pervenire, quod nos literas serenissime principis et domine nostre domine Elizabet dei gracia inclite regine Hungarie, Polonie, Dalmacie etc. summo cum honore recepimus in hec verba: Elizabet dei gracia regina Hungarie, Polonie, Dalmacie etc. fidelibus suis conventui ecclesie Zaladiensis, salutem et graciam. Cum dominus noster rex quandam terram Beseneu vocatam iuxta regni nostri consvetudinem, coram domino palatino in octavis festi beati Georgii martiris proxime preteritis, a nobilibus de Beseneu, ad villam sue maiestatis Egurzeg vocatam pertinentem iuridice procedendo reoptinuerit, et eandem per religiosum virum dominum fratrem Paulum abbatem de Beel, procuratorem dicti domini regis et magistrum Johannem dictum Darabus homines nostros speciales, vel si ambo interesse non possent, eorum alterum, quibus ad id presencium serie accedere iubemus, per novarum metarum erecciones ubi necesse fuerit et distincciones, ad predictam villam regalem Egurzeg applicare et statuifacere velimus, et ad ea expedienda vestrum testimonium transmitti debeat necessarium, igitur fidelitati vestre firmis damus in mandatis, quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio fide dignum, quo presente prefati homines nostri ad hoc specialiter deputati, vel eorum alter, in presentibus octavis festi beati Jacobi apostoli ad faciem dicte terre accedendo, eandem a terris

dictorum nobilium de Besenew et ab aliorum possessionariis iuribus metaliter distingendo et sequestrando, statuant ipsam terram usui dictorum iobagionum de Egurzeg perpetuo possidendam, contradiccione quorumlibet non obstante; et post hec ipsius metalis distinccionis, statucionis et tocius inibi peracti negocii seriem, nobis fideliter rescribatis. Datum Bude, in festo beati Ipoliti martiris, anno domini Millesimo CCC° LXXX° primo. Nos igitur mandatis ipsius domine regine in omnibus obedire cupientęs ut tenemur, una cum predictis domino abbate et magistro Johanne Darabuz dicto, hominibus suis, religiosum et discretum virum dominum fratrem Wenceslaum ecclesie nostre custodem, ad premissa mandata ipsius regine efficaciter adimplenda transmisimus pro testimonio fide dignum; qui tandem ad nos reversi nobis uniformiter retulerunt, quod ipsi sabbato proximo post festum Assumcionis virginis gloriose nunc preterito et aliis diebus ad id opportunis, ad faciem predicte possessionis Egurseg nominate, vicinis et commetaneis eiusdem legitime convocatis et presentibus accedendo, terras et utilitates ipsius possessionis Egurzeg in quarum dominio populos regales de eadem Egurzeg hactenus exstitisse et esse comperissent, reambulassent et a possessionibus nobilium Besenew vocatis novis et evidentibus metis terreis in locis necessariis elevatis taliter distinxissent, quod primo incipiendo a fluvio Vanuchka vocato in parte orientali iuxta quandam semitam graminosam, que de Vluesfalua veniens ad terras seu antiqua loca sessionalia possessionis Kis-Beseneu tenderet, duas metas terras, inde per eandem semitam versus occasum solis directe in modico spacio procedendo sub monticulo ad radicem cuiusdam arboris cerasi unam metam, inde ad eandem plagam occidentalem ad montem ascendendo et quasi ad meridiem reflectendo in cacumine ipsius montis circa quendam truncum torridum antique piri silvestris in fine terrarum arabilium dicte possessionis Kys-Beseneu unam metam, inde quasi ad meridiem descendendo ad magnam viam de Egurzeg in Nog-Bok ducentem iuxta eandem viam unam metam, inde per eandem viam directe ad meridiem in aliquantulo spacio usque ad locum, ubi alia via versus montem ad occidentem tendens

concurreret duas metas, inde per dictam aliam viam versus occidentem ad montem ascendendo unam metam, inde per eandem viam et in eodem monte per aliquale spacium transeundo sub quadam arbore nucis unam metam, inde ulterius per aliam antiquam viam et vallem declinando et supra ad arborem fagum unam metam, inde descendendo ad fontem Aranyaskuta vocatum, prope eundem fontem ab aquilone unam metam, inde ad viam antiquam in dextera reflectendo et in eadem versus occidentem in spacio modico procedendo, ubi eandem aliam magnam viam de Kukunyes in Egurzeg venientem transscendit, unam metam, inde per eandem viam antiquam, dictam viam magnam saliendo et ad montem versus occidentem ascendendo sub magna arbore piri silvestris unam metam, inde in eodem monte iuxta locum Bikfeu procedendo ad eandem plagam sub quercu magna unam metam, inde amplius ad occidentem terras arabiles transscendendo et ad aliam quercum declinando unam metam terream erexissent, ubi terre dicte possessionis Egurzeg a prefatis possessionibus Beseneu vocatis separarentur et terris possessionis Bozyta nominate; inde ab ipsa terra girando versus aquilonem ad montem ascendendo et per ipsum montem ad eandem plagam super tendendo, venissent ad unam arborem castanee, ubi est meta, inde descendendo et unam viam saliendo pervenitur ad terras arabiles, deinde ad unum pratum a parte occidentis ubi est meta, inde ad eandem plagam ad unam arborem nucis unam metam. Abhinc ad metas nobilium de Ebergen in una via, que per descensum venit in Egurzeg ad possessionem Ebergen a parte orientis, ubi unam metam, deinde ad occidentem ad unam vallem et per illam ascendendo pervenitur ad duas arbores, unam piri et aliam nucis, inter quas duas metas, inde ad partem aquilonis penes ipsam vallem ad spacium longitudinis unius iugeris terre ad unam vallem, et de ipsa valle ascendendo ad unam arborem tilie, ubi unam metam, inde flectendo per modicum spacium ad aquilonem venit ad duas arbores ilicis magnas, ubi duas metas, unam separantem nobilibus predictis, aliam populis de Egurzeg, hinc ad eandem plagam in quibusdam vineis procedendo

venissent ad duas arbores tilie, ubi duas metas, unam separantem a meridie nobilibus predictis, ad partem vero aquilonis populis de Egurzeg, inde super ad eandem plagam girando venit ad unam arborem tilie, inde ad eandem plagam procedendo per silvas parum descendendo, venit ad unam arborem ilicis, ubi unam metam, inde per modicum spacium procedendo venit ad unam arborem tilie, ubi metam, deinde ad eandem plagam directe tendendo venit ad unam vallem iuxta unum pratum a partibus aquilonis et occidentis, ubi duas metas inter quedam virgulta, que separant et dividunt a partibus meridiei et occidentis nobilibus predictis, a parte vero aquilonari possessioni populorum de Egurzeg erexissent, ubi terre dicte possessionis Egerzeg a prefata possessione Ebergen separarentur et distinguerentur. In cuius rei memoriam et robur perpetue firmitatis presentibus sigillum nostrum autenticum est appensum. Datum octavo die diei statucionis et metarum ereccionis predictarum, anno domini supradicto. Religiosis viris deoque devotis domino Nicolao dei et apostolice sedis gracia abbate et prelato nostro, Martino priore et notario nostro, Wencezlao custode, Nicolao cantore et altero Nicolao decano de Rada, ceterisque quamplurimis fratribus in dicto loco deo iugiter famulantibus existentibus.

Hártyán, függő pecsét nyomaival; eredetije Zala-Egerszeg városa ltárában. Nagy Imre.

57. *Szécsi Miklós országbíró Csáfordi Lőkös fiainak az alispán és a szolgabírák elleni perét elhalasztja. Visegrád, 1381. sept. 13.*

Nos comes Nicolaus de Zeech iudex curie domini Lodovici dei gracia regis Hungarie, comitatumque Posoniensem tenens pro honore, damus pro memoria, quod causam quam Johannes et Andreas filius Leukus de Chaford pro quibus Vallentinus presbiter cum procuratoriis literis capituli ecclesie Castriferrei astitit, contra Thomam vicecomitem ac Mikou de Goganfalua, Stephanum rufum de Alaph iudices nobilium comitatus Zaladiensis, pro quibus Petrus filius Dominici cum procuratoriis literis conventus Zaladiensis comparuit, iuxta continenciam priorum literarum nostrarum prorogato-

riarum in octavis festi beati Michaelis archangeli movere habebant coram nobis, de parcium procuratorum voluntate ad octavas festi beati Georgii martiris nunc venturas duximus prorogandam. Datum in Vissegrad, octavo die termini prenotati, anno domini M° CCC° LXXX° primo.

Zárlatán pecsét nyomaival; eredetije a gr. Festetics cs. keszthelyi ltárában, Zaladien. 44. *i.* Nagy Imre.

58. *A zalavári convent előtt Falkosi Miklós és neje, a szentgothárdi apátságnak általuk zálogban bírt Edelics nevű birtokát, hat márka szerecsen dénár zálogösszeg fölvétele után visszabocsátják. 1381. dec. 8.*

Nos conventus monasterii sancti Adriani martiris de Zala, memorie commendamus, quod magister Nicolaus filius Nicolai de Falkosy (et nobilis) domina consors eiusdem ac heredes ipsorum ad nostram personaliter venientes presenciam, dixerunt et retulerunt ministerio vive vocis in hunc modum, quod (ipsi) quandam possessionem Edelych vocatam populosam, pridem a religioso viro domino fratre Stephano abbate de sancto Gothardo mediantibus aliis literis nostris exinde confectis, ipsis pro sexaginta marcis promtorum denariorum monete sarracenalis obligatam pignori, rehabita denique eadem summa sexaginta marcarum a religioso domino fratre Simone pro nunc eiusdem loci abbate, iamdictam possessionem Edelych eidem domino abbati et suo conventui remisissent et resignassent iidem magister Nicolaus, nobilis domina consors sua et heredes ipsorum, ac remiserunt et resignarunt nostri in presencia plene et integre vigore presencium mediante. Datum in festo concepcionis beate Marie virginis, anno domini M° CCC° LXXX° primo.

Hátlapján pecsét nyomaival; eredetije a Kisfaludy cs. ltárában. Nagy Imre.

59. *Garai Miklós nádor a zalavári conventet kiküldi, hogy Tófej nevű vitás birtokot Kávási Jakab és Tófeji Loránd között oszsza fel. Visegrád, 1382. máj. 16.*

Amicis suis reverendis conventui ecclesie Zaladiensis, Nicolaus de Gara regni Hungarie palatinus et iudex comanorum amiciciam paratam cum honore. Noveritis, quod Nicolaus filius Michaelis pro Jacobo filio Nicolai de Kavas cum procuratoriis literis capituli ecclesie Castriferrei iuxta continenciam priorum literarum nostrarum prorogatoriarum in octavis festi beati Georgii martiris in anno proxime transacto preteritis, in figura nostri iudicii comparendo, contra Paulum, Petrum, Thomam et Franciscum filios Lorandi de Tofeu proposuerat eo modo, quod iidem filii Lorandi metas cuiusdam possessionis eiusdem Jacobi Teuteus alio nomine Tofeu vocate propria ipsorum potencia mediante annihilassent et destruxissent, ac eciam quandam terre sue particulam Barlafelde vocatam ad dictam possessionem eiusdem Jacobi Teuteus vocatam pertinentem pro se ipsis modo simili potencialiter occupassent et occupatam detinerent; cum tamen ipse Jacobus ac dictus Nicolaus pater eiusdem semper et ab antiquo in dominio eiusdem extitissent, que sic facta fuisse exhibicione quarundam trium literarum inquisitoriarum quodam modo declarando, eidem in premissis ex parte eorumdem filiorum Lorandi iudicium et iusticiam pecierat impertiri. Quo percepto prefatus Petrus pro se personaliter et pro predictis aliis fratribus suis cum procuratoriis literis dicti capituli in nostram exurgendo presenciam, responderat ex adverso, quod ipsi nullas metas possessionis ipsius Jacobi annihilassent, nec predictam terre particulam Barlafelde vocatam pro se ipsis occupassent et occupatam uterentur. Quibus perceptis cum nos easdem partes in eo, ut si ipse instrumenta metalia predictas possessiones eorum Tofeu alio nomine Teuteus ipsius Jacobi actoris, et alia Tofeu dictorum in causam attractorum a se se invicem separancia haberent an ne, requisitas habuissemus, tandem eodem Petro se ac dictos fratres suos nulla metalia instrumenta ipsas possessiones a se se invicem distinguencia habere referente, dictus

procurator ipsius Jacobi eundem facto in premisso instrumenta metalia habere, et eadem in termino ulteriori per nos eidem dando coram nobis exhibere posse allegarat; quibus perceptis licet predicto Jacobo actore ad exhibendum premissa instrumenta, eo quod actores in prosecucionibus causarum suarum semper promti debent esse et parati, terminum ulteriorem cum iudicio regali per eundem Jacobum actorem deponendo assignare voluerimus, tamen quia premissa causa factum potenciarium tangere dinoscebatur et ob hoc absque ipsorum instrumentorum metalium revisione inter ipsas partes congruens iudicium et iusticiam in premissis facere non poteramus, pro eo iudicantes commiseramus eo modo, quod annotatus Jacobus actor predicta sua literalia instrumenta metalia, si que in premissis haberet confecta, in octavis festi nativitatis beati Johannis Baptiste tunc venturis contra prefatos filios Lorandi absque onere iudiciali exhibere tenerentur coram nobis, quibus visis iudicium et iusticiam facere valeremus inter partes in premissis; a quibus quidem octavis festi nativitatis beati Johannis Baptiste, dum premissorum instrumentorum exhibicio partes inter easdem ventillando mediantibus literis nostris dilatoriis ad presentes octavas festi beati Georgii martiris prorogata extitisset, tandem ipsis octavis adherentibus, Michael filius Nicolai pro prefato Jacobo cum procuratoriis literis capituli ecclesie Castriferrei ab una, parte vero ex altera prefatus Petrus filius Lorandi pro se personaliter et pro predictis aliis fratribus suis cum procuratoriis literis dicti capituli ad nostram venientes presenciam, idem procurator dicti Jacobi pro premissis per ipsum exhibere assummtis instrumentis, quasdam literas dicti capituli ecclesie Castriferrei privilegiales, alphabeto intercisas, decimo die ferie quarte proxime ante festum beati Thome apostoli anno domini M° CCC° L° tercio confectas nobis presentavit inter cetera declarantes, quod regius et dicti capituli homines literis in eisdem nominati, vigore literarum regalium eidem capitulo directarum transmissi, in dicta feria quarta proxima ante festum beati Thome apostoli ad facies porcionum possessionariarum condam Nicolai filii Georgii de Kavas, Gyule et Jacobi filiorum eiusdem Tofeu alio nomine Teutus et

Barlafelde vocatarum, eosdem convingencium, in comitatu Zaladiensi habitarum, vicinis et commetaneis earumdem universis inibi legitime convocatis et presentibus accessissent, et easdem per veteres et antiquas metas reambulando novasque metas iuxta veteres in locis necessariis erigendo, reliquissent ipsas eidem Nicolao filio Georgii et filiis suis predictis iure ipsis attinenti perpetuo possidendas, nemine contradictore apparente; mete vero earumdem porcionum possessionariarum literis in eisdem continentur. Quibus quidem literis exhibitis, ipsisque partibus eis in premissis iudicium et iusticiam per nos impertiri postulantibus, quia absque reambulacione et metarum demonstracione possessionum parcium prescriptarum modo infrascripto fiendis inter ipsas partes congruens iudicium et iusticiam facere non poteramus, ad eaque peragenda nostri et vestri homines necessario sunt destinandi, pro eo vestram amiciciam presentibus petimus diligenter, quatenus vestros mittatis homines pro utrisque partibus pro testimoniis fidedignos, quibus presentibus Andreas vel Lucas filii Ladislai de Ollar sive Johannes filius Marcus de Peder vel Michael de Bech an Elias de Iluagh sin Johannes filius Petri de Kuchk pro parte dicti actoris, item Johannes filius Mathie de Mathiushaza, vel Anthonius filius Johannis de Balan sin Stephanus Briccii de Buday aut Petrus filius eiusdem neve Nicolaus filius Martini de Zompach sin Petrus de Alsotofew pro parte dictorum in causam attractorum aliis absentibus homines nostri, in octavis festi beati Jacobi apostoli nunc venturis et aliis diebus subsequentibus ad idque sufficientibus, ad facies possessionum parcium prescriptarum, vicinis et commetaneis earumdem universis legitime convocatis et partibus vel earum legitimis procuratoribus presentibus accedendo, primo eandem possessionem Tofew alio nomine Teutes et Barlafelde ipsius Jacobi actoris secundum demonstracionem eiusdem vel legitimi sui procuratoris per metas et cursus metales in dictis literis privilegialibus annotati capituli Castriferrei per ipsum Jacobum inibi in specie exhibendis contentas et conscriptas a parte dicte possessionis ipsorum in causam attractorum similiter Thofew vocate reambulent et ubique signis metalibus consignent,

demum vero predictam possessionem Toufeu ipsorum in causam attractorum iuxta demonstracionem eorumdem vel legitimi ipsorum procuratoris a parte dictarum possessionum Toufeu alio nomine Teutes et Barlafelde ipsius actoris modo simili reambulent et signis metalibus consignent, et si ipse partes in huiusmodi earum reambulacionibus et metarum demonstracionibus concordes fuerint et sibi invicem non contradixerint, extunc cuilibet parti ius suum possessionarium novis metis distingendo statuat et relinquat in perpetuum possidere et habere, partibus autem in premissis discordantibus, particulam terre litigiosam inter demonstracionem parcium in lite remanentem, visa sui qualitate quantitate fructuositate utilitate et valore, regali mensura mensurando vel visu considerando, deum habendo pre oculis, unacum aliis probis viris estiment regni consvetudine requirente, ibidem eciam id que parcium in dominio dicte terre litigiose sit et existat, videant conspiciant et diligenter intueantur; et post hec ipsius possessionarie reambulacionis, metarum demonstracionis, consignacionis statucionis revisionis et estimacionis seriem, prout fuerit expediens, ad octavum diem dictarum octavarum sancti Jacobi nobis amicabiliter rescribatis. Datum in Wissegrad, sedecimo die termini prenotati, anno domini M° CCC° LXXX° secundo.

Zárlatán pecsét maradványaival; eredetije a gr. Festetics cs. ltárában Keszthelyen. Zaladien. 45. *c*. Nagy Imre.

60. *A zalavári convent előtt Vindornyalaki László, Pető és Beed fiai, Marczal máskép Beedfölde nevű pusztájukat, a felsorolt határok között, Szenterzsébeti Miklós fiának Jánosnak eladják. 1382. máj. 26.*

Omnibus Christi fidelibus tam presentibus quam futuris, presencium noticiam habituris, conventus monasterii beati Adriani martiris de Zala, salutem in salutis largitore. Ad universorum noticiam tam presencium quam futurorum harum serie volumus pervenire, quod Emericus, Benedictus et Michael filii Ladislai, Georgius filius Petew, et Benedictus filius Beed de Lak iuxta Vinderna ab una, parte vero ex altera Johannes filius Nicolai de Zenth-Ersebet coram nobis

personalite reconstituti, per eosdem Emericum, Benedictum et Michaelem filios Ladislai, Georgium filium Petew et Benedictum filium Beed confessum extitit oraculo vive vocis eorum pariter et relatum in hunc modum, quod ipsi pro quibusdam necessitatibus ipsorum ad presens ipsos urgentibus evitandis, quoddam predium seu terram ipsorum Marzal vocatum alio nomine Beedfelde, predicto Johanni filio Nicolai, et suis heredibus, heredumque suorum successoribus, pro quinquaginta marcis denariorum viennensium plene ab eodem habitis et receptis, vendidissent et vendiderunt nostri in presencia; cuius quidem predii seu terre mete hoc ordine haberentur: quod prima meta inciperetur a parte meridionali iuxta quandam viam venientem de villa Myhalfalua, et euntem ad villam Zenthmarton, penes quam esset una meta terrea separans a parte occidentali prescripte possessioni Myhalfalua, a parte vero orientali predicte terre Marzal, et in eadem via transiret versus aquilonem, et veniret ad aliam viam magnam venientem de dicta Zenth-Ersebeth et euntem ad Vasarhel, inde in eadem via flecteretur ad orientem, et transiret usque quasdam terras arabiles Kalmanfelde appellatas, que essent nobilium de dicta Mihalfalua, ubi esset una meta terrea, abinde vergeretur ad meridiem inter terras arabiles et feneta usque quandam arborem salicis, inde ad eandem plagam transiret ad magnam viam venientem de villa Wy-Bech et transeuntem ad dictam possessionem Vasarhel, et saliendo ipsam viam ad eandem plagam perveniret ad aliam viam vertentem de dicta Mihalfalua et transeuntem ad eandem possessionem Zenthmarton, in qua via flecteretur ad occidentem et transiret usque priores metas, ibique terminaretur. Assummentes eundem Johannem et suos successores ab omnibus lite mediante inquietare volentibus propriis laboribus et expensis defensare. Cui quidem vendicioni et perpetuacioni Nicolaus filius Ladislai de Zenthgyrolth, Stephanus filius Thome de dicta Myhalfalua et Johannes filius Bersadia de prescripta Zenth-Ersebeth similiter coram nobis personaliter astantes consensum benivolum prebuerunt et assensum. In cuius rei memoriam, perpetuamque firmitatem, presentes concessimus literas nostras

privilegiales, pendentis et autentici sigilli nostri munimine roboratas. Datum feria secunda proxima post festum beati Urbani pape, anno domini Millesimo CCC° LXXX° secundo.

Hártyán, ép függő pecséttel; eredetije a gr. Festetics cs. levéltárában, Zalad. 45. Ugyan ott megvan Zsigmond király meghagyására a zalavári conventnek a beiktatásról szóló jelentése 1389. évről. Zaladien. 48. Nagy Imre.

61. *Az alispán és szolgabírák bizonyítják, hogy Asztalnok András panaszára Dörögdi Istvánt és Pabari István özvegyét, a Lesencze folyónak a panaszos malmáról történt elvezetése miatt intették. Tapolcza, 1382. jun. 11.*

Nos magister Nicolaus filius Petri de Zamarfelde vicecomes in persona magistri *(így)* filii Stephani de Gara comitis Zaladiensis et iudices nobilium eiusdem comitatus memorie commendamus, quod constitutus coram nobis magister Andreas Aztalnak dictus filius Nicolai et proposuit per hunc modum, quod Stephanus filius Stephani de Dered *(így)* ac domina coniunx magistri Jacobi filii Pauli, Stephani filii Johannis relicta de Pabar, fluvium Lesenche qui incidit metam inter ipsos, de proprio meatu ad alienum meatum recipere fecissent ad pertinenciam magistri Andree, super quo nostrum postulans hominem ad inquisicionem sue veritatis eciam ad prohibendum homines de Pabar ab utensione pratum memoratum, silvarum et omnium pertinencium ad eundem Andream; nos vero Johannem filium Demetrii de Ded, qui pro tunc extitit in figura comitis, ad premissa duximus exequenda, similiter Bede filium Luce nobilem de Vsa; qui demum exinde ad nos reversi retulerunt concorditer viva voce, quod ipsi feria quarta proxima post festum Penthecosten illic accessissent, ibi predictum fluvium ad meatum alienum permissum vidissent propriis luminibus sic fuisse ut propositum extitit per eundem magistrum Andream de Vsa, eciam predictam prohibicionem fecissent contra hospites de Pabar. Datum in Tapolcha, in die sancti Barnabe apostoli, anno domini M° CCC° LXXX° secundo.

Hátlapján három pecsét nyomaival; eredetije a gr. Festetics cs. ltárában, Zaladien. 45. *a.* Nagy Imre.

62. *Garai Miklós nádor Kökényesi Miklós és Lukács fiainak, Hahóthi Miklós, Sárhidai Fodor, Szentbalázsi Sebestyén és Tófői András elleni perét elhalasztja. Visegrád, 1382. oct. 13.*

Nos Nicolaus de Gara regni Hungarie palatinus et iudex comanorum damus *(így)*, quod causam quam Bartholomeus et Laurencius filii Nicolai de Kekeneus, Petrus et Johannes filii alterius Nicolai, Blasius et Stephanus filii Lucasii de eadem, pro quibus Jacobus filius Myke cum procuratoriis literis conventus Zaladiensis constitit, contra Ladislaum filium magistri Nicolai filii Nicolai et Nicolaum filium Laurencii de Haholth, Johannem dictum Fodor de Sarhyda, Jacobum filium Petri de dicta Kekeneus, Sebastianum filium Nicolai de Sancto-Blasio, Ladislaum et Nicolaum filios Andree de Thofew, pro quibus Michael filius Nicolai cum procuratoriis literis dicti conventus comparuit, iuxta continenciam priorum literarum nostrarum prorogatoriarum in octavis festi beati Michaelis archangeli in facto quorumdam iudiciorum movere habebant coram nobis, de parcium procuratorum voluntate ad octavas festi beati Georgii martiris nunc venturas duximus prorogandam, presentes autem propter absenciam magistri Bakou prothonotarii nostri et sigillorum nostrorum erga ipsum habitorum sigillo eiusdem fecimus consignari. Datum in Wyssegrad, octavo die termini prenotati, anno domini M° CCC° LXXX° secundo.

Zárlapján viasz-pecséttel; eredetije a Kisfaludy cs. levéltárában. Nagy Imre.

63. *Mária királyné Séd nevű birtokot Hobaji Lőrincz fia László nak és Arácsi Ágoston fia Zsigmondnak adományozza. Buda, 1382. dec. 28.*

Nos Maria dei gracia regina Hungarie Dalmacie Croacie etc. memorie commendamus per presentes, quod fidelis noster Ladislaus filius Laurencii de Hobay ad nostre serenitatis accedens presenciam, propositis suis fidelitatibus et serviciis, quandam possessionem Seed vocatam, in comitatu Zaladiensi existentem, asserens eam condam Stephani dicti de Seed hominis absque heredibus ab hac luce decessi pre-

fuisse, et ex hoc iuxta approbatam regni nostri legem manibus nostris regalibus fore devolutam et nostre collacioni pertinere, a nobis sibi, item Laurencio filio Georgii fratri suo, nec non Sigismundo filio Augustini de Araach et nobilibus dominabus Elizabeth et Barbara nuncupatis sororibus eiusdem condam Augustini, proximis suis, dare et conferre perpetuo postulavit. Nos itaque consideratis fidelitatibus et serviciis ipsius Ladislai quibus idem olim serenissimo principi domino Lodovico regi Hungarie Polonie Dalmacie etc. genitori nostro karissimo felicis recordacionis et tandem eodem nutu divino mediante absque heredum masculinorum solacio ab hac luce decesso, nobisque ex hoc iure geniture ad solium ipsius regni nostri Hungarie, uti filius masculinus ipsius genitoris nostri transcendentibus et sceptrum regiminis eiusdem regni gubernantibus, iuxta posse studuit et adhuc anhelat complacere, ad ipsius humilem supplicacionis instanciam premissam, possessionem Seed vocatam in dicto comitatu Zaladiensi habitam, cum omnibus suis utilitatibus et pertinenciis universis, sub eius veris metis et terminis antiquis, quibus per prefatum condam Stephanum priorem suum possessorem habita extitit et possessa, nove donacionis nostre titulo, et omni eo iure quo ad nostram spectat collacionem, eisdem Ladislao filio Laurencii, item Laurencio filio Georgii fratri suo, nec non Sigismundo filio Augustini de Araach ac nobilibus dominabus Elizabeth et Barbara appellatis sororibus eiusdem condam Augustini, cognatis suis, ipsorumque heredibus et posteritatibus universis, dedimus donavimus et contulimus, imo damus donamus et conferimus iure perpetuo et irrevocabiliter, sub mere nobilitatis titulo possidendam tenendam et habendam, sine tamen preiudicio iuris alieni, presentes eciam in formam nostri privilegii redigi faciemus dum nobis fuerint reportate. Datum Bude, in festo beatorum Innocencium martirum, anno domini M° CCC° LXXX° secundo.

Hártyán, belől a pecsét alatt «relacio Johannis filii condam Nicolai bani de Lyndua». Eredetije a N. Muzeumban. Nagy Imre.

64. *Szécsi Miklós ítélete néhai Pezei János fia Miklós birtoka iránt, Miklós szepesi prépost és Pezei János özvegye s leánya Agatha közt folyt perben. Visegrád, 1383. máj. 16.*

Nos comes Nicolaus de Zeech iudex curie serenissime principis domine Marie dei gracia inclite regine Hungarie Dalmacie Croacie etc. memorie commendantes tenore presencium significamus quibus expedit universis, quod cum honorabilis vir dominus Nicolaus prepositus ecclesie Scepesiensis, secretarius cancellarius dicte domine Marie regine, nobiles dominas relictam condam Johannis filii Iwanka de Pezey et alteram dominam Agatha vocatam filiam eiusdem Johannis, ob contradictoriam inhibicionem statucionis possessionariorum iurium Nicolai filii dicti Johannis in dicta Peze vocata habitorum, eidem per condam serenissimum principem dominum nostrum Lodovicum regem Hungarie felicis recordacionis, nove sue regie donacionis titulo perpetuo datorum per ipsumque recaptivatorum, regiam in presenciam ad octavas diei medii Quadragesime proxime preteritas in causam attraxisset, tandem ipsis octavis instantibus, Marco literato pro ipso domino Nicolao preposito cum procuratoriis literis reginalibus nostri in presencia astante, ac racionem premisse prohibicionis per ipsas dominas assignari postulante, Ladislaus filius Stephani pro ipsis nobilibus dominabus cum procuratoriis literis capituli ecclesie Wesprimiensis in nostram veniendo presenciam, et dicta iura possessionaria eisdem nobilibus dominabus efficacium instrumentorum titulis pertinuisse et pertinere allegans, ad exhibicionem eorumdem dilacionis terminum a nobis pecierat deputari; et cum nos *(igy)* eisdem nobilibus dominabus ad exhibicionem preallegatorum suorum instrumentorum octavas festi beati Georgii martiris tunc venturas pro termino nostra iudiciaria sentencia deputasset, tandem ipsis octavis festi beati Georgii martiris instantibus, prefatus Marcus literatus pro preallegato domino Nicolao preposito cum procuratoriis literis regalibus in figura nostri iudicii comparendo, volens predicta iura possessionaria dicti condam Nicolai filii Johannis filii Iwanka eidem domino preposito per premissam regiam clemenciam per-

petuo datam fore declarare, quasdam literas iamdicti domini nostri Lodovici regis patentes, maiori sub sigillo consignatas, in villa Gradnazenthmiklos, in vigilia festi beati Laurencii martiris in anno proxime transacto confectas nobis presentavit declarantes, quod idem dominus noster Lodovicus rex consideratis fidelitatibus et fidelium serviciorum meritis antefati honorabilis viri domini Nicolai tunc Chasmensis nunc vero Scepusiensis ecclesiarum prepositi fidelis et dilecti secretarii cancellarii sui, omnes et singulas porciones possessionarias olim Nicolai filii Johannis filii Iwanka in possessione Noztre alio nomine Chopak et terra Peztelek vocata in comitatu Wesprimiensi habitas, racione sine herede decessionis dicti Nicolai filii Johannis, in ipsum dominum nostrum regem ut dictum fuisset devolutas, ex eoque iuri regis et collacioni eiusdem spectantes, eidem domino Nicolao preposito et per eum Augustino fratri ac nobilibus dominabus Elizabeth et Barbara sororibus suis, eorumdemque Augustini et nobilium dominarum heredibus et successoribus universis, cum omnibus earum utilitatibus et pertinenciis quibuslibet nove sue regie donacionis titulo in perpetuum dedisset et donasset. Quibus exhibitis, premissa per annotatas nobiles dominas exhibere assumta instrumenta per easdem exhiberi postulavit coram nobis, quo audito Ladislaus filius Stephani pro ipsis nobilibus dominabus cum procuratoriis literis sepefati capituli Wesprimiensis in nostram exurgendo presenciam, pro ipsis per ipsas dominas exhibere assumtis instrumentis, quasdam literas privilegiales condam comitis Pauli olim similiter iudicis curie regie, sedecimo die octavarum festi beati Jacobi apostoli in anno domini M° CCC° tricesimo nono emanatas, nostrum produxit in conspectum, declarantes inter alia, quod cum Andreas filius Nicolai de Saag venator condam domini Karoli regis, in persona ipsius regie maiestatis Johannem filium Pauli de Wesprimio ob cõntradictoriam inhibicionem statucionis quarumdam trium porcionum possessionariarum condam Chepani, Leustacii et Andree hominum ut dictum fuisset sine herede decedencium, in possessione Pezey habitarum, in presenciam dicti comitis Pauli in causam attraxisset, tandemque dicto Johanne filio Pauli

medio tempore ab hac luce decesso ac Johanne filio Iwanka in presenciam iamdicti comitis Pauli exurgente, seque prefato Johanne filio Pauli iam defuncto patruelis fraternitatis modo annexum fore, et ipsas porciones possessionarias condam Chepan, Leustachii et Andree eidem Johanni filio Pauli fratri suo patrueli et per consequens sibi vigore instrumentorum pertinuisse et pertinere allegante, ac ad exhibicionem eorumdem terminum dilacionis ab eodem comite Paulo deputari postulante, cum idem comes Paulus ad producendum ipsa instrumenta terminum congruentem eidem assignasset, ipso termino adveniente et prefato Andrea filio Nicolai de Saag venatore dicti domini nostri regis pro eodem cum procuratoriis literis eiusdem coram ipso comite Paulo astante, sepefatus Johannes filius Iwanka in presenciam eiusdem comitis Pauli exurgendo, eidem quasdam privilegiales et patentes literas memorati capituli Wesprimiensis, anno domini M° CC° LX° nono confectas eidem demonstrasset, in quibus idem comperisset contineri, quod primo Petrus filius Bator bysseni de Tynoud coram dicto capitulo Wesprimiensi personaliter comparendo, porcionem suam quam habuisset in terra comitis Andree de Pezey, racione quarte domine matris sue filie videlicet predicti comitis Andree, Genuru nomine, consencientibus et permittentibus Floriano et Barlaba filiis Galli de eadem Pezey, vendidisset Petro Paulo et Stephano filiis Geruasii de Wesprimio, generacionibus scilicet dicti Johannis filii Iwanka pro tribus marcis ab eisdem plene receptis perpetuo possidendam, demum iidem Florianus et Barlabas filii Galli in presenciam eiusdem capituli Wesprimiensis comparendo, prefatos Petrum Paulum et Stephanum filios Geruasii de Wesprimio, cognatos eorum, super terris per eos in satisfaccionem dotis domine matrone relicte comitis Andree de eadem assignatis, personaliter ipsa domina comparente ac vendente, necnon et super aliis terris racione quarte domine Dominice matris eorumdem ac domine Genuru matertere eorum de terris dicti comitis Andree eisdem debitis, que omnia intra metas inferiores ville Pezey includerentur et quedam cum eis et cum aliis communiter haberentur, simul cum terris emticiis eiusdem Andree que in loco Zeulo-

torlo vocato existerent numero ad sexaginta tria iugera vel paulominus, volentibus eciam aliis vicinis et commetaneis, maxime illorum quorum interesset propter cognacionis et consanguineitatis ac proximitatis tamquam veros et legitimos successores et proprias eorum personas in corporalem possessionem earumdem recipientes perpetuam solenniter introduxissent; postmodum iidem Florianus et Barlabas filii Galli de Pezey coram iamdicto capitulo Wesprimiensi personaliter constituti, terras ad quas prelibatos Petrum Paulum et Stephanum filios Geruasii de Wesprimio ut premittitur introduxissent, sicut in dicto privilegio contineretur, ac eciam quasdam particulas nemoris in eadem Pezey existentes, quas ex gracia eisdem se dixissent contulisse, retulissent existere in his locis : videlicet in loco qui dicitur Huzzewegh, essent quinquaginta quinque iugera terrarum arabilium et protenderetur versus orientem ad viam per quam venitur de Zabazou, et in fine haberet metam sub arbore piri, et ultra viam esset meta terrea de Zubadi, a parte vero septemtrionali essent ipsi idem Florianus et frater suus commetanei, a parte vero meridionali esset vicina terra ecclesie beate Marie Magdalene de Wrs, item in alio loco qui dicitur Nogtelek, essent octo iugera terrarum arabilium vulgariter Labaslegh iacencia, item in fine eiusdem terre Nogtelek vocate ultra viam per quam itur de Paloznuk in Zabadi, essent duodecim iugera terrarum, que protenduntur ad montem qui vulgo vocatur Pippaharaztya, ubi virgulta que essent in fine terrarum eorumdem Floriani et Barlabe, eisdem filiis Geruasii dixissent se pacifice relinquise, item apud ecclesiam sanctorum Cosme et Damiani essent duo iugera terrarum, super quibus medietas ipsius ecclesie esset constructa, item ultra magnam viam per quam itur ad Palaznak, ex parte occidentis essent quatuor iugera terrarum in loco vulgariter Fenees nuncupato, item in valle Noguelg vocata essent quatuor iugera terrarum, quibus ex parte silve Kerch comes Mathias de Wrs vicinaretur, et in latere earumdem terrarum a parte occidentis esset silva divisa in tres partes, quarum parcium media pars pertineret ad terras supradictas, item in monte Bordachege vocato haberetur silva communiter cum ipsis filiis

Geruasii possidenda, item in nemore in quo oritur aqua currens versus Balatinum per vallem Wrs, iidem filii Geruasii tantam haberent porcionem, quantam alii quibus pertineret ipsum nemus, item in loco Serw vocato essent quatuor iugera terrarum, et hec omnia essent in quartam supradictam assignata; preterea essent a domina matrona eisdem filiis Geruasii vendita et concessa: videlicet fundus curie, usus dolabri, pascua pecorum, item a monte Leshegh vocato usque viam magnam per quam itur de Pezey in Wrs, essent sex iugera terrarum arabilium et fimatarum et in fine earumdem terrarum ultra eandem viam ex parte occidentis usque puteum Alasonkuta vocatum essent novem iugera terrarum similiter fimatarum, item in loco Soru vocato essent sex iugera terrarum fimatarum, quas distingeret ex parte orientis via per quam itur de Wrs in Fayz, et ex parte occidentis distingeret via per quam itur in Palaznak, item in puteo Mosoukuth vocato essent quatuor iugera terrarum, quarum finis protenderetur ad viam, per quam itur in Fayz supradictam, item prope locum ubi Welermerius piscinam habuisset, esset unum iuger terre et dimidium utilis pro canapis seminandis, cuius finis protenderetur ad piscinam memoratam, item prope villam Pezey ultra viam, per quam itur de Wrs in Wesprimium, essent quatuor iugera terrarum fimatarum quarum finis protenderetur ad occidentem ad terras Floriani et Barlabe predictorum; in fundo eciam comitis Andree curie predicti, cum terra arabili, essent sex iugera terrarum, et sic distincciones predictarum terrarum terminarentur. Unde quia prefatus Johannes filius Iwanka eosdem filios Geruasii, in quibus predicte terre pertinuisse videbantur, viam universe carnis ingressos fore, ipsasque terras racione generacionis qua cum ipsis filiis Geruasii fuisset annexus sibi pertinere astruxisset, idemque Andreas procurator dicti domini regis contra formam predictarum literarum privilegialium et patencium ad requisicionem eiusdem comitis Pauli iuridicam in nullo se contradicturum fore retulisset, pretactus eciam Johannes filius Iwanka plura instrumenta, quibus mediantibus porciones dictorum Chepani et Leustachii in eadem Pezey habite sibi pertinere dignoscebantur,

se non habere, nec exhibere posse indicasset, ideo idem comes Paulus predictas porciones, que condam Andree de Pezey fuissent, prefato Johanni filio Iwanka, alias vero prelibatas porciones condam Chepani et Leustachii in eadem Pezey habitas, predicto domino nostro regi sine preiudicio iuris alieni adiudicasset, eisdem modo et ordine in eisdem literis declaratis statui fecisset. Quarum quidem literarum per utrasque partes productarum exhibicionibus factis ac visis et perlectis continenciis earumdem, licet annotatus condam Lodovicus rex ad supplicacionem dicti domini prepositi dicta iura possessionaria prefati condam Nicolai filii Johannis filii Iwanka in dicta Pezey habita, mediantibus predictis literis suis in perpetuum eidem contulerit, tamen quia predicta iura possessionaria ipsius condam Nicolai filii Johannis filii Iwanka in dicta Pezey habita, in superioribus nominatim nominata, in forma iudiciaria ipsius comitis Pauli iuridice reoptenta, predecessores ipsius Nicolai et per consequens eundem titulo emcionali attingere ex premissis apparebant, et ex eo eadem iura possessionaria in predicta possessione Pezey existencia, et in predictis literis ipsius comitis Pauli singillatim et distinctim nominata et expressa in prefatas nobiles dominas, relictam videlicet et filiam dicti Johannis filii Iwanka devolvi et redundari debere, et premisse regie collacioni in nullo attinere debere cernebatur, pro eo prelatorum et baronum ac nobilium regni nobiscum in iudicio adherencium moderativo inducti consilio, premissa iura possessionaria dicti Johannis filii Iwanka et per consequens predicti Nicolai filii eiusdem in dicta possessione Pezey habita, eisdem nobilibus dominabus, relicte videlicet et filie eiusdem Johannis earumdemque heredibus et posteritatibus universis, racionibus ex prescriptis in perpetuum adiudicavimus et committimus possidere, tenere, pariter et habere, nostra iudiciaria auctoritate mediante, sine preiudicio iuris alieni. In cuius rei memoriam firmitatemque perpetuam, presentes eisdem nobilibus dominabus, relicte videlicet et filie dicti Johannis, literas nostras privilegiales pendentis et autentici sigilli nostri munimine roboratas duximus concedendas. Datum in Wissegrad, sedecimo die octavarum festi beati

Georgii martiris predictarum, anno domini M° CCC° LXXX° tercio.

A veszprémi káptalannak 1383-ban «Agatha vocata filia Johannis filii Iwanka de Chopak consors Ladislai filii Stephani de Kwagowrs» kérésére kiállított átiratából, melynek eredetije megvan Körmenden, a hg. Batthyány cs. ltárában. Véghely D.

65. *Erzsébet anyakirályné a zalavári conventet kiküldi, hogy Csabi László leányát Margitot, Csab, Rendek és Görbő nevű birtokaiba iktassa be. Buda, 1383. jul. 13.*

Elizabeth dei gracia regina Hungarie Polonie Dalmacie etc. fidelibus suis conventui ecclesie Zaladiensis, salutem et graciam. Dicitur nobis in persona nobilis domine Margareta vocate filie Ladislai filii Ladislai de Chab, quod ipsa in dominium universarum porcionum possessionariarum dicti Ladislai patris sui in possessionibus Chab predicta necnon Rennuk et Kwrbeu vocatis in comitatu Zaladiensi existencium *(igy)*, ipsam nove nostre prefeccionis titulo tangencium, legitime vellet introire, super quo fidelitati vestre firmiter precipiendo mandamus, quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio fidedignum, quo presente Anthonius dictus Gerfas vel Franciscus frater eiusdem de Deregd aut Andreas filius Laurencii de Kapuch aliis absentibus, homo noster, ad facies predictarum porcionum possessionariarum annotati Ladislai in predictis possessionibus Chab, Rennuk et Kwrbeu vocatis habitarum, vicinis et commetaneis earumdem universis inibi legitime convocatis et presentibus accedendo, introducat predictam nobilem dominam Margaretam in dominium earumdem, statuatque easdem cum omnibus ipsarum utilitatibus et pertinenciis universis, eidem nobili domine Margarete premisso perfeccionis *(igy)* iure *(igy)* titulo incumbenti perpetuo possidendas, si non fuerit contradictum, contradictores vero si qui fuerint, citet ipsos contra annotatam nobilem dominam Margaretam, nostram in presenciam ad terminum competentem, racionem contradiccionis eorum reddituros; et post hec ipsarum introduccionis et statucionis seriem cum nominibus contradictorum et citatorum, si qui fuerint, terminoque assignato, nobis fideliter rescibatis. Datum

Bude, in festo beate Margarete virginis et martiris, anno domini M° CCC° LXXX° tercio.

A zalavári conventnek 1383-ban kelt s a gr. Festetics cs. keszthelyi ltárában őrzött eredeti jelentéséből; Zaladien. 9. Nagy Imre.

66. *Mária királyné Sehter és Cheztue nevű zalavári várbirtokokat Szécsi Miklós országbírónak adományozza. Diósgyőr, 1383. aug. 7.*

Nos Maria dei gracia regina Hungarie Dalmacie Croacie etc. memorie commendamus per presentes, quod fidelis noster baro magnificus vir Nicolaus de Zeech iudex curie nostre, ad nostre serenitatis accedens conspectum, propositis suis fidelitatibus et serviciis, quasdam possessiones sive terras Sehter et Chezthue vocatas in comitatu Zaladiensi existentes, asserens eas quorumdam hominum castrensium proclamatorum castri Zaladiensis sine heredibus defunctorum olim prefuisse, et ex hoc iuxta approbatam regni nostri consvetudinem manibus nostris reginalibus fore devolutas nostreque spectare collacioni, a nobis sibi dari et conferri perpetuo postulavit. Nos itaque recensitis fidelitatibus et fidelium obsequiorum laudedignis meritis ipsius Nicolai de Zeech iudicis curie nostre, quibus idem primitus olim serenissimo principi domino Lodovico regi Hungarie etc. genitrici nostro karissimo beate recordacionis et tandem eodem nutu divino mediante absque heredum solacio masculinorum ab hac luce decesso nobisque ex hoc iure geniture ad solium ipsius regni nostri Hungarie uti filius masculinus dicti condam genitoris nostri transcendentibus et sceptrum regiminis eiusdem regni nostri gubernantibus cum omni fidelitatis aviditate studuit et adhuc anhelat intrepide complacere, ad ipsius humilem supplicacionis instanciam premissas possessiones sive terras Sehter et Chezthue nuncupatas in dicto comitatu habitas, ubi eedem ex casu premisso nostre spectant provisioni, cum omnibus suis utilitatibus et pertinenciis universis, sub earum iustis metis et antiquis, quibus hactenus habite extiterunt et possesse, nove donacionis nostre titulo et omni eo iure si quo ad nostram pertinent provisionem, eidem Nicolao de Zeech iudici curie nostre et per eum ipsius heredibus et posteritatibus universis, de consensu et beneplacita voluntate serenis-

sime principis domine Elizabeth eadem dei gracia regine Hungarie Polonie Dalmacie etc. genitricis nostre karissime, dedimus donavimus et contulimus, imo damus donamus et conferimus iure perpetuo et irrevocabiliter, sub mero et sincero nobilitatis titulo possidendas tenendas et habendas, sine tamen preiudicio iuris alieni; presentes eciam sub magno nostro sigillo dare faciemus dum nobis fuerint reportate. Datum in Dyosgeur, feria sexta proxima ante festum beati Laurencii martiris, anno domini M° CCC° LXXX° tercio.

Hártyán, nyílt alakban, belől veres gyűrű-pecséttel s alatta e szavakkal: «relacio domini Valentini episcopi Quinqueecclesiensis»; eredetije a hg. Batthyány cs. körmendi ltárában. Nagy Imre.

67. *Mária királyné adománglevele Benedek veszprémi püspök és testvére Bakani György fiai Péter s Jakab és ezek unokaöcscse László veszprémi kanonok részére, a Veszprém vármegyei Dobron vagy másképp Aláson nevű zalavári és szolgagyőri várbirtokról s az ezek mellett fekvő Emsuchfölde nevű soproni várbirtokról. Buda, 1384. mart. 24.*

relacio Valentini episcopi.

Nos Maria dei gracia regina Hungarie Dalmacie Croacie etc. significamus tenore presencium quibus expedit universis m morie commendantes, quod serenissimo principe domino Lodovico premissa dei gracia inclito rege Hungarie Polonie Dalmacie etc. laudende recordacionis, genitore nostro karissimo volente domino celi cuius nutu omnia reguntur et disponuntur, absque prole masculina de medio sublato nobisque iure successorio et ordine geniture solium et coronam dicti regni Hungarie ac sceptra regiminis ipsius genitoris nostri feliciter adeptis, venerabilis in Christo pater dominus Benedictus episcopus ecclesie Wesprimiensis maiestatis nostre adiens conspectum, suis fidelitatibus et fidelium serviciorum meritis, quibus ipse primo dicto excellentissimo principi domino regi Lodovico pio nostro genitori et demum nostre sublimitati, tam fideliter quam ferventer studiosa sollicitudine impensis, propositis et declaratis, nostre humiliter supplicavit maiestati, quod quamvis prescriptus domi-

nus rex Lodovicus genitor noster precarus quandam possessionem nomine terre castri Zaladiensis, Dobron alio nomine Alason in comitatu Wesprimiensi habitam, cuius dominium in maiore parte adeptus esset pacifice de presenti, pro suis fidelium obsequiorum meritis, sibi et per eum Lucasio Petro et Jacobo filiis Georgii de Bakan uterinis ac Ladislao canonico dicte ecclesie Wesprimiensis filio Michaelis scilicet filii eiusdem Georgii patrueli fratribus suis, nove regie donacionis titulo contulisset, tamen quia in eadem possessione Dobron eciam terra castri Zolgagyeriensis mixtum cum terris castri Zaladiensis haberetur, et una particula terre Emsuchfelde vocata iuxta eandem Dobron habita castri Soproniensis fore asseretur, ex eo easdem terras nominibus quibus supra vocitatas, denuo et de novo sibi et predictis suis fratribus dare et conferre dignaremur; nos itaque consideratis et in memoriam revocatis fidelitatibus et fidelium serviciorum laudedignis meritis ipsius domini Benedicti episcopi quibus ipse ut prenarratur, primo dicto domino Lodovico regi nostro genitori et demum nostre celsitudini in cunctis nostris et regni nostri negociis et agendis sibi commissis studuit vitam suam laudabiliter exercendo complacere, premissam possessionem seu terras cum omnibus suis utilitatibus et utilitatum integritatibus ac pertinenciis universis, sub suis veris metis et antiquis quibus per priores suos possessores usa fuit et possessa, omni eo iure quo ad regiam pertinent collacionem, nove nostre donacionis titulo eidem domino Benedicto episcopo et per eum iamdictis Lucasio Petro et Jacobo fratribus suis uterinis ac Ladislao canonico filio Michaelis filii prefati Georgii eorumdemque Lucasii Petri et Jacobi heredibus heredumque ipsorum successoribus et posteritatibus universis, de consensu et beneplacita voluntate serenissime principis domine Elizabeth premissa dei gracia regine iamdictorum regnorum genitricis nostre karissime, dedimus donavimus et contulimus, imo damus donamus et conferimus in his scriptis ab omni servitutis condicione exemtam et semotam, sub mero et sincero nobilitatis titulo perpetuo et irrevocabiliter possidendam et tenendam, salvis tamen iuribus alienis. Datum Bude, feria quinta proxima ante festum

Anuncciacionis beate virginis, anno domini Millesimo tercentesimo LXXX° quarto.

Hártyán, hátlapján a nagy felség-pecsét romjaival s alatta «relacio Valentini episcopi» szavakkal; eredetije a hg. Batthyány cs. körmendi ltárában. Véghely D.

68. *Mária királyné előtt Tamás zengi püspök előterjeszti, hogy Himfi Benedek bolgár bán 1381-ben beteg ágyában Galsa nevű birtokot végrendeletében Anna leányának hagyta. Buda, 1384. jun. 8.*

Nos Maria dei gracia regina Hungarie Dalmacie Croacie etc. memorie commendamus, quod venerabilis in Christo pater dominus frater Thomas episcopus Sceniensis personaliter coram nobis comparendo, dixit et sponte confessus extitit in hunc modum, quod dum vir magnificus dominus Benedictus condam Bulgarie banus, filius Pauli filii Hyem, de anno domini Millesimo CCC° LXXX° primo, in festo beati Galli confessoris in Dyosgeur gravi infirmitate prepeditus, mente tamen per omnia sanus coram ipso utputa tunc confessore suo et aliis quampluribus probis nobilibus viris suum condidisset testamentum, idem condam Benedictus banus inter alias suas testamentarias disposiciones, quandam possessionem suam Galsa vocatam penes fluvium Torna vocatum in comitatu Zaladiensi habitam, cum omnibus suis utilitatibus et utilitatum quarumlibet integritatibus et proventibus, nobili domine Anna vocate filie sue, relicte comitis Ladislai filii Nicolai testamentaliter legavisset tali modo, quod ipsa domina dictam possessionem interim quousque eadem vita frueretur mundiali, cum omnibus predictis suis utilitatibus et proventibus libere possideret, ipsa autem ab hac luce decessa, eadem possessio cum memoratis utilitatibus et proventibus devolveretur ad usum monasterii perpetue, ubi eadem domina sub habitu religioso domino famulari decrevisset. Datum Bude, feria quarta proxima post festum sancte Trinitatis, anno domini Millesimo CCC° LXXX° quarto.

Hártyán, hátlapján a nagy felség-pecsét romjaival; eredetije a hg. Batthyány cs. körmendi ltárában. Véghely D.

69. *Mária királyné Légrád nevű birtokot Somogy vármegyében a Mura folyó mellett, hívének Salamonvári Salamon fiának János csongrádi főispánnak adományozza. Buda, 1384. jul. 19.*

relacio domini fratris Thome episcopi Segniensis.

Nos Maria dei gracia regina Ungarie Dalmacie Croacie etc. memorie commendamus per presentes, quod magister Johannes filius Salamonis de Salamonvara, aule nostre miles et comes Changradiensis, ad nostre serenitatis veniens presenciam, propositis suis fidelitatibus et serviciis, nobis locis et temporibus opportunis exhibitis, quandam possessionem Lewgrad vocatam in comitatu Simigiensi prope fluvium Mura existentem, asserens eam nostre fore et regie collacioni pertinere, sed per quosdam homines, occulte et sub taciturnitatis silencio tamquam iurium regalium celatores, hactenus detinuisse, a nobis sibi dare et conferri postulavit. Nos itaque recordatis premissis fidelitatibus et serviciis eiusdem magistri Johannis, quibus olim serenissimo principi domino Lodovico regi Hungarie etc. genitori nostro carissimo felicis memorie, et tandem eodem nutu divino ab hac luce absque heredum masculinorum solacio decesso, nobisque ex hoc iure geniture ad solium ipsius regni nostri Ungarie, uti filius masculinus dicti olim patris nostri transscendentibus, et sceptrum regiminis eiusdem regni nostri dante domino feliciter gubernantibus, studuit et adhuc anhelat intrepide complacere, premissam possessionem Lewgrad appellatam, in dicto comitatu Simigiensi existentem, omni eo iure et titulo quo ad nostram dinoscitur pertinere collacionem, cum omnibus suis utilitatibus et pertinenciis universis, sub suis veris metis et antiquis, quibus per priores suos successores habita fuit et possessa, eidem magistro Johanni et per eum suis heredibus heredumque suorum successoribus et posteritatibus universis, nove donacionis nostre titulo dedimus, donavimus et contulimus, imo damus, donamus et conferimus, iure perpetuo et irrevocabiliter possidendam, tenendam pariter et habendam, absque tamen preiudicio iuris alieni, harum sub secreti nostri sigilli testimonio literarum, quas in formam nostri privilegii redigi

faciemus, dum nobis fuerint reportate. Datum Bude, feria tercia proxima ante festum beate Marie Magdalene, anno domini Millesimo trecentesimo octoagesimo quarto.

Hártyán, belől pecséttel, a gr. Teleki család gyömrei ltárában ; Pogány csomag. Közölve Pesty Frigyes másolatából.

70. *A zalavári convent bizonyságlevele, hogy Zalamindszent nevü birtokból László fia Pál, unokaöcscsét Demeter fiát Jánost anyai öröksége fejében mi módon elégítette ki. 1385. apr. 21.*

Omnibus Christi fidelibus presentibus pariter et futuris presencium noticiam habituris, conventus monasterii beati Adriani martiris de Zala salutem in omnium salvatore. Cum mundi labilis condicio sit caduca, et geste rei memoria propter vitam brevem hominum caligine oblivionis obfuscata nequeat in evum perdurare, provida mens et sollicitudo adinvenit, ut que in tempore geruntur ne simul labantur cum eodem, literarum testimonio solidentur. Proinde ad universorum noticiam harum serie volumus pervenire, quod Paulo filio Ladizlai de Mendzenth ab una, parte vero ex altera Johanne filio Demetrii de eadem, coram nobis personaliter constitutis, primo propositum extitit per eundem Paulum filium Ladislai vive vocis oraculo, et relatum, ut ipse quartam partem prefate possessionis sue Mendzenth nuncupate, quam partem nobiles domine Katherina filia predicti Ladislai, et Anych ac Elena filie eiusdem domine sororis sue pro quarta filiali habere dinoscebantur, quam idem Paulus a multis temporibus retroactis usus extitisset, predicto Johanni filio Demetrii filio videlicet prescripte domine Katherine nepoti suo, exceptis aliorum filiorum seu filiarum predictarum dominarum remisisset, et resignasset, imo remisit et resignavit eidem nostri in presencia, et per eum suis heredibus ac successoribus universis perpetuo et irrevocabiliter possidendam, tenendam pariter et habendam, nullum ius, nullamve proprietatem amplius in eodem iure quartali pro se ipso reservando, sed omne ius et dominium eiusdem in personam eiusdem Johannis nepotis sui modo infrascripto transferendo; item pro loco sessionali eiusdem Johannis sessionem

condam Ladislai nigri, incipiendo in quadam via, per quam transirent ad magnam silvam, et quandam vallem a parte occidentali usque finem ipsius vie et vallis atque a parte meridionali eiusdem vie usque metam possessionis Hozyufalu appellate, se extendendo habitam situato, eidem Johanni, iuxtaque eandem sessionem a parte orientali duas sessiones populosas, in quibus Dominicus et Mathias pronunc commorarentur, ita tamen, ut retro ipsas duas sessiones quasdam terras arabiles ipse Paulus pro se reservasset, suo usui, eo eciam modo, quod que via in medio predicte sessionis ipsius Ladislai nigri transiret ad ipsam silvam, nunquam eandem ipse Johannes de habitatoribus eiusdem valeat inhibere; item quandam particulam terre retro ortum ipsius Pauli a parte occidentali et quandam viam Kwzepnoghwth vocatam, ac vallem seu fossatum a parte aquilonari, necnon inter quendam montem et arborem nucis, et inter arborem bykfa a parte meridionali usque predictam viam Kwzepnoghwth vocatam a parte orientali similiter se protendentem et existentem, eidem Johanni pro orto suo, tali interposita condicione, ut idem Johannes in ipsa particula terre edificia domorum aliqua facere et edificare non valeat; item de permissorio suo ad latitudinem duorum iugerum et dimidie, iuxtaque idem permissorium duo iugera terre arabilis eidem Johanni, cuius permissorii prima meta sic inciperet: primo super quandam arborem piri, et inde transiret ad quandam arborem ilicis a parte septemtrionali ibique finiretur; iterum in quadam valle Kwngederfeu vocata in fine ipsius vallis in terris arabilibus inciperet in quadam arbore gyurthyanbokor, abhinc transiret ad partem occidentalem ad arborem tilie, et eandem plagam tendendo ad quasdam arbores ilicis cruce signatas numero quatuordecim, abinde similiter ad eandem plagam usque ad metam Sama silve magne seu saltus, cuius latitudo esset usque metas magistri Stephani filii Juachon a parte meridionali; item silvam Bykerdeu inter se sic divisissent: prima meta eiusdem inciperet in valle Geudeur vulgariter vocata a parte septemtrionali iuxta quandam vineam Gechech nuncupatam, perveniret ad arborem ilicis cruce signatam, abhinc ad eandem partem tenderet ad quendam montem et perveniret in cacumine

montis ad arborem ilicis similiter cruce signatam, usque ad magnam silvam ilicis, a parte mete possessionis Pooklos Getye a parte septemtrionali Johanni filio Demetrii predicto, et a parte orientali ipsi Paulo; item montes vinearum modo infrascripto inter se divorciassent: ut supra domum Ormand inchovaretur ubi una via transiret ad partem septemtrionalem, qua via a parte orientali filiis Ormand, et a parte occidentali ipsi Paulo pro meta separaretur, ab ipsa via a parte occidentali secus vineam Nicolai filii Pauli a parte septemtrionali vergeret directe ad plagam occidentalem inter vineam Andree et vineam ecclesie Omnium Sanctorum, quam vineam eidem ecclesie communiter dimisissent; inde similiter directe ad eandem partem occidentalem veniret ad montem, abinde descendendo ad vineam Iuan sclavi, et a parte septemtrionali ipsius vinee perveniret ad quandam vallem Paprad vocatam; inde similiter directe ad partem occidentalem perveniret ad metam predicte possessionis Pookloos Getye, et ibi terminaretur, a parte septemtrionali iamdicto Johanni, a parte vero meridionali ipsi Paulo cessissent, dedissent, annuissent et reliquissent. Item terras arabiles modo infranominato inter se divisissent: incipiendo in magna via iuxta metas dicti magistri Stephani filii Iuachon a parte meridionali infra ipsam viam a parte orientali decem iugera terre arabilis in longitudine trium iugerum terrarum cum diverticulo versus fluvium Zala sepefato Johanni filio Demetrii, et iuxta easdem terras arabiles sex iugera terre similiter arabilis communiter predicte ecclesie Omnium Sanctorum reliquissent, a parte vero septemtrionali ipsi Paulo; necnon prata ipsorum sic inter ipsos divorciassent, quod infra viam magnam foret quoddam pratum a parte fluvii Zala, et de eodem prato ad latitudinem alterum dimidium iugerum terre a parte septemtrionali Johanni filio Demetrii prenotato, et secus ipsum pratum unum iuger terre arabilis loco prati similiter ipsi Johanni a parte septemtrionali; item in eadem via procederet ad partem septemtrionalem usque ad metam Ormand a parte occidentali iuxta metam Ormand cum latitudine quinque iugerum terre arabilis tenderet ad eandem plagam occidentalem ad montem usque fossatum vinee Dominici, ibique terminaretur

a parte septemtrionali iuxta metam predicti Ormand, Johanni prenotato; item in eadem via similiter a parte septemtrionali infra ipsam viam a parte fluvii Zala secus metam predicti Ormand sex iugera terre arabilis Johanni antedicto, adhuc in eadem via ad partem septemtrionalem tendendo veniret ad quandam terram fimatam, que Chamazygethe vocaretur, alio nomine Gybarth nominaretur, cuius terre fimate a parte meridionali terra filiorum Ormand haberetur, ibique sex iugera terre cum eorum latitudine et mensura, in longitudine vero eorumdem usque meatum predicti fluvii Zala vocati videlicet metas predicte possessionis eorum Mendzenth cum fenetis et nemoribus ac virgultis sepedicto Johanni filio Demetrii; item in quadam insula ipsorum unum iuger terre arabilis a parte occidentali cum quarta parte fluvii Zala sepefato Johanni cessissent; super quibus idem Johannes contentus extitisset. Hoc non pretermisso, quod si nutu divino sic disponente ipsum Paulum absque heredum masculini sexus solacio ab hac luce decedere contingeret, extunc ipsa possessio ipsorum Mendzenth tota cum omnibus suis utilitatibus et pertinenciis universis in duas partes coequales dividi debeat et teneatur, cuius una medietas recta et equalis predicto Johanni filio Demetrii cum universis suis utilitatibus et fructibus, utilitatumque et fructuum integritatibus ad eandem medietatem spectantibus, alia vero medietas eiusdem similiter coequalis modo simili cum suis utilitatibus et pertinenciis, filiabus predicti Pauli devolvi debeant et teneantur; exceptis sessione predicti Pauli in qua nunc propriam faceret residenciam, et vinea per ipsum Paulum plantata et comparata, pleno iure; hoc eciam adiecto, ut quandocunque temporis in processu super ipsa possessione aliqualis per aliquos commetaneos eorum et vicinos aut extraneos homines moveretur seu suscitaretur, extunc ipsi communi expensa et labore eandem defensare et expedire deberent et tenerentur; necnon sepenominatus Johannes filius Demetrii omne onus racione quarte filialis predictarum nobilium dominarum, scilicet matris et sororum suarum super se assumsisset, imo assumsit; et idem Paulus dedit eidem Johanni resignando, annuit et contulit nostri in presencia, et per eum

suis heredibus ac successoribus universis, perpetuo et irrevocabiliter possidere, tenere pariter et habere; hoc eciam interiecto ut si eedem nobiles domine, videlicet mater et sorores predicti Johannis plura iura possessionaria ultra presentem divisionem de eadem possessione Mendzenth habere vellent, extunc sepedictus Johannes improporcionatus sicut homo orbatus suo iure possessionario de eadem possessione Mendzenth exire debeat et teneatur. Item unus locus molendini in facie eiusdem ville Mendzenth haberetur, cuius locus molendini in porcionem dicti Johannis, sed meatus seu cursus aque wlgo Gaath dictus in porcionem ipsius Pauli in ipsa divisione devolvissent, ideo si aliqua parcium predictarum ipsum molendinum reedificaverit, tunc altera pars expensas et labores in edificacione ipsius molendini factas et habitos, parti reedificanti reddere et restituere, et sic in ipsum molendinum suam videlicet porcionem ipse Paulus in tres partes, predictusque Johannes in quartam partem ipsius molendini introire debeat et teneatur; ad que omnia premissa et singula premissorum se partes predicte ultronea coram nobis obligarunt voluntate. In cuius rei memoriam firmitatemque perpetuam presentes eisdem ad peticionem ipsarum parcium concessimus literas nostras privilegiales, pendentis et autentici sigilli nostri munimine roboratas. Datum feria sexta proxima ante festum beati Georgii martiris, anno domini M° CCC° LXXX° quinto. Presentibus vero viris religiosis domino Nicolao abbate et prelato nostro, Wencezlao priore et eodem custode, Wlrico preposito, Georgio procuratore, Johanne cantore, altero Johanne subcustode, et Jacobo celarario, aliisque quampluribus monachis et fratribus in dicto monasterio nostro deo iugiter famulantibus et devote. Datum ut supra.

Hártyán, kerek pecsétje veres selyem zsinóron függ; eredetije a hg. Batthyány cs. körmendi ltárában. Véghely D.

71. *A vasvári káptalan előtt János rajki prépost a prépostság Szent-György nevű birtokát a Mura mellett, Szécsi Miklós bánra és fiaira, öt nehéz márka évi bér fizetés mellett, hűbérképen átruházza.*
1385. máj. 9.

Nos capitulum ecclesie Castriferrei memorie commendamus, quod religioso viro domino fratre Johanne preposito ecclesie beate virginis de Rayk personaliter ab una, item Nicolaus *(így)* filius Michaelis familiare magnifici viri domini Nicolai de Zeech condam regnorum Dalmacie et Crovacie bani pro eodem domino suo cum procuratoriis literis nostris parte ab altera coram nobis constitutis, per eundem dominum Johannem prepositum propositum extitit et relatum ministerio vive vocis, quod quia dicta ecclesia sua desolacionem rupturam et destruccionem pateretur valde magnam, ita quod divina officia in eadem minime querent bono modo celebrari, predictus eciam dominus Nicolaus banus adiutorio proteccione et tutela suis specialibus sibi et dicte sue ecclesie semper astitisset et adesset, possessio vero dicte ecclesie sue Zenthgyurgh vocata, a multis retroactis temporibus semper desolata et depopulata fuisset, in tantum ut ipse et sui predecessores et per consequens dicta sua ecclesia nullum fructum et commodum exinde percipere potuissent, ideo ipse volens utilitati et commodo ipsius sue ecclesie providere et eandem reformare, dictam possessionem suam et ecclesie sue Zenthgyurgh in comitatu Zaladiensi iuxta fluvium Mura existentem, vacuam et habitatoribus destitutam, cum omnibus suis utilitatibus et pertinenciis, videlicet terris, silvis, pratis molendinis piscinis et aliis utilitatum generibus, annotato domino Nicolao bano, ac Johanni, Francisco, Nicolao et Petro filiis eius, ipsorumque heredibus et successoribus universis, titulo feudali dedisset, tradidisset et contulisset, imo dedit et contulit coram nobis, perpetuo et irrevocabiliter possidendam et habendam tali modo, quod iidem domini Nicolaus banus et filii sui ac eorum successores racione feudalis conservacionis dicte possessionis, singulis annis in octavis festi beati Michaelis archangeli, singulas quinque marcas gravis ponderis coram nobis sibi et suis successoribus prepositis persolvere tenerentur; tali condicione mediante, quod si idem dominus banus

et sui heredes ac successores uno anno et secundo post se se sequentibus non solverent pecuniam antedictam, tunc ambobus annis in duplo pecunie non persolute convincerentur eo facto; si vero duobus annis impersolutis precedentibus tercium annum subsequentem insolutum preterirent, tunc dicta possessio in ius et proprietatem ac dominium perpetuum dicti prepositi et sue ecclesie absque omni difficultate et contradiccione aliquali revolveretur ipso facto; asseruit eciam idem dominus Johannes prepositus, quod annotatus dominus Nicolaus banus totalem pecuniam a die emanacionis presencium in subsequentibus decem annis pro feudali conservacione dicte possessionis persolvi debendam, videlicet quinquaginta marcas sibi in recuperacionem et restauracionem dicte sue ecclesie plenarie persolvisset, super quibus ipsos dominum Nicolaum banum et suos filios expeditos reliquisset et commisit nostri in presencia, obligando se idem prepositus et suos successores prepositos, eosdem dominum banum et suos filios ac successores ab omnibus racione dicte possessionis impetere volentibus expedire propriis suis laboribus et expensis, testimonio presencium mediante. In cuius rei memoriam perpetuamque firmitatem presentes concessimus literas nostras privilegiales, pendenti sigillo nostro consignatas medioque alphabeto intercisas. Datum secundo die festi apparicionis beati Michaelis archangeli, anno domini Millesimo CCC° octuagesimo quinto; honorabili viro domino Michaele preposito, viris discretis magistris Petro cantore, Nicolao custode, decanatu vacante, ceterisque canonicis ecclesie nostre existentibus.

Hártyán, hártya-szalagon függő pecséttel; eredetije a herczeg Batthyány cs. körmendi ltárában. Ugyanott megvan a vasvári káptalan levele 1391-ből, mely szerint «dominus frater Dominicus prepositus ecclesie beate virginis de Rayk sua et dicte ecclesie sue conventus» nevében, Szentgyörgy nevű birtokot, melyet előde Szécsi Miklós nádornak átadott, «sub certo pacto» Szécsi Miklós fiainak Jánosnak, Franknak, Miklósnak és Péternek átadja. Nagy Imre.

72. *Mária királyné a székesfehérvári keresztesek conventjét kiküldi, hogy Hobaji Lászlót Manta vagy Mathesháza nevű birtokba iktassa be. Pozsegavár, 1385. máj. 18.*

Maria dei gracia regina Ungarie Dalmacie Crovacie etc. fidelibus suis conventui cruciferorum ecclesie beati regis Stephani de Alba, salutem et graciam, dicit nobis Ladizlaus filius Laurencii de Habay, quod Nicolaus Georgius et Johannes filii magistri Stephani filii Band rufi de Homok-Komar, sibi pro suis serviciis quandam possessionem eorum Manta alio nomine Matheshaza vocatam, in comitatu Zaladiensi habitam, vigore literarum conventus Zaladiensis perpetuo contulissent et asscripsissent, in cuius dominium nunc legitime vellet introire, si per quempiam contradiccio ei non obviaret in hac parte; super quo fidelitati vestre firmiter precipiendo mandamus, quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio fidedignum, quo presente Dominicus filius Laurencii de Syske vel Nicolaus magnus de Bedege aut Demetrius de Baba-Zenthpetur siu Colomanuus filius Cosme de Baach an Laurencius filius Saul de Kwkuch sin Stephanus filius Andree de eadem aliis absentibus, homo noster, ad faciem predicte possessionis vicinis et commetaneis suis universis inibi legitime convocatis et presentibus accedendo, introducat ipsum Ladislaum in dominium eiusdem, statuatque ipsam eidem premisso eo iure quo ad ipsum dinoscitur pertinere perpetuo possidendam, si non fuerit contradictum, contradictores vero si qui fuerint, citet ipsos contra annotatum Ladislaum in nostram presenciam ad terminum competentem, racionem contradiccionis eorum reddituros; et posthec tocius facti seriem ut fuerit expediens, nobis fideliter rescribatis. Datum in Posegauar, in octavis festi Ascensionis, in anno domini Millesimo CCC° LXXX° quinto.

A fehérvári keresztesek conventjének ugyancsak 1385-ben kelt jelentéséből, mely szerint a beiktatás Syskei Domokos kir. ember által Ferencz szerzetes közbenjöttével minden ellenmondás nélkül megtörtént. A convent jelentése eredetben megvan a zalavári convent orsz. ltárában 2532. sz. a. A convent levelének végén megneveztetnek «domino Johanne magistro cruciferorum de Calidis Aquis tutoreque bonorum prioratus Aurane (tehát Horváti János auraniai perjel már

mellőztetett) prelato nostro, Luca vicepriore, fratre Benedicto preceptore, fratre Baudono custode existentibus». Nagy Imre.

73. *A veszprémi káptalan előtt Pécsöli László Kék nevű birtokban a maga részét Heemházi György fiára Lukácsra, ki neki sok jót tett, átruházza. 1386. febr. 10.*

Capitulum ecclesie Wesprimiensis, omnibus Christi fidelibus presentibus pariter et futuris, presencium noticiam habituris, salutem in omnium salutis largitore. Ad universorum noticiam harum serie volumus pervenire, quod Ladislaus filius Johannis filii Alexandri de Pechel nostri in presencia personaliter constitutus, confessus extitit organo vive vocis, ut quia magister Lucas filius Georgii de Heemhaza continuorum iuvaminum frequencia sibi asistens in cunctis necessitatibus suis subveniendo et plurima bona conferendo ipsum indefesse et solerter sublevasset, et per eum sublevari speraret in futurum indubitanter; idcirco ipse in recompensam per prenotatum magistrum Lucam sibi impensorum et temporum futurorum in processu impendendorum, porcionem suam possessionariam totalem in possessione Keyk vocata habitam et existentem, unam videlicet sessionem in fine ville consimiliter Keyk nuncupate, intra metas et terminos metales ipsius possessionis Keyk appellate ex aquilone, penes quandam viam publicam in aliam possessionem Zeuleus nominatam ducentem adiacentem, ad quantitatem scilicet spacii unius iugeris terre coextensam, cum fenili iuxta eandem sessionem ex eadem aquilonis parte habito et existenti, in quo quidem fenili fena ad duas curratas sufficiencia possent procreari, et terris arabilibus numero scilicet viginti duobus, quorum unum secus sessionem predictam, duo circa publicam stratam in civitatem Wesprimiensem ducentem, alia duo in vicinitate vie Kuesuth denominate, cetera duo in loco Humuk appellato prope molendinum filiorum Kathana et una particula fenili similiter in eodem loco existenti, reliqua vero duo penes fontem Gudekutha dictum haberentur, item tria secus viam Keykyhalazuth denominatam, unum in loco Erezthuenalya vocitato, duo in loco Popzyly dicto, duo in loco Gyungyus appellato, duo in loco Barychka

vocitato, unum in loco Rethyzeuleu nuncupato, et unum iuxta rivulum de fonte Retykwth dicto manantem et descendentem, cetera autem duo in loco Kulgeth vocitato adiacerent, cum ceteris omnibus eiusdem porcionis sue possessionarie utilitatibus et utilitatum integritatibus, quocunque nominis vocabulo vocitatis, eidem magistro Luce et per ipsum suis heredibus heredumque suorum successoribus perpetuo iure et irrevocabili federe tenendam possidendam pariter et habendam dedisset contulisset et donasset, prout eciam dedit contulit et donavit coram nobis presencium testimonio mediante, se ipsum et suos heredes ac hereditarios eorumdem heredum suorum successores a porcione sua possessionaria predicta et eiusdem particulis quibuslibet penitus et per omnia excipiendo, imo totum ius et omnem iuris proprietatem, quod et quam in dicta porcione sua possessionaria totali habuisset et haberet, in eundem magistrum Lucam et alios quos supra, transtulit nostri in presencia roboramine presencium mediante. Datum quarto idus mensis Februarii, anno domini M° CCC° octuagesimo sexto. Actum per manus discreti viri magistri Georgii lectoris ecclesie nostre predicte, honorabilibus et discretis viris domino Ladislao preposito, magistro Georgio cantore et domino Stephano custode ac magistro Michaele decano ecclesie nostre prenotate existentibus.

Hártyán, hártyaszalagon függött pecsét nyomaival; eredetije a hg. Batthyány cs. körmendi ltárában. Véghely D.

74. *Zsigmond király Bezzegd és Beken nevű birtokokat Rajky György fiának Istvánnak, udvari jegyzőjének adományozza. Buda, 1387. apr. 24.*

propria commissio domini regis.

Nos Sigismundus dei gracia rex Hungarie Dalmacie Croacie etc. ac marchio Brandemburgenis etc. memorie commendantes tenore presencium significamus, quibus expedit universis, quod nos pro fidelitatibus et fidelibus multimodis serviciis et sinceris complacenciis magistri Stephani literati filii Georgii de Rayk, notarii curie fidelis nostre maiestatis, quibus ipse a iuvenili sua teneritate usque pre-

sentem provectam eius etatem serenissimis principibus et dominis, primarie Lodovico regi patri et socero, ac Elysabeth consorti eiusdem matri et socrui, felicium recordacionum, ac Marie nate ipsius conthorali nostris karissimis reginis dicti regni Hungarie inclitis, in curia regali, in arte notariatus et ceteris plerisque virtuosis obsequiis, commodum et quietem ipsarum regalium et reginalium maiestatum regnicolarumque earumdem clare concernentibus, sudorosos labores indefesse supportando, postremoque nobis domino opitulante sacrum regium dyadema solium et regimen dicti regni Hungarie, cum solita ingenti sollennitate, enactis et adeptis, iuxta nostri cordis nutum et voluntatis libitum nostre studuit possetenus clare et in futurum anhelat complacere maiestati, quasdam possessiones Bezegd intra fluvios Kanisa et Pyliske vocatos ac Beken appellatas, in comitatu Zaladiensi existentes, contiguaque commetaneitate annotate possessioni Rayk nuncupate uti dicitur annexas, per condam Petrum filium Nicolai de eadem Rayk, hominem sicuti didicimus absque heredibus decessum, usque vite sue exterminium legitime possessas, ex eoque iuxta regni nostri ritum ad manus nostras regias pleno iure devolutas, memorato magistro Stephano et per eum Benedicto, Petro et Dominico carnalibus, ac Thome filio Thome patrueli fratribus suis, ipsorumque heredibus et cunctis superstitibus, simul cum universis ipsorum utilitatibus, scilicet terris, pratis, silvis, nemoribus, aquis, et eorumdem obvencionibus, necnon ceteris quibuslibet commoditatum integritatibus et pertinenciis, sub suis veris et veteribus metis, per condam ipsum Petrum hactenus rite possessis, mera nostre regie maiestatis plenitudine et ex certa sciencia, nove nostre donacionis titulo, et omni eo iure quo eedem nostre de iure incumbunt collacioni, dedimus, donavimus et in evum contulimus, imo damus, donamus et effective conferimus, per eos eorumque posteros et superstites perpetuo et irrevocabiliter possidendas, tenendas pariter et habendas pleno iure, presencium patrocinio mediante, sine tamen preiudicio iuris alieni. Presentes dum nobis fuerint reportate, in formam nostri privilegii redigi faciemus pro eisdem. Datum Bude, in festo beati

Georgii martiris, anno domini Millesimo CCC° LXXX° septimo.

Hártyán, belül pecséttel; eredetije a Rajky cs. levéltárában. Nagy Imre.

75. *Bebek Imre országbíró a veszprémi káptalannak arra, hogy a veszprémvölgyi apáczák Chopak máskép Paloznak nevű birtokát nem foglaltatta el, eskütt ítel. Visegrád, 1387. oct. 17.*

Nos c(omes) Emericus Bubek iudex curie domini Sigismundi dei gracia regis Hungarie, damus pro memoria, quod Nicolaus filius Bako pro religiosis dominabus sanctimonialibus claustri beate virginis de Vesprimio cum procuratoriis literis earumdem iuxta continenciam literarum nostrarum prorogatoriarum in octavis festi beati Michaelis archangeli in figura nostri iudicii comparendo, contra capitulum Vesprimiense quasdam literas capituli Albensis inquisitorias, feria quarta proxima post octavas festi Pasche domini in anno eiusdem M° CCC° LXXX° quinto preteritas emanatas, domine nostre Marie regine ad suum literatorium mandatum rescriptas, tenoresque literarum suarum reginalium dicto capitulo Albensi directarum verbaliter in se habentes, asserens accionem et proposicionem dictarum dominarum literis contineri in eisdem, nobis presentavit declarantes, quod regius et dicti (capituli) homines literis in eisdem nominati, e(rga) reginale literatorium mandatum transmissi, ab omnibus quibus decuisset et licuisset, palam et occulte diligenter inquirendo, talem de infrascriptis s(civissent) veritatem, quod prefatum capitulum Vesprimiense circa festum beati Michaelis archangeli in anno domini M° CCC° LXXX° quarto preteritum, quandam possessionem ipsarum dominarum Chapok *(így)* alio nomine Palaznok vocatam, potencia eorum mediante occupasset et occupatam detinerent, fructus et utilitates eiusdem percipiendo; preterea in vigilia festi beati Mathei apostoli in eodem anno preteriti, iobagiones dicti capituli de Kezeu, ex iussu et mandato ipsius capituli, ad quandam possessionem ipsarum dominarum Sandor vocatam transeuntes, pecudes et pecora iobagionum earumdem in facie possessio-

num Kezeu et Sandor existentes et existencia potencialiter abinde depulissent et abduxissent quo ipsorum placuisset voluntati, quas et que tandem eosdem iobagiones de dicta Sandor in certa summa pecunie pactando eisdem restituissent, lite tamen inter ipsos pendente. Quibus quidem literis exhibitis, prefato procuratore dictarum dominarum eisdem ex parte dicti capituli per nos in premissis iuris medelam dari petente, Michael filius Sebasciani pro eodem capitulo cum procuratoriis literis eorumdem in nostram presenciam exurgendo, respondit ex adverso, quod ipsum capitulum Vesprimiense in totali premissa accione et acquisicione dictarum dominarum innocens esset et immunis, et in eo se idem ad veridicam vicinorum et commetaneorum nobiliumque suorum comprovincialium comitatus Vesprimiensis attestacionem, per formam communis inquisicionis fiendam, submittere presto esset ac paratum. Et quia procurator dictarum dominarum easdem in acquisicione ipsarum prenotata ad ipsam communem inquisicionem non committebat sed eisdem per nos in premissis aliud iuris remedium (dari) petebat; pro eo iudicantes commisimus eo modo, ut ita videlicet unus ex dictis dominis de dicto capitulo Vesprimiensi canonicatu maiori dignitate prefulgens, lector videlicet aut cantor seu custos aut decanus ipsius ecclesie, sexto se in die festi Epiphaniarum domini nunc venturi in choro dicte ecclesie Vesprimiensis in suo stallo stando, coram testimoniis dicti capituli Albensis, quodque per ipsum capitulum pro ipsis partibus amicabiliter transmitti postulamus, id ad sue consciencie puritatem et suum statum, ut ipsum capitulum Vesprimiense in totali premissa accione et acquisicione dictarum dominarum innocens sit penitus et immunis referre, et tandem predicti quinque nobiles, coniuratores videlicet sui in octavis dicti festi Epiphaniarum domini coram predicto capitulo Albensi modo simili super eo, quod ipsum capitulum Vesprimiense in totali premissa accione et acquisicione dictarum dominarum innocens sit et immunis, sacramentum prestare, et demum ipsorum conscienciose assercionis et iuramentalis deposicionis seriem partes in literis dicti capituli Albensis ad octavam diem earumdem octavarum nobis reportare teneant-

tur. Datum in Vissegrad, duodecimo die termini prenotati, anno domini M° CCC° LXXX° septimo.

Zárlatán pecsét nyomaival; eredetije a veszprémi káptalan házi ltárában, Caps. III. «Chopak» csomagban őriztetik. Véghely D.

76. *Az alispán és a szolgabírák bizonyítják, hogy Laki György fiai kérésére, a kohári nemeseket, a Csepfalváról és Kohárról Hosszútótra vezető út mentén fekvő birtoknak elfoglalásától tiltották. Tapolcza, 1387.*

Nos magister Ladislaus filius Gaspar vicecomes . . . . . viri magnifici Stephani palatini et iudices nobilium comitatus Zaladiensis memorie commendamus, quod ad infrascriptam prohibicionem faciendam duximus destinandum magistrum Johannem filium Ladizlai de Mah, unum ex iudicibus nobilium, quo presente et mediante feria sexta proxima ante festum Ascensionis domini proxime preteritum in facie possessionis Chepfolwa, magistri Martinus, Stephanus, Matheus filii Georgii de Lak prohibuerunt contradicendo Nicolaum, Johannem, Clementem filios Georgii, Petrum filium Johannis, Colomannum filium eiusdem Petri nobiles de Kohar ab ingressu et omni fructuum et utilitatum percepcione particule terre possessionis ipsorum inter duas vias scilicet de Chepfalwa et de Kohar ad Huzythoti . . . . . tes habite. Datum in Thapolcha, feria quarta proxima ante . . . . . (anno domini M° CCC° octuagesimo) septimo.

Rongált papíron, hátlapján pecsét nyomokkal; eredetije a Rumy-féle levelek közt. Nagy Gyula.

77. *Bebek Imre országbíró ítélete György tihanyi apát és Miklós szepesi prépost s ennek nővérei közt, Arács, Szentbenedek-Kál, Toty és Rákkutha nevű birtokok iránt megkötött csereszerződés dolgában. Visegrád, 1388. jan. 16.*

Nos comes Emericus Bubek iudex curie serenissimi et magnifici principis domini Sigismundi dei gracia incliti regis Hungarie Dalmacie Croacie etc. ac marchionis Brandenburgensis etc. memorie commendantes tenore presencium significamus quibus expedit universis, quod religiosus vir dominus frater Georgius abbas de Tykonio personaliter iuxta

continenciam literarum capituli ecclesie Albensis evocatoriarum, in quindenis festi Epiphaniarum domini, in anno domini Millesimo CCC° LXXX° sexto preteritis, sine crastinacione in figura iudicii comitis Johannis de Kapla pridem similiter iudicis curie regie comparendo, contra capitulum ecclesie Wesprimiensis easdem literas dicti capituli Albensis evocatorias, asserens accionem et proposicionem suam literis contineri in eisdem, eidem comiti Johanni prout per literas suas exinde confectas informabamur presentasset, declarantes, quod ipsum capitulum Albense receptis literis reginalibus patentibus super concambiali permutacione possessionariarum porcionum infrascriptarum, videlicet porcionis religiosi viri fratris Georgii abbatis predicti in possessione Araach vocata, in comitatu Zaladiensi existenti habite ab una, ac totalium porcionum possessionariarum honorabilis viri domini Nicolai prepositi ecclesie Scepsiensis ac nobilium dominarum Elyzabet consortis Farkasy de Hydegkuth et Barbara vocatarum uxoris Petri filii Pauli de Ayka, sororum ipsius domini Nicolai prepositi in possessionibus Zenthbenedekcalia et Toty vocatis, in dicto comitatu Zaladiensi existentibus habitarum, excepta una sessione in dicta Zenthbenedekcalia existenti, quam idem dominus prepositus et sue sorores predicte pro se et suis posteritatibus reservassent, parte ex altera fieri debenda confectis et emanatis, dicto capitulo ecclesie Albensis directis, iuxta earumdem continenciam unacum Johanne de Jutas homine reginali de curia regia ad id specialiter transmisso, ipsorum hominem videlicet discretum virum magistrum Johannem parvum concanonicum ipsorum ad possessionariam statucionem infrascriptam faciendam pro ipsorum testimonio duxisset transmittendum; iidem demum ad ipsum capitulum reversi, eidem concorditer retulissent, quod ipsi feria sexta proxima ante festum Circumcisionis domini, in anno eiusdem Millesimo CCC° LXXX° quinto preteritum, servata continencia et forma predictarum literarum reginalium, ad faciem predicte possessionis Araach, vicinis et commetaneis suis universis illic legitime convocatis accedendo, dum eandem porcionem possessionariam predictis domino Nicolao preposito et suis sororibus statuere

voluissent, tunc discretus vir magister Paulus canonicus ecclesie Wesprimiensis in persona eiusdem capituli huiusmodi statucioni contradiccionis velamine obviasset, ob quam contradictoriam inhibicionem predictum capitulum Wesprimiense die et loco in predictis, contra ipsum dominum Georgium abbatem ad dictas quindenas festi Epiphaniarum domini sine crastinacione reginalem in presenciam evocassent. Quibus quidem literis exhibitis, prefatus dominus abbas de Tykonio racionem premisse contradictorie inhibicionis assignari postulasset per capitulum supradictum coram comite Johanne antedicto; quo audito Blasius filius Petri pro ipso capitulo ecclesie Wesprimiensis cum procuratoriis literis eiusdem in eiusdem comitis Johannis exurgendo presenciam, respondisset eo modo, quod tempore statucionis premisse possessionarie porcionis in dicta Araach habite, in persona dicti capituli pro eo contradiccio facta fuisset prenotata, quia eadem porcio eidem capitulo vigore instrumentali pertineret, que instrumenta non adtunc, sed in termino ulteriori per ipsum comitem Johannem eidem dando, coram ipso exhibere promtum esset et paratum; unde ipse comes Johannes premissis commisisset eo modo, ut idem capitulum universa sua literalia instrumenta, si que in premissis haberet confecta, in octavis diei medii Quadragesime in dicto anno domini Millesimo CCC° LXXX° quinto venturi, coram ipso contra ipsum abbatem exhibere teneretur, quibus visis iudicium et iusticiam facere valeret inter partes in premissis. A quibus quidem octavis dum premissorum instrumentorum exhibicio inter partes prenotatas, medioque tempore prefato comite Johanne ab ipso honore alienato et eodem nobis dato, iuxta series et continencias literarum nostrarum prorogatoriarum ventilando, ad octavas festi beati Michaelis archangeli in anno proxime transacto preteritas dilative devenisset, tandem ipsis octavis festi beati Michaelis archangeli occurrentibus, prefatus dominus Georgius abbas ad nostram accedendo presenciam, premissa per ipsum capitulum Wesprimiense exhibere assumta instrumenta per idem exhibere postularat coram nobis, quo audito dominus Johannes archidiaconus pro ipso capitulo Wesprimiensi cum procuratoriis

literis eiusdem in nostram exurgendo presenciam, responderat ex adverso, quod licet in persona eiusdem capituli tempore statucionis premisse porcionis possessionarie in dicta Arach habite, per ipsum dominum Georgium abbatem prefatis domino Nicolao preposito et suis sororibus concambialiter tradite, per reginalem et dicti capituli Albensis homines ipsis domino preposito et suis sororibus fiende contradiccio facta extiterit prenotata, et tandem legitimus procurator ipsius capituli coram prefato comite Johanne de Kapla comparendo, super eadem porcione possessionaria ipsum capitulum instrumenta habere allegando, eadem exhibere assumserit, et ipsa instrumentalis exhibicio inter ipsum capitulum ab una, ac prefatum Georgium abbatem parte ab altera iuxta modum prehabitum ventilata fuerit, tamen quia ipse dominus Georgius abbas ad ipsam porcionem possessionariam efficax ius habuisset et haberet, ideo ipsum capitulum premissam prohibicionem in persona ipsius factam, simulcum prefata assercione procuratoris sui super facto exhibere assumtorum predictorum instrumentorum, eo gravamine quo de regni consvetudine conveniret, vellet revocare et premissam litem facere condescendi; unde nos his perceptis, quia prefatus dominus Johannes archidiaconus procurator ipsius capituli Wesprimiensis premissam prohibicionem ac assercionem pretitulati procuratoris in persona eiusdem capituli modo premisso factas ad dictam porcionem possessionariam in dicta Arach habitam ipsum dominum Georgium abbatem efficax ius habere et habuisse allegando revocabat, et premissam litem condescendi faciebat, ipsum capitulum cum iudicio regali sex marcarum tempore reportacionis seriei infrascripte deponendo convictum fore decreveramus atque aggravatum contra dominum Georgium abbatem supradictum; quibus sic habitis, idem dominus abbas ab una, ac pretitulatus dominus Nicolaus prepositus Scepsiensis pro se personaliter et pro annotatis sororibus suis cum procuratoriis literis sepefati capituli Wesprimiensis parte ab alia in nostram venientes presenciam, quasdam septem literas, duas prefati capituli Wesprimiensis, unam privilegialem et aliam patentem ac terciam domini fratris Stephani abbatis sancti

Martini sacrimontis Pannonie similiter patentem, quartam vero domine nostre Marie regine Hungarie modo simili patentem, quintam ac sextam dicti capituli Albensis, unam privilegialem et aliam patentem, necnon septimam nostram patenter emanatam nostro iudiciario examini curarant exhibere; quarum prime videlicet ipsius capituli Wesprimiensis privilegialis litere tenor per omnia sequitur in hec verba: Capitulum ecclesie Wesprimiensis presencium noticiam habituris salutem in domino sempiternam. Ad universorum noticiam harum serie volumus pervenire, quod cum nos religiosum virum fratrem Thomam abbatem et conventum monasterii Tykoniensis racione quarumdam porcionum possessionariarum nostrarum in possessionibus Arach, Ozowfeu, Ewrmenes et Oduardi vocatis in comitatu Zaladiensi habitis existencium — in causam attraxissemus (stb. lásd a többire nézve Tamás tihanyi apát levelét I. köt. 218. sz. a.). Datum per manus discreti viri magistri Nicolai lectoris ecclesie nostre, anno domini M° CCC° tricesimo septimo, undecimo kalendas Aprilis, venerabili in Christo patre et domino Meskone dei et apostolice sedis gracia episcopo et prelato nostro, aule domine regine cancellario, discretis viris Johanne preposito eiusdem aule vicecancellario, Mark cantore et Stephano custode ecclesie nostre existentibus. In secunda autem prefatarum literarum videlicet ipsius fratris Stephani abbatis annotato Georgio abbati de Tykonio d . . . . . exaltacionis sancte Crucis in dicto anno domini Millesimo CCC° LXXX° quinto in Wyssegrad emanata habebatur inter alia, quod ipse dominus Nicolaus prepositus prefato domino Stephano abbati dixisset, quod ipse in possessione Arach vocata in comitatu Zaladiensi existenti haberet partem seu porcionem, et residue partes essent ipsius Georgii abbatis et per consequens . . . . . discordie et contenciones seminarentur, ex hoc propter bonum pacis vellet facere unacum eodem Georgio abbate et dare concambium super porcionibus possessionariis monasterii eiusdem prelibatis; verum quia in talibus discidiis et contemcionibus semper pacis observacio est requirenda, ideo ipse dominus Stephanus abbas pro bono statu et tranquillitate . . . . . presi-

dencie qua fuerit fuisset favisset sibi et consensisset, quod propter evitandas discordias premissas possent facere permutacionem seu concambium cum ipso domino preposito in porcionibus monasterii eiusdem prelibatis perpetuale, ita tamen, quod ius ipsius possessionis sue non diminueretur, sed equipollentes possessionarie porciones reciperet in concambio predicto ad . . . . . ac domine Marie regine Bude, in festo beati Demetrii martiris in predicto anno domini Millesimo CCC° LXXX° quinto, sub maiori suo sigillo confecta inter alia exprimebat, quod ipsa domina nostra Maria regina ad humilimam supplicacionem ipsius Georgii abbatis de Tykonio tanquam vera patrona eiusdem monasterii auctoritate sui iuris patronatus et gracia speciali . . . . . s abbas cum eodem domino Nicolao preposito et suis sororibus vel cum aliis quibus commodius posset, ex sua permissiva licencia et favore de medietate dicte possessionis Arach ipsum monasterium sancti Aniani confessoris et per hoc ipsum abbatem contingentis, super aliis iuribus possessionariis concambialem permutacionem facere, inire, firmare et contrahere posset perpetuo et irrevocabiliter duraturam . . . . . bique futuris atque successivis in temporibus haberet et conservaret ratam atque gratam. Quarta autem earumdem literarum, videlicet dicti capituli Albensis privilegialis, octavo die festi beati Martini confessoris, in preallegato anno domini Millesimo CCC° LXXX° quinto emanata litera explanabat inter cetera, quod prefato Georgio abbate monasterii beati Aniani de Tykonio ab una, parte vero ex altera domino (Nicolao preposito in sua ac) dominarum Elizabet consortis Farkasii de Hydegkuth et Barbare uxoris Petri de Ayka sororum suarum uterinarum personis, cum procuratoriis literis dicte domine Marie regine ad infrascriptam permutacionem possessionariam faciendam specialiter datis et confectis, coram dicto capitulo Albensi constitutis, per eosdem confessum extitisset in hunc modum, quod quia medietas cuiusdam possessionis A(rach vocate in comitatu Zaladiensi existen)tis, dicti monasterii beati Aniani de Tykonio, et alia medietas eiusdem ipsorum domini Nicolai prepositi et suarum sororum essent, et ex hoc hincinde diverse

iniurie damna et nocumenta sine intermissione illate fuissent et commissa, ideo propter bonum pacis et commodum utrarumque parcium ad ipsas iniurias repellendas et intercipiendas ac sedandas, habita inter se matura deliberacione prehabita . . . . . permutacionem in porcionibus possessionariis subscriptis fecissent et contraxissent perpetuo duraturam, ut ipse Georgius abbas de Tykonio ad subscriptam permutacionem possessionariam faciendam, habens vigore literarum domine nostre Marie regine ac domini Stephani abbatis de sacro monte Pannonie auctoritatem, prefatam medietatem ipsius possessionis Araach seu totalem porcionem possessionariam . . . . . in eadem possessione Arach habitam, antedictum monasterium suum et per consequens ipsum tangentem, eisdem domino Nicolao preposito ac suis sororibus necnon ipsarum sororum suarum heredibus et posteritatibus universis cum omnibus suis utilitatibus et pertinenciis, specialiter usu stagni Balatini, in concambium porcionum possessionariarum ipsorum inferius nominandarum, que dicto monasterio . . . . . fuissent, quarum medietas ipsius Arach tradidisset assignasset et donasset iure perpetuo et irrevocabiliter possidendam tenendam et habendam; e converso autem idem dominus Nicolaus prepositus personaliter sua et dictarum sororum suarum in personis, predicta auctoritate procuratoria, omnes porciones suas possessionarias et earumdem sororum suarum in possessionibus Zenbenedekalya et Toty vocatis in comitatu Zaladiensi existentibus habitas, similiter cum omnibus suis utilitatibus et pertinenciis universis, in quarum dominio pacifico extitissent, eidem monasterio beati Aniani de Tykonio et per consequens ipsi Georgio abbati ac suis successoribus dedissent donassent tradidissent et commisissent, eodem modo perpetuo et irrevocabiliter possidendas et habendas, excepta una sessione in eadem Zenbenedekalya vocata habita, que olim Benedicti filii Michaelis prefuisset, ad ipsos dominum prepositum et suas sorores devoluta, quam ipse dominus prepositus et sue sorores pro se et suis posteritatibus cum eis utilitatibus et pertinenciis universis ad eandem pertinentibus reservassent; adiunxisset eciam idem dominus

prepositus in sua et dictarum sororum suarum personis, quod licet concambium premissum . . . . . eidem Georgio abbati et per consequens suo monasterio traditum et concessum sufficiens in premissi concambii per ipsum abbatem dati reciprocacionem et condigna haberetur, tamen adhuc ut firmius et clarius ipsa permutacio possessionaria stabiliretur et corroboraretur, quandam resignacionem iurium possessionariorum infrascriptam addidisset et fecisset eo modo, ut ipse dominus Nicolaus prepositus et sue sorores totales porciones possessionarias prope possessionem Zenbenedekkalya predictam habitas, Raakkutha vocatas que a nobilibus de Leurenthe eis pro nonaginta sex florenis pro pignore habite fuissent, et alias porciones possessionarias ipsius monasterii in villa Fyred et Siske nuncupatis existentes, que per predecessores ipsius Georgii abbatis dicto domino Nicolao preposito pro centum et quinquaginta florenis fuissent obligate, eidem monasterio beati Aniani de Tykonio dedissent tradidissent et resignassent; assummentes et obligantes tam ipse Georgius abbas se ipsum et suos successores, quam annotatus dominus Nicolaus prepositus se et predictas sorores suas ab omnibus eos impetere pretextu dictarum porcionum possessionariarum concambialium volentibus, mutua vicissitudine propriis eorum laboribus defensare et in dominio earumdem conservare. Quinta quoque dictarum literarum videlicet nostra, Bude, quarto die octavarum diei medii Quadragesime in dicto anno domini M° CCC° LXXX° sexto preterito emanata explicabat inter cetera, quod cum prefatus Georgius abbas ad faciem prefate porcionis possessionarie in dicta Toty habite, per prefatum dominum Nicolaum prepositum et suas sorores antedictas premisso concambiali titulo sibi et dicto monasterio suo tradite legitime accedendo, eandem per reginalem et dicti capituli Albensis homines, literis in eisdem nominatos, sibi et dicto monasterio statui facere voluisset, tunc Elias filius Jacobi de dicta Toty huic statucioni contradixisset, ob quamque contradiccionem ipsi reginalis et prefati capituli Albensis homines, prefatum Eliam reginalem in presenciam contra prefatum dominum Nicolaum prepositum, racionem contradiccionis

sue redditurum ad terminum in eisdem literis specificatum evocassent, et tandem ipsa causa inter partes aliquamdiu ventilata prefatas octavas diei medii Quadragesime attigisset, tandem ipsis octavis instantibus, dominus Marcus canonicus ecclesie Scepsiensis pro annotato domino Nicolao preposito cum procuratoriis literis reginalibus ab una, item Thomas filius Michaelis pro ipso Elia filio Jacobi cum procuratoriis literis dicti comitis Johannis parte ab altera in nostram accedentes presenciam, easdem partes ex nostra iudiciaria permissiva licencia in facto dicte porcionis possessionarie taliter concordasse retulissent coram nobis, quod quia predictus Elias filius Jacobi ad dictam possessionariam porcionem ipsius domini prepositi in ipsa Toty habitam nullum ius se habere agnovisset, igitur premisse liti renunciando, et predictam prohibicionem in facto eiusdem per ipsum factam revocando, eandem porcionem possessionariam ipsi domino preposito et suis sororibus et per consequens his quibus iidem dominus prepositus et sue sorores, contulisset reliquisset et commisisset perpetuo et irrevocabiliter possidendam et habendam, omni iuri si quod in eadem se habere sperasset penitus et per omnia renunciando. Series autem sexte litere videlicet ipsius capituli ecclesie Wesprimiensis, feria tertia proxima post dominicam Letare, in dicto anno domini M° CCC° LXXX° sexto preterita confecte exprimebat inter alia, quod prefatus Elias filius Jacobi coram ipso capitulo Wesprimiensi constitutus, confessus fuisset viva voce, ut quamquam ipse alias utpote tempore statucionis porcionis possessionarie condam Nicolai filii Pauli de dicta Toty prefato domino Nicolao preposito nomine porcionis possessionarie hominis absque heredum solacio ab hac luce sublati olim per regiam clemenciam perpetuo collate et dudum eidem legitime statute, diebusque non longe preteritis per formam concambialis permutacionis annotato monasterio beati confessoris de Tykonio et per consequens prefato Georgio abbati per ipsum dominum prepositum tradite, prefatis monasterio (et) abbati faciende, credens porcione possessionaria in eadem ius habere, contradiccionis velamine obviasset, tamen senciens nullum ius habere porcione pos-

sessionaria in predicta, omni iuri et proprietati si quod vel quam habuisset vel habere sperasset in futurum porcione possessionaria in eadem, et omni liti in facto dicte porcionis possessionarie mote, cessisset coram capitulo ecclesie Wesprimiensis prenotato. Septima autem premissarum literarum dicti capituli Albensis, sabbato proximo post sancte Crucis *(igy)*, in anno proxime transacto preteritum patenter emanata continebat inter cetera, quod Lampertus filius Stephani de Leurenthe ac Laurencius, Nicolaus et Stephanus filii eiusdem, de quorum noticiis Simon literatus de Gyan, et Mauricius cives Albenses dictum capitulum Albense assecurassent, coram eodem capitulo constituti proposuissent, quod ipsi totales ipsorum porciones possessionarias in possessione Raakkutha vocata inter possessiones Zenbenedekkalya et Mendzenthkalya habitas, cum universis earum utilitatibus et pertinenciis quibuscunque, videlicet terris arabilibus, pratis, silvis, virgultis, nemoribus, aquis ac vineis in superficie earumdem existentibus, prefato domino Nicolao preposito et suis sororibus antedictis, pro centum et quinquaginta tribus florenis vendidissent et tradidissent, iure perpetuo et irrevocabiliter possidendas, tenendas et habendas, in filios filiorum ipsarum dominarum et heredum per heredes, assummendo eundem dominum Nicolaum prepositum et suas sorores predictas, necnon heredes earumdem, ab omnibus temporis in processu racione predictarum porcionum possessionariarum impetere volentibus, ubique expedire propriis suis laboribus et expensis, hoc eciam declarato, quod si predicti Lampertus, Laurencius, Nicolaus et Stephanus temporum in decursu prefatum dominum Nicolaum prepositum ac sorores eiusdem predictas in dominio dictarum porcionum possessionariarum modo premisso ipsis venditarum conservare et defendere non possent, extunc ipsi Lampertus, Laurencius, Nicolaus et Stephanus alias porciones ipsorum possessionarias prefatis porcionibus possessionariis qualitate, quantitate, fructuositate et valore equipollentes, prelibatis domino preposito et sororibus eiusdem dare et assignare, et in dominio earumdem eosdem contra quoslibet pacifico conservare deberent et tenerentur. Quarum literarum exhibicionibus factis, prefatus domi-

nus prepositus in sua et dictarum sororum suarum personis retulerat et allegarat eo modo, quod licet dicte porciones possessionarie in dicta Raakutha habite tempore premisse concambialis permutacionis ipsis iure impignoraticio pertinuerint, et sic eo iure prefato monasterio de Tykonio et per consequens annotato Georgio abbati easdem porciones tradiderint et assignaverint, tamen quia eedem porciones possessionarie postremo premisso emcionis titulo iuxta vigorem dictarum literarum predicti capituli Albensis patencium ad eos iure forent devolute, ideo ipsi easdem in addimentum premissarum porcionum possessionariarum in predictis possessionibus Zenbenedekkalya et Toty vocatis habitarum, secundum modumque prehabitum prefato monasterio de Tykonio et per consequens ipsi Georgio abbati concambialiter traditarum, iure perpetuo et irrevocabiliter tradidissent et assignassent, imo ipse dominus prepositus in sua personaliter ac predictarum sororum suarum personis auctoritate procuratoria premissa, dederat et assignarat coram nobis. His sic habitis prefati domini Georgius abbas et Nicolaus prepositus sibi et deinde eciam dominus prepositus procurator dictarum sororum suarum eisdem sororibus suis per nos in premissis iuris equitatem postularunt impertiri; verum quia prefatum capitulum Wesprimiense premissas porciones possessionarias eorum, in possessionibus Araach, Azowfew, Ewrmenes et Odwari vocatis, in comitatu Zaladiensi existentibus habitas, dictis domino Thome abbati et conventui Tykoniensi per modum concambii, e converso autem dominus Thomas abbas et conventus porciones eorum possessionarias in possessionibus Zewleus, Gelemer vocatis in comitatu Wesprimiensi sitis habitas, memorato capitulo Wesprimiensi similiter titulo permutacionis sub modo et condicionibus premissis dedisse et assignasse, postmodum autem annotata domina Maria regina et prefatus dominus Stephanus abbas ad humillimam supplicacionem dictorum dominorum fratris Georgii abbatis et Nicolai prepositi id ut ipse dominus abbas unacum dicto domino Nicolao preposito et suis sororibus vel aliis, quibus commodius posset, ex eorum permissiva licencia et favore de medietate dicte possessionis Araach ipsum monasterium

sancti Aniani martyris et perho . . . . . contingente . . . . . aliis iuribus possessionariis concambialem permutacionem facere, inire, formare, contrahere posset perpetuo duraturam annuisse, tandemque ipse frater Georgius abbas medietatem ipsius possessionis Araach seu totalem porcionem dicti monasterii de Tykonio in eadem Araach habitam, ipsum suum monasterium et per consequens ipsum tangentem, cum omnibus suis utilitatibus et pertinenciis dicto domino Nicolao preposito et sororibus suis predictis ac heredibus ipsarum dominarum, e converso autem idem dominus Nicolaus prepositus in sua ac dictarum sororum suarum personis predicta auctoritate procuratoria porciones suas possessionarias et earumdem sororum suarum in possessionibus Zenthbenedekcalia et Toty vocatis in predicto comitatu Zaladiensi . . . . . dominio extitissent, similiter cum omnibus ipsarum utilitatibus, excepta una sessione in dicta Zenthbenedekcalia habita, que olim Benedicti filii Michaelis prefuisset, ad ipsos videlicet dominum Nicolaum prepositum et sorores suas devoluta et quam ipse dominus prepositus et sorores sue sibi et suis heredibus cum omnibus eiusdem utilitatibus . . . . . expeditoria caucione cum additamento predictarum porcionum possessionariarum dicti monasterii Tykoniensis in villis Fired et Syke *(igy)* vocatis existencium, a predecessoribus dicti domini Georgii abbatis eidem domino Nicolao preposito pro centum et quinquaginta florenis titulo impignoraticio et aliarum porcionum possessionariarum Rakuta vocatarum a nobilibus de Leurenthe . . . . . um emticio titulis ad ipsos dominum prepositum et suas sorores devolutarum, dedisse et condonasse, legitimus eciam procurator prefati Elie coram nobis et tandem idem Elias coram prefato capitulo Wesprimiensi comparendo, premisse liti in facto prenotate porcionis possessionarie in dicta Toti habite coram nobis vertenti renunciando, ip . . . . . domino Nicolao et suis sororibus vel his quibus idem contulissent, nullum ius sibi et suis heredibus in eadem reservando, perpetuo remisisse et resignasse, prefati quoque Lampertus, Laurencius, Nicolaus et Stephanus premissas porciones eorum

possessionarias Rakutha vocatas prefatis domino Nicolao preposito et suis sororibus pro premissis . . . . . coram dicto capitulo Albensi sub expeditoria caucione perpetuo vendidisse, tempore eciam statucionis prefatarum medietatis ipsius possessionis Araach solum in persona prelibati capituli Wesprimiensis et porcionis possessionarie in dicta Toty habite tantummodo in persona sepefati Elie contradiccio facta extitisse, ac prefatus procurator ipsius capituli . . . . . assumcionem ipsorum instrumentorum cum prefato gravamine revocasse ex premissis clare adinveniebantur, sicque ipsa medietas prefate possessionis Araach per ipsum dominum Georgium abbatem prefatis domino Nicolao preposito et suis sororibus concambialiter tradita eisdem necnon prelibata porcio possessionaria in ipsa Toty . . . . . as sorores memorato monasterio de Tykonio et per consequens ipsi domino Georgio abbati similiter concambialiter assignata eidem monasterio et Georgio abbati contradiccione ipsorum inhibitorum et aliorum quorumlibet, eo quod tempore statucionis ipsarum solum prefatorum capituli Wesprimiensis et Elie in personis obviarat . . . . . concambium perpetuo statui debebatur et assignari; pro eo amiciciam dicti capituli Albensis literatorie pecieramus diligenter, quatenus ipsorum mitterent hominem pro testimonio fidedignum, quo presente homo regius infradeclarandus ad facies premissarum porcionum possessionariarum in dictis possessionibus Araach et Toty vocatis habitarum, vicinis et commetaneis earumdem universis inibi legitime convocatis et presentibus accedendo, premissam porcionem possessionariam predicti monasterii de Tykonio et per consequens ipsius domini abbatis in dicta Araach habitam, medietatem utputa eiusdem per ipsum dominum abbatem annotato domino Nicolao preposito et suis sororibus concambialiter datam, ipsi domino Nicolao preposito et suis sororibus prenotatis sororumque . . . . . heredibus universis, dictam vero porcionem possessionariam memorati domini prepositi et sororum suarum in dicta possessione Toty habitam, per ipsos dicto monasterio Tykoniensi et annotato Georgio abbati per premissam concambialem permutacionem datam, eidem monasterio Tyko-

niensi et per consequens ipsi Georgio abbati et universis suis successoribus . . . . . eo quod tempore premissarum possessionariarum statucionum solum prefatorum capituli Wesprimiensis et Elie obviarat contradiccione non obstante, et post hec ipsius possessionarie statucionis seriem ut fieret expediens, ad octavas festi Epiphaniarum domini tunc venturi domino nostro regi fideliter rescriberet capitulum Albense prenotatum; tandem ipsis octavis Epiphaniarum domini instantibus, magister Marcus canonicus ecclesie Scepsyensis pro prefatis domino Nicolao preposito ac sororibus eiusdem cum procuratoriis literis dicti capituli Wesprimiensis in nostram veniendo presenciam, literas dicti capituli Albensis super premissa possessionaria statucione domino nostro regi rescriptas nobis presentavit, hunc tenorem continentes: Serenissimo principi domino Sigismundo dei gracia inclito regi Hungarie Dalmacie Croacie etc. domino ipsorum metuendo, capitulum ecclesie Albensis oraciones in domino cum perpetua fidelitate. Vestra noverit serenitas, quod cum nos amicabiliter receptis viri magnifici domini Emerici Bubek iudicis curie vestre literas adiudicatorias in simul et statutorias, inter honorabilem virum dominum Nicolaum prepositum ecclesie Scepsiensis ac nobiles dominas Elyzabet Farkasii de Hydegkuth ac Barbara vocatas Petri filii Pauli de Ayka consortes, sorores eiusdem domini Nicolai prepositi ab una, necnon religiosum virum dominum Georgium abbatem monasterii de Tykonio parte ex altera confectis et emanatis, iuxta earumdem continenciam unacum Benedicto filio Johannis de Kaal homine vestro inter alios homines vestros in dictis literis ipsius iudicis curie vestre conscriptos nominatim expresso, nostrum hominem videlicet Nicolaum clericum de choro ecclesie nostre ad infrascriptam statucionem faciendam pro testimonio fidedignum duxissemus destinandum, iidem exinde demum ad nos reversi, nobis concorditer retulerunt, quod prefatus vestre serenitatis homo ipso nostro testimonio presente, feria quinta proxima ante festum beate Lucie virginis et martyris proxime preteritum, ad faciem porcionis possessionarie dicti monasterii de Tykonio et per consequens ipsius domini abbatis in possessione Arach

vocata in comitatu Zaladiensi existenti habite, medietatis eiusdem per annotatum dominum abbatem prefato domino Nicolao preposito et suis sororibus predictis concambialiter date, vicinis et commetaneis eiusdem universis inibi legitime convocatis et presentibus accedendo, eandem porcionem possessionariam, medietatem scilicet eiusdem possessionis prefato domino Nicolao preposito et suis sororibus antedictis necnon sororum eiusdem domini prepositi heredibus universis, contradiccione quorumlibet non obstante, perpetuo possidendam statuisset. Datum sexto die diei statucionis antedicte, anno domini M° CCC° LXXX° septimo. Quibus quidem literis exhibitis, quia prefati regius et annotati capituli homines termino in predicto ad faciem dicte porcionis possessionarie dicti monasterii de Tykonio et per consequens ipsius domini abbatis in possessione Araach vocata in comitatu Zaladiensi existenti habite, medietatis utputa eiusdem prenotatum dominum abbatem prefato domino Nicolao preposito et suis sororibus predictis concambialiter date, vicinis et commetaneis eiusdem universis inibi legitime convocatis et presentibus accedendo, eandem porcionem possessionariam, medietatem scilicet eiusdem possessionis prefato domino Nicolao preposito et suis sororibus antedictis necnon sororum eiusdem domini prepositi heredibus universis, contradiccione quorumlibet non obstante, perpetuo possidendam iuxta premissam nostram iudiciariam commissionem statuisse ex premissis apparebant, pro eo nos eandem porcionem possessionariam, medietatem videlicet dicte possessionis Araach, modo premisso dictis domino Nicolao preposito et suis sororibus statutam, eisdem domino Nicolao preposito ac sororibus eiusdem necnon earumdem sororum suarum successoribus in perpetuum et irrevocabiliter adiudicantes relinquimus et committimus possidere, tenere et habere, salvis iuribus alienis. In cuius rei testimonium perpetuamque firmitatem presentes literas nostras privilegiales pendentis et autentici sigilli nostri munimine roboratas, eidem domino Nicolao preposito et sororibus suis antedictis duximus concedendas. Datum in Wyssegrad, sedecimo die octavarum festi

Epiphaniarum domini predictarum, anno eiusdem Millesimo CCC° LXXX° octavo.

Hártyán, piros és zöld selyem zsinóron függött pecsét nyomaival; eredetije a veszprémi káptalan levéltárában. Caps. II. Arács. Véghely D.

78. *A székesfehérvári káptalan Zsigmond királynak jelenti, hogy Rátóti Gyula fiát Jánost, Demeter veszprémi püspök ellen Gyulakesziben a király elé megidéztette. 1389. jan. 10.*

Serenissimo principi domino Sigismundo dei gracia inclito regi Hungarie etc. domino suo, capitulum ecclesie Albensis, oraciones in domino debitas ac devotas; literis vestre serenitatis pro venerabili in Christo patre domino Demetrio episcopo ecclesie Wesprimiensis graciose datis et concessis, inter alia modum et formam evocacionis in se exprimentibus, summo cum honore receptis, iuxta earumdem continenciam, unacum Ladislao filio Beke de Fayz homine vestre serenitatis in dictis literis vestris nominatim declarato, Thomam chori ecclesie nostre presbiterum ad infrascriptam evocacionem faciendam pro testimonio duximus destinandum, qui demum ad nos reversi nobis concorditer retulerunt, quod idem homo vester, presente ipso nostro testimonio, in vigilia festi Epiphaniarum domini nunc preteriti, Gyulam filium Johannis de Ratolth in possessione sua Kezy vocata, super omnibus in premissis vestris literis discussionem recepturum, contra memoratum dominum Demetrium episcopum Wesprimiensem, litis pendencia si qua foret inter partes non obstante, ad quindenas predicti festi Epiphaniarum domini nunc affuturas, vestre serenitatis in presenciam evocasset. Datum sexto die diei evocacionis antedicte, anno domini M° CCC° LXXX° nono.

Zárlatán hosszukás pecsét romjaival; eredetije a veszprémi káptalan házi ltárában. Lad. 109. fasc. misc. 34. Véghely D.

79. *A vasvári káptalan előtt Rezneki Herbord és testvérei, Fényesfölde nevű birtokot Mákfai Petőnek és fiainak átbocsátják. 1389. jan. 22.*

Nos capitulum ecclesie Castriferrei memorie commendamus, quod magister Herbardus filius Dominici de Reznuk

pro se personaliter, pro Francisco vero et Johanne fratribus suis cum sufficientibus literis nostris procuratoriis, idem magister Herbardus honus et gravamen Ladislai filii sui super se assummendo ab una, parte vero ab altera magistri Johannes, Georgius et Thomas filii Peteu de Makua coram nobis personaliter comparendo, idem magister Herbardus sua ac dictorum fratrum et filii suorum in personis oraculo vive vocis confessus extitit eo modo, ut licet inter ipsos ab una, parte vero ab altera dictos filios Peteu et eundem Peteu in facto reambulacionis possessionis ipsorum, signanter cuiusdam particule terre Fennyesfelde vocate, a parte possessionis Pacha alio nomine Zalatheleke vocate dictorum filiorum Peteu litis materia suscitata diuciusque ventilata extitisset, tamen agnoscentes meram veritatem predictorum filiorum Peteu, ac eorumdem iuribus in facto premisso remissis, renunciata ipsa lite, eisdem filiis Peteu dictam terram eorum prout usque huc et eorumdem predecessores usi extitissent, ad conservandam pacifice perpetuo possidendam annuissent et condonassent, imo idem magister Herbardus modo prenotato annuit et condonavit coram nobis testimonio presencium mediante. In cuius rei memoriam, perpetuamque firmitatem presentes concessimus literas nostras privilegiales, pendenti sigillo nostro consignatas, medioque alphabeto intercisas. Datum in festo beati Vincencii martyris, anno domini M° CCC° LXXX° nono; honorabili viro domino Michaele preposito, viris discretis magistris Petro cantore, Gregorio custode, Johanne decano ceterisque canonicis ecclesie nostre existentibus.

Hártyán, ép függő pecséttel; eredetije a gr. Festetics cs. keszthelyi ltárában; Zaladien. 46. Nagy Imre.

80. *A veszprémi káptalan előtt Somosi Péter fia János, a király adományából bírt Tihany várát sógorának Micsk bán unokájának Istvánnak és nejének Katalinnak kétezer ötszáz forintért zálogba adja. 1389. jan. 29.*

Nos capitulum ecclesie Wesprimiensis, memorie commendamus, quod magister Johannes filius Petri de Sumus nostri in presencia personaliter constitutus, confessus extitit

organo vive vocis, ut ipse castrum suum Tykon vocatum in insula Balatin existens et habitum, per regiam maiestatem de novo sibi datum et perpetue collatum, cum omnibus eiusdem castri sui utilitatibus, villis videlicet et molendinis, tributis, piscinis, silvis, vineis et aliis quibuslibet ipsius castri utilitatibus ac appendiciis, quocunque nominis vocabulo vocitatis, sub eisdem metis et terminis, quibus prius per regiam maiestatem, per consequens vero per ipsum possessum extitisset, magistro Stephano filio Stephani filii condam Mychk bani de Prodamzy et nobili domine Katherina vocate sorori sue coniugi videlicet ipsius magistri Stephani pro duobus millibus florenis auri et quingentis florenis quousque redimere posset ab eisdem, plene per ipsos sicut dixit sibi datis et persolutis impignorasset prout eciam impignoravit coram nobis testimonio presencium mediante; assummens idem magister Johannes et spontanea voluntate se obligans, ut infra tempus redemcionis sue, eosdem magistrum Stephanum et dominam in dominio ipsius castri et pertinenciarum eiusdem preexpressarum, ab omnibus impetitoribus, propriis suis laboribus et expensis defensando, pacifice conservaret et teneretur conservare; in casu vero ubi conservare nequiret, extunc in dominio cuiusdam possessionis sue Olsoua vocate in comitatu de Sarus habite deberet et teneretur conservare. Astruxit eciam idem magister Johannes, ut si predicti magister Stephanus et domina coniux sua, quantumcunque et quantamcunque quantitatem pecunie infra predictum tempus redemcionis sue pro reformacione et instauracione ipsius castri expenderent, illud et illam quantitatem pecunie, quod scilicet et quam sub fidei ipsorum testimonio ultra predictorum duorum millium florenorum aureorum et quingentorum quantitatem se expendisse dicerent, ipsis conformiter reddere et persolvere deberet ac teneretur. Datum sexta feria proxima post festum conversionis beati Pauli apostoli, anno domini M° CCC° LXXX° nono.

Hártyán, hátlapján a pecsétnek csak nyomai látszanak; eredetije Vittnyédy József birtokában. Nagy Imre.

81. *A vasvári káptalan bizonyságlevele Béri Menyhért, Katalin Telekesi Gergelyné, Kelédi Mihály, Aracsai Gergely özvegye és fia Zsigmond, végre Zomorduki Pál mint Szepetki Lukács örökösei között az ez után maradt birtokok öt ágra történt felosztásáról. 1389. febr. 6.*

Nos capitulum ecclesie Castriferrei memorie commendamus, quod magister Petrus filius Johannis de Byr pro Melchior filio Emerici de eadem, Gregorius filius Peteu de Telekus pro nobili domina Katharina vocata consorte sua cum sufficientibus literis nostris procuratoriis, ac Michael filius Johannis de Keled personaliter ab una, parte vero ab altera nobilis domina Elena vocata relicta et Sigismundus filius Gregorii filii Benedicti ac Aracha eorum ac Pauli filii Jacobi filii Johannis de Zomorduk in personis, cuius honus et gravamen per omnia super se assumserunt, et successores condam Lucasii de Zepethk Zaladiensis comitatus coram nobis personaliter constituti, ministerio vive vocis confessi extiterunt eo modo, ut ipsi divisionem possessionis et locorum sessionalium iobagionalium ac terrarum ceterarumque ad eadem loca sessionalia utilitatum pertinencium inter se factam ratam habendo, sessionem dicti condam Lucasii et terras ac alia ad eandem spectantes et pertinencia, iuxta ordinacionem proborum et nobilium virorum in subsidium reformande pacis partes suas interponencium, inter se in quinque partes divisissent quoequales, quarum una a parte fluvii Zala Melchiori, alia ibidem Paulo, tercia iuxta eandem domine Katherine, quarta penes eandem Michaeli de Keled et quinta subsequenter domine Elene et Sigismundo supradictis provenissent; item pratum ipsorum ante portas eorum versus aquilonem adiacens modo simili in quinque partes divisissent ipso modo, ut quelibet parcium porcio equalis ante portam suam adiacens eidem parti provenisset; item quandam particulam terre eorum in ordine ville penes fundum prefate nobilis domine Katherine habitam, modo simili in quinque divisissent partes quoequales, quarum una a parte prefati fundi eidem nobili domine, alia ibidem Melchiori, tercia penes eandem Michaeli, quarta iuxta eandem

Sigismundo et quinta subsequenter Paulo prefatis provenissent; item quandam particulam terre iuxta ecclesiam a parte meridionali adiacentem in quinque partes divisissent, quarum una a parte vie Sigismundo, alia ibidem Melchiori, tercia circa domine Katherine, quarta penes Paulo, et quinta iuxta eandem Michaeli prescriptis provenissent; item quandam particulam terre prope predictam ecclesiam a parte aquilonis adiacentem modo simili in quinque partes divisissent condecentes, quarum una a meridie nobili domine Katherine, alia ibidem Paulo, tercia iuxta eandem Sigismundo, quarta penes eandem Michaeli et quinta subsequenter Melchiori cessissent; item quandam particulam terre in silva adiacentem modo simili in quinque divisissent partes quoequales, quarum una ab oriente domine Katherine, alia ab occidente Paulo, tercia iuxta eandem Michaeli, quarta ibidem Sigismundo, et quinta subsequenter Melchiori provenisset; item aliam particulam terre in dicta silva habitam taliter divisissent, quod una pars aquilonaris Paulo, alia domine Katherine, tercia Michaeli, quarta Melchiori et quinta Sigismundo subsequenter provenissent; item aliam particulam terre in dicta silva adiacentem taliter divisissent, quod una pars orientalis Michaeli, alia domine Katherine, tercia Melchiori, quarta Sigismundo et quinta Paulo prefatis consequenter cessissent; item aliam particulam terre in dicta silva adiacentem hoc modo divisissent, quod una pars occidentalis Paulo, alia Melchiori, tercia Michaeli, quarta Sigismundo et quinta domine Katherine cessissent; subsequenter partibus predictis premissa cum omnibus suis utilitatibus et pertinenciis universis in filios filiorum et heredum per heredes possidere tenere pariter et habere, fluvios, molendina, terrasque pascuales, silvas et virgulta, aliasque utilitates ad eandem spectantes et pertinencia inter se indivisas et nundum divisa, partes communiter et equipollenter conservabunt, ubi parcium quelibet erbali *(igy)* distinccione suam sciet porcionem, prout per eosdem extitit ordinatum coram nobis testimonio presencium mediante. In cuius rei memoriam perpetuamque firmitatem presentes concessimus literas nostras privilegiales, pendenti sigillo nostro consignatas, me-

dioque alphabeto intercisas. Datum sabbato die proximo ante festum beate Scolasticie *(így)* virginis et martiris, anno domini M° CCC° LXXX° nono; honorabili viro domino Michaele preposito, viris discretis magistris Petro cantore, Gregorio custode, Johanne decano ceterisque canonicis ecclesie nostre existentibus.

Hártyán, függő pecsét nyomaival; eredetije a vasvár-szombathelyi kápt. ltárában. Nagy Imre.

82. *A zalavári convent bizonyságlevele, mely szerint István nádor meghagyására Rajky Miklós fia György Bezzegh nevű birtokának határa körüljáratott: 1389. apr. 6.*

Omnibus Christi fidelibus presentibus pariter et futuris, presencium noticiam habituris, conventus monasterii beati Adriani martiris de Zala salutem in salutis largitore. Cum mundi labilis condicio sit caduca, et geste rei memoria propter vitam brevem hominum, caligine oblivionis obfuscata nequeat in evum perdurare, provida mens et sollicitudo adinvenit, ut que in tempore geruntur ne simul labantur cum eodem, literarum testimonio solent solidari. Proinde ad universorum noticiam harum serie volumus pervenire, quod cum nos literas magnifici viri domini Stephani regni Hungarie palatini et iudicis comanorum nobis directas amicabiliter recepissemus in hec verba: Amicis suis reverendis conventui ecclesie Zaladiensis, Stephanus regni Hungarie palatinus et iudex comanorum amiciciam paratam cum honore. Dicitur nobis in persona Georgii filii Nicolai de Rayk, quod quedam sua possessio Bezzegh appellata in comitatu Zaladiensi habita, legitima reambulacione et metarum ereccione, nunc apud manus suas existente, plurimum indigeret, super quo vestram amiciciam presentibus petimus diligenter, quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio fidedignum, quo presente Blasius filius Bakon, vel Andreas filius Ladislai, aut Nicolaus filius alterius Ladislai de Kaal, sive Benedictus filius Thome de Zeghfalw aliis absentibus, homo noster, ad faciem prelibate possessionis Bezzegh nominate, vicinis et commetaneis suis universis inibi legitime convocatis et presentibus accedendo, ream-

bulet ipsam per veras suas metas et antiquas, novas iuxta veteres in locis necessariis erigendo, reambulatamque et ab aliorum possessionariis iuribus metaliter separatam et distinctam, relinquat et committat eandem eidem Georgio filio Nicolai cum omnibus suis utilitatibus, et pertinenciis universis eo iure, quo sibi dinoscitur pertinere perpetuo possidendam, si non fuerit contradictum, contradictores vero si qui fuerint, citet eosdem contra ipsum Georgium nostram in presenciam ad terminum competentem, racionem contradiccionis eorum reddituros; et post hec ipsius possessionarie reambulacionis, et metarum ereccionis seriem, vel nomina contradictorum et citatorum si qui fuerint, cum cursibus metarum, termino assignato, nobis amicabiliter rescribatis. Datum in Wyssegrad, feria tercia proxima post dominicam Oculi, anno domini M° CCC° LXXX° nono. Nos igitur amicabilibus peticionibus eiusdem domini Stephani palatini acquiescentes, iuxta earumdem literarum suarum continenciam, unacum Benedicto filio Thome de Zeghfalw antedicta homine suo palatinali, nostrum hominem videlicet religiosum virum fratrem Nicolaum sacerdotem unum ex nobis ad premissas reambulacionem, et metarum ereccionem dicte possessionis Bezzegh appellate faciendas et peragendas, nostro pro testimonio duximus destinandum, qui demum ad nos exinde reversi nobis parili voce retulerunt, quod idem homo suus palatinalis, presente prescripto nostro testimonio, feria tercia proxima post dominicam Letare proxime preterita, ad faciem prefate possessionis Bezzegd nominate, vicinis, et commetaneis suis universis inibi legitime convocatis et presentibus accessisset, eandem hoc ordine reambulare incepissent: prima meta inciperet in fluvio Kanysa vulgo vocato a parte orientali, qui quidem fluvius separat a possessione sua et filiorum suorum hereditaria Rayk predicta, exiret de ipso fluvio, tenderet versus partem occidentalem, ivissent ad unum ictum sagitte, et devenissent ad tres arbores ilicum limo circumdatas, ubi idem Georgius metas suas easdem fore asseruisset quas renovasset, que mete eandem possessionem Bezzeghd separant a quadam possessione nobilium castrensium Hegenfeulde nominata, deinde ad ean-

dem plagam transeundo in declivo cuiusdam monticuli seu montis, ac montem Belch vulgariter nominato *(így)* devenissent ad unam arborem ilicis meta terrea circumfusam prope unam viam vulgariter hathwt vocatam, ubi prenominatus Georgius metam suam fore asseruisset, quam renovasset, et eadem separaret modo premisso a dictis nobilibus castrensium similiter Hegenfeulde appellate *(így)*, ab hinc ivissent directe adhuc ad eandem plagam occidentalem, pervenissent ad unam magnam viam prope quam ivissent, ibique invenissent modo simili unam arborem ilicis meta terrea circumfusam, quam similiter renovassent, deinde transeundo ad eandem plagam per modicum spacium, et ibi caderet ad unum alium fluvium Pelyske vocatum, penes quem eundo versus partem meridionalem per magnum spacium diu devenissent ad finem seu ultimam partem cuiusdam feneti seu virgulti vulgo Toothegwr vocati, ubi invenissent unam metam terream penes ipsum fluvium Pelyske, deinde versus partem orientalem transeundo, directe devenissent ad unam viam penes quam invenissent duas arbores ilicum meta terrea circumfusas, quas sepefatus Georgius suas fore metas asseruisset, quas modo simili renovassent, de eisdemque ad eandem plagam eundo per modicum spacium devenissent ad eundem fluvium Kanysa, ibique mete predicte possessionis Bezzegh modo premisso terminarentur; et sic reambulatam et ab aliorum iuribus metaliter separatam et distinctam, eandem eidem Georgio filio Nicolai cum omnibus suis utilitatibus et pertinenciis universis, eo iure quo sibi dinoscerentur pertinere, perpetuo possidendam reliquissent et commisissent palatinalis et noster homines prenotati, nullo penitus inibi neque coram *(így)* contradictore apparente. In cuius rei memoriam firmitatemque perpetuam presentes eidem ad ipsius peticionem concessimus literas privilegiales pendentis et autentici sigilli nostri munimine roboratas. Datum octavo die termini prenotati, anno domini supradicto.

Hártyán, lilaszínű selyemzsinegen függő pecséttel; eredetije a Rajky cs. ltárában. Nagy Imre.

83. *István nádor a veszprémi káptalant kiküldi, hogy Rendesi Mártont és rokonait, Rendesi Demeter elhalt leányának Dobosi Mihály nejének birtokába iktassa be. Uzsa, 1389. máj. 23.*

Amicis suis reverendis capitulo ecclesie Wesprimiensis Stephanus regni Hungarie palatinus et iudex comanorum amiciciam paratam cum honore. Dicit nobis Martinus filius Pauli de Rendus sua ac Benedicti et Gregorii filiorum, nec non Margarethe filie item Blasii et Petri uterinorum, ac Mathie filii Johannis patruelis fratrum suorum in personis, quod ipsi medietates sessionis et vinee Demetrii filii Petri in eadem Rendus habitarum, necnon viginti iugera terrarum, quorum tria prope lacum Balatini penes nemus prunorum, duo vero eorumdem penes dictum lacum Balatini prope fenile, tria vero prope locum Dyoskerth vocatum, et tria in valle Vathyar dicta, quatuor vero in Kukerth circa arborem nucis vulgariter Kerekdio dictam, duo vero in fine quarumdam terrarum arabilium penes locum fenetosum, item tria prope viam hataruth dictam existerent, necnon fenetum quatuor falcastrorum eiusdem Demetrii filii Petri, quorum duo in Zenaskerth penes puteum ipsius ville Rendus a parte orientali, et duo eorumdem prope dictum lacum Balatin vulgariter Hayorew dictum adiacerent, totaliter, quas videlicet medietates sessionis et vinee necnonque *(így)* viginti iugera terrarum et feneta quatuor falcastrorum, prefatus Demetrius cum filia sua Michaeli filio Pauli dicti de Dabus perpetuo contulisset, mortua dicta filia ipsius Demetrii ab ipso Michaele filio Pauli cum omnibus suis utilitatibus iuridice reoptinuissent et in dominium eorumdem legitime statuti extitissent, et nunc per ipsam iuridicam reoptencionem et legitimam statucionem ipsi in pacifico dominio eorumdem existerent, sed quia Johannes dictus Choromp de Deuecher et alii socii sui literalia instrumenta eorum super premissa iuridica reoptencione et statucione iamdictarum medietatum sessionis et vinee ac viginti iugerum terrarum et fenetorum quatuor falcastrorum totalium confecta, simulcum aliis literalibus eorum instrumentis ac rebus et bonis aufferendo asportassent, ideo ipsi in dominium eorumdem

medietatum sessionis et vinee ac ipsorum viginti iugerum terrarum et fenetorum quatuor falcastrorum, in locis predictis habitorum viceversa et de novo legitime vellent introire, si contradiccio cuiuspiam ipsis non obviaret in hac parte; super quo vestram amiciciam presentibus petimus diligenter, quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio fidedignum, quo presente Michael vel Bartholomeus filii Petri aut Lucasius filius Nicolai de Monozlo seu Franciscus filius Johannis de Sostokal aliis absentibus, homo noster, scita prius de premissis mera veritate, ad facies predictarum medietatum dicte videlicet sessionis a parte aquilonis penes sessionem dicti Martini habite, ipsius vero vinee a plaga orientali existentis et dictorum viginti iugerum terrarum, ac fenetorum quatuor falcastrorum totalium, vicinis et commetaneis suis universis inibi legitime convocatis presentibus accedendo, ipsos Martinum ac filios, filiam et fratres eiusdem in dominium earumdem medietatum sessionis et vinee predictarum, necnon totalium predictarum viginti iugerum terrarum et fenetorum quatuor falcastrorum introducat, statuatque easdem medietates sessionis et vinee predictarum necnon predicta viginti iugera terrarum ac feneta quatuor falcastrorum totaliter cum omnibus suis utilitatibus eisdem Martino ac filiis, filie et fratribus eiusdem eo iure quo ipsis dinoscuntur pertinere perpetuo possidenda, si non fuerit contradictum, contradictores vero, si qui fuerint, citet ipsos contra prelibatos Martinum filium Pauli ac filios, filiam et fratres eiusdem in nostram presenciam ad terminum competentem, racionem contradiccionis eorum reddituros; et post hec ipsius possessionarie introduccionis et statucionis seriem cum nominibus contradictorum et citatorum si qui fuerint, terminoque assignato nobis amicabiliter rescribatis. Datum in Wsa, secundo die festi beate Elene regine, anno domini M° CCC° LXXX° nono.

A veszprémi káptalannak ugyancsak 1389-ben kelt jelentéséből, mely szerint «Stephanus rector ecclesie de Abran» a káptalan embere egyik királyi emberrel a beiktatást minden ellenmondás nélkül teljesítette; a káptalan jelentése megvan eredetben a gr. Festetics cs. keszthelyi ltárában, Zaladien. 47. Nagy Imre.

84. *A székesfehérvári káptalan bizonyítja, hogy Demeter veszprémi püspök a nádor által megítélt esküt a kitűzött határnapon, arra, hogy Töttöskál nevű birtokában Rátóti Gyulafi János sásdikáli jobbágyai három holdat elfoglaltak, nem tette le. 1389. máj. 23.*

Capitulum ecclesie Albensis, omnibus Christi fidelibus tam presentibus quam futuris presencium noticiam habituris, salutem in omnium salvatore. Ad universorum noticiam harum serie volumus pervenire, quod cum iuxta continenciam literarum viri magnifici domini Stephani regni Hungarie palatini et iudicis comanorum adiudicatoriarum patencium, venerabilis in Christo pater dominus Demetrius episcopus ecclesie Wesprimiensis, adversus magistrum Gyula filium Johannis de Ratholth, solus, feria quinta proxima post quindenas festi beatorum Philippi et Jacobi apostolorum proxime preterito, in predicta ecclesia sua Wesprimiensi kathedrali in suo stallo episcopali comparendo, et manum suam dextram ad pectus suum ponendo coram nostro testimonio, hoc ut tria iugera terre arabilis litigiosa, in dictis literis ipsius domini Stephani palatini expressa, ab illo tempore, quo videlicet possessio Teutuskal ipsi ecclesie Wesprimiensi per regiam maiestatem collata extitisset, semper ipsius ecclesie sue Wespriminensis fuerint et nunc existant, eandemque tempore magistri Oliverii populi et iobagiones in possessione Sasdykal residentes non de iure sicuti ad eandem villam hereditarie pertinencia, sed indebite et modo violento usi fuerint, ad conscienciam suam episcopalem dicere et referre debuisset, ipso termino adherente, nosque ad audiendam et videndam conscienciosam assercionem prelibati domini Demetrii episcopi ecclesie Wesprimiensis in civitatem Wesprimiensem nostrum hominem videlicet Nicolaum de Alba presbiterum de choro ecclesie nostre pro testimonio fidedignum duxissemus destinandum, idem demum exinde ad nos reversus, nobis retulit eo modo, quod annotatus dominus Demetrius episcopus, id videlicet ut annotata tria iugera terre litigiosa, ab illo tempore, quo dicta possessio Teutuskal ipsi ecclesie Wesprimiensi per regiam celsitudinem collata extitisset, semper

ipsius ecclesie sue fuerint et nunc existant, eandemque tempore dicti magistri Oliverii populi et iobagiones in dicta possessione Sasdykal, non de iure sicuti ad eandem villam hereditarie pertinencia, sed indebite et modo violento usi fuerint, ad suam conscienciam non retulisset, nec ad ipsam assercionem conscienciosam venire curavisset. In cuius rei memoriam firmitatemque perpetuam presentes concessimus literas nostras privilegiales, pendentis et autentici sigilli nostri memorialis munimine roboratas. Datum quinto die termini prenotati, anno domini Millesimo CCC° LXXX° nono; honorabilibus viris dominis Johanne Zudar decretorum doctore preposito domino et prelato nostro, Nicolao de Pok cantore, Stephano custode et Nicolao decano ecclesie nostre existentibus.

Hártyán, zöld és rózsaszínű selyem zsinóron függő pecséttel; eredetije a hg. Esterházy család kismartoni levéltárában. A. 11. 36. Nagy Imre.

85. *Zsigmond király Galsa nevű birtokot Debrentei Himfi Benedek bán özvegyének és unokáinak adományozza. Buda, 1389. jun. 20.*

relacio domini Leustasii

Nos Sigismundus dei gracia rex Hungarie Dalmacie Croacie etc. marchioque Brandemburgensis etc. memorie commendamus tenore presencium significantes quibus expedit univer-is, quod nobilis domina Margaretha vocata relicta quondam magnifici viri Benedicti bani filii Pauli filii Heem de Debrenthe in sua, item Basilici, Benedicti, Cirini et Nabory filiorum quondam Nicolai filii dicti Benedicti bani personis ad nostre colsitudinis accedens presenciam, quandam possessionem Galsa vocatam in comitatu Zaladiensi existentem, in cuius pacifico dominio a multis retroactis temporibus perstetisset et esset de presenti, quam annotatus quondam Benedictus banus, a Georgio filio Dominici de Keled pro ducentis et viginti marcis denariorum, marcam quamlibet decem pensis computando emisse dinoscitur, nove donacionis nostre titulo sibi et dictis filiis condam Nicolai filii dicti Benedicti bani perpetuo dari et conferri postulavit; nos itaque ipsius nobilis domine humilimis et iuriconsonis supplicacionibus

nostre maiestati per ipsam porrectis favorabiliter inclinati, volentes ipsam favore prosequi gracioso, annotatam possessionem Galsa nuncupatam in dicto comitatu Zaladiensi habitam, cum omnibus suis utilitatibus et pertinenciis universis, utputa terris cultis et incultis silvis, pratis, aquis, vineis, montibus et aliis quovis nominis vocabulo vocitatis, sub eisdem suis veris metis et antiquis, quibus eadem per ipsum Georgium filium Dominici habita fuit, gubernata et possessa, annotate nobili domine, item Basilico, Benedicto, Cirino et Nabor filiis condam Nicolai filii dicti condam Benedicti bani, et per eos ipsorum heredibus heredumque suorum cunctis posteritatibus, baronum nostrorum exinde prehabito consilio, nove nostre donacionis titulo dedimus, donavimus et contulimus, imo damus donamus et conferimus per hec scripta iure perpetuo et irrevocabiliter per eosdem et ipsorum heredes possidendam, tenendam pariter et gubernandam, salvo tamen iure alieno. Presentes autem dum nobis in specie fuerint reportate, in formam nostri privilegii redigi faciemus. Datum Bude, in dominico proximo post festum Corporis Christi, anno eiusdem M° CCC° octuagesimo nono.

Hártyán, belől veres viaszba nyomott pecséttel; alatta a föntebbi szavak; eredetije a hg. Batthyány cs. körmendi levéltárában. Véghely D.

86. *Zsigmond király Veszprém vármegye ispánjait utasítja, hogy Debrenthei Benedek bán utódait Galsa nevű birtokban Péter somlai várnagy- s mások ellenében is megvédjék. Buda, 1390. mart. 11.*

deliberacio baronum.

Sigismundus dei gracia rex Hungarie Dalmacie Croacie etc. marchioque Brandenburgensis etc. fidelibus suis comiti vel vicecomiti comitatus Wesprimiensis, salutem et graciam. Dicitur nobis in personis nobilis domine relicte condam Benedicti bani de Debrenthe ac Basiliscy, Benedicti, Ciriny et Nabory filiorum Nicolai filii dicti condam Benedicti bani, quod Petrus filius Petri castellanus de Somlo, ipsos pridem de quadam particula silve et prati intra veros limites possessionis ipsorum Galsa nominate existencium, propria sua potencia mediante exclusisset, in ipsorum preiudicium valde-

magnum; quare fidelitati vestre firmiter precipiendo mandamus, quatenus habita presencium noticia prefatos nobilem dominam et filios iamdicti Nicolai filii condam Benedicti bani in dominium dictorum particule silve et prati, iuxta continenciam literalium instrumentorum ipsorum restatuere, et contra quoslibet illegitimos impetitores ipsos in eadem conservare et protegere debeatis nostra in persona, et aliud nullo modo facere presummatis. Datum Bude, feria sexta proxima ante dominicam Letare, anno domini M° CCC° nonagesimo.

Hátlapján a nagy felségipecsét nyomaival s alatta a föntebbi szavakkal; eredetije a hg. Batthyány cs. körmendi ltárában. Ugyanott megvan a Péter somlói várnagyhoz ugyanezen ügyben intézett királyi parancs töredéke is. Véghely D.

87. *Bebek Imre országbíró Pötréte nevű birtokot a királyi registrumok megtekintése után Szántói Botka fia János neje ellenében Rajky György fiának Istvánnak és Bekének ítéli, és ebbeli rendelkezését jóváhagyás végett a király elé fölterjeszti. Buda, 1390. nov. 26.*

Nos comes Emericus Bubek iudex curie domini Sigismundi dei gracia regis Hungarie damus pro memoria, quod magister Stephanus filius Georgii de Rayk pro se personaliter, et pro Beke fratre suo cum procuratoriis literis regalibus iuxta continenciam literarum conventus ecclesie Zaladiensis citatoriarum, in octavis diei medii Quadragesime proxime preteritis in figura nostri iudicii comparendo, contra nobilem dominam Clara vocatam, consortem Johannis filii Bothka de Zantow, easdem literas prefati conventus formam possessionarie introduccionis et statucionis contradictorieque inhibicionis et citacionis in se denotantes, domino nostro regi ad nostram amicabilem literatoriam peticionem resriptas, tenoremque literarum nostrarum eidem conventui directarum verbaliter in se habentes, asserens accionem suam et predicti Beke fratris sui literis contineri in eisdem, presentarat declarantes, quod cum prefati magister Stephanus et Beke acceptis Johanne filio Ladislai de Rayk regis et fratre Jacobo sacerdote ipsius conventus hominibus, feria secunda proxima post festum beati Mathie apostoli proxime preteri-

tum, ad faciem possessionis Petrete vocate, vicinis et commetaneis suis universis illic legitime convocatis et presentibus accedendo, se per eosdem regium et ipsius conventus homines in dominium predicte possessionis Petrete introduci ac eandem ipsis titulo nove regie donacionis perpetuo possidendam statuifacere voluissent, tunc prescriptus Johannes filius Bothka ibi adherendo, in persona prescripte nobilis domine Clare consortis sue, statucioni et introduccioni prescripte possessionis Petrete ipsis filiis Georgii fiende contradixisset, quam quidem nobilem dominam idem regius et prescripti conventus homines ibidem et eodem die contra prefatos filios Georgii racionem contradiccionis sue reddituram, ad prefatas octavas diei medii Quadragesime in regiam citavissent presenciam; quibus quidem literis exhibitis, prefatus magister Stephanus in sua et predicti fratris sui personis, racionem premisse contradictorie inhibicionis assignari postularat per nobilem dominam supradictam. Quo audito prelibatus Johannes filius Bothka pro predicta nobili domina consorte sua cum procuratoriis literis capituli ecclesie Castriferrei in nostram exurgendo presenciam, responderat eo modo, quod tempore statucionis predicte possessionis Petrete ipse pro eo in persona prefate nobilis domine consortis sue fecisset prohibicionem prenotatam, quia preallegata possessio Petrete ipsi nobili domine Clare consorti sue vigore instrumentali pertineret, que non adtunc, sed in termino ulteriori per nos eidem dando coram nobis exhibere promta esset et parata. Unde nos premissis perceptis, iudicantes commiseramus eo modo, ut prefata nobilis domina Clara universa sua literalia instrumenta factum premisse possessionis Petrete concernencia, in octavis festi Penthecostes tunc venturis, contra prefatos filios Georgii exhibere teneretur coram nobis, quibus visis iudicium et iusticiam facere valeremus inter partes in premissis; et cum ab eisdem octavis ipsa instrumentalis exhibicio partes inter easdem secundum series literarum nostrarum prorogatoriarum ventilando, simulcum iudiciis novem marcarum nobis et parti adverse per ipsam dominam persolvendis, ad presentes octavas festi beati Michaelis archangeli prorogatorie devenisset, tandem ipsis octavis instantibus, prefatus

magister Stephanus filius Georgii de Rayk pro se personaliter et pro prefato Beke fratre suo cum procuratoriis literis regalibus in nostram veniendo presenciam, volens predictam possessionem Petrete sibi et dicto Beke fratri suo pertinere debere comprobare, quasdam duas literas, unam condam comitis Jacobi de Scepus privilegialem, et aliam domini nostri Sigismundi regis patentem nobis presentavit; in quarum prima utputa ipsius comitis Jacobi de Scepus, in Vissegrad, sedecimo die octavarum festi beati Jacobi apostoli, in anno domini M° CCC° septuagesimo nono confecta habebatur, quod Stephanus literatus (stb. lásd föntebb 49. sz. alatt). Secunda autem ipsarum videlicet dicti domini Sigismundi regis litera (lásd Zsigmond királynak 1390-ben kelt levelét: Hazai Okmánytár IV. 226. l.). Quibus quidem literis exhibitis, prefatus magister Stephanus de Rayk in sua et annotati Beke fratris sui personis, premissa exhibere assumta instrumenta exhiberi postulavit per nobilem dominam supradictam; quo p(r)cepto prefatus Johannes filius Bothka pro prefata nobili domina Clara vocata consorte sua cum procuratoriis literis conventus Zaladiensis in nostram exurgendo presenciam, pro premissis exhibere assumtis instrumentis quasdam literas domini Lodovici felicis recordacionis olim incliti regis Hungarie in anno domini M° CCC° LXXX°, septimo idus mensis Januarii, regni autem sui anno tricesimo nono privilegialiter emanatas, tenorem quarumdam trium literarum, duarum suarum ac tercie capituli Castriferrei transscriptive et confirmative in se continentes, nobis demonstravit; quarum literarum prima, scilicet ipsius domini Lodovici regis, Posonii, in festo nativitatis beati Johannis Baptiste, in anno domini M° CCC° LX° sexto confecta, seriem cuiusdam alterius litere sue in Vissegrad, sabbato proximo ante dominicam Judica, in anno domini M° CCC° sexagesimo confecte transscriptive et confirmative in se habens denotabat, quod idem dominus noster Lodovicus rex, recordatis fidelitatibus et placibilibus serviciis Andree filii Johannis de Rayk, quibus idem in plerisque suis et regni sui expedicionibus prosperis et adversis, iuxta sui status exigenciam sue laudabiliter studuisset complacere maie-

stati, volens idem dominus Lodovicus rex et ex animo cupiens, ne ipsius Andree merita laudabilia erga liberalitatem sui ubivis inrecompensata et ingrata permaneret, sed exinde saltem in persona eiusdem nobilis domina Clara vocata relicta Nicolai filii Andornuk soror videlicet uterina ipsius Andree, nec non Johannes, Stephanus, Andreas, Gregorius et Paulus filii eiusdem domine, condigna premia meritorum a sua exequerentur maiestate, ipsis de sue liberalitatis clemencia hanc graciam specialem duxisset faciendam, ut si prefatum Andream filium Johannis absque heredum solacio domino volente ab hac luce decedere contingeret, quod absit, extunc in omnibus suis possessionibus et possessionariis porcionibus ubilibet habitis et quovis nominis vocabulo vocitatis, et specialiter in dicta possessione Rayk, Petrete, Bezzegd, Buken et Turek vocatis, in comitatu Zaladiensi existentibus, veros heredes et filios naturales ipse dominus rex instituisset et creasset, prefecisset, regni sui consvetudine ab antiquo approbata, que huic iuri repugnare videretur non obstante, ita ut prefato Andrea filio Johannis sine herede ab hac decesso, prefata domina Clara nuncupata et filii sui predicti eorumque heredes in dominium et proprietatem prefatarum possessionum et porcionum possessionariarum ipsius Andree tamquam veri heredes et filii eiusdem legitimi succederent, et easdem ipsi eorumque heredes et posteritates universi hereditarie successionis iure perpetuo possiderent, tenerent et conservarent. Secunda vero ipsarum literarum suarum in Gradnazenthmiclos, secundo die festi beati Bartholomei apostoli, sub anno domini M° CCC° LXX° nono edita declarabat, quod ipse dominus Lodovicus rex consideratis fidelitatibus et fidelium serviciorum meritis prefati Stephani dicti Boltran, quibus ipse in cunctis suis et dicti regni sui negociis, prosperis utputa et adversis, intrepide studuisset et semper anhelasset complacere, volens pro huiusmodi suis fidelibus obsequiis aliquatenus eidem regie remuneracionis ad huiusmodi peticionem eiusdem Stephani beneficio respondere, potissime supplicacione spectabilis principis domini Ladislai ducis Opulie fratris sui karissimi pro eodem Stephano erga suam celsitudinem interveniente, universas et

quaslibet porciones possessionarias, que iamdictum condam Andream filium Johannis in prefatis possessionariis porcionibus in dictis possessionibus Rayk, Petrete, Bezzegd, Beken et Turuk vocatis existentibus legitime contigissent, eidem de iure pertinuissent, simul cum suis iuribus regalibus que suam maiestatem qualitercunque et quomodocunque in eisdem porcionibus possessionariis ipsius condam Andree in prefatis quinque possessionibus habitis tangere dinoscerentur, et que in eisdem porcionibus possessionariis idem condam Andreas possedisse, tenuisse, conservasse perhibitus fuisset, nove sue donacionis titulo et omni eo iure, quo ipsa et eedem sue regie pertinuissent collacioni, prefato Stephano et per eum Emerico nato et fratri Paulo fratribus suis ac ipsorum Stephani et filii sui heredibus heredumque suorum successoribus et posteritatibus universis, ex certa sciencia sua cum omnibus earum utilitatibus et pertinenciis universis, sub eisdem veris metis et antiquis, quibus eedem ab olim use fuissent et possesse ac conservate, dedisset, donasset et contulisset perpetuo et irrevocabiliter possidendas, tenendas et habendas, absque preiudicio iuris alieni. Tercie siquidem continencia videlicet capituli Castriferrei litere, quarto die festi beati Bartholomei apostoli, in anno domini M° CCC° LXX° nono emanate exprimebat, quod regius ac prescripti capituli Castriferrei homines literis in eisdem nominati, ad literatorium mandatum dicti domini Lodovici regis transmissi, Stephanum dictum Boltran de Rayk, Emericum filium et fratrem Paulum uterinum fratrem eiusdem Stephani, secundo die festi beati Michaelis archangeli, in dicto anno domini M° CCC° LXX° nono preteriti, in dominium quarumdam possessionariarum porcionum condam Andree filii Johannis hominis sine herede decedentis, in possessionibus Rayk predicta, item Petrete, Bezzegd et Buken et Teuruk vocatis in comitatu Zaladiensi existentibus ac iurium regalium in eisdem possessionibus habitis *(igy)* introduxissent statuissentque eisdem perpetuo possidendas. Quarum quidem literarum exhibicionibus factis, ipse magister Stephanus de Rayk in sua et prenotati Beke fratris sui personis retulit eo modo, quod prenotatus Stephanus Boltran filius prescripte

domine relicte Nicolai filii Andornuk post decessum prescripti Andree (patris) matris sue, senciens eundem prescriptas suas porciones possessionarias mala fide et malo titulo possedisse, ad dictas literas regias et graciam in eis sibi et prescripte matri et fratribus suis factam se non submisisset, sed easdem ipsi domino Lodovico regi presentando, ipsum ut preclarescere-ret, in eo postulasset, ut ipsam suam graciam pro ipso et Emerico filio ac Paulo fratri suis confirmando, universa iura sua regalia, si que ipsum in eisdem possessionariis iuribus prefati condam Andree tangere dinoscerentur, sibi et predictis filio et fratri suis in perpetuum dare per ipsum dominum Lodovicum regem postulasset. Tandem quia prescriptus Petrus filius Nicolai, qui videlicet cum annotata domina consorte pretitulati Johannis ab una stipite progressum habuissent naturalem, nam ipse Petrus fuisset filius Nicolai filii Ladislai filii Pouse filii prelibati Pouse, ipsa autem domina foret filia filie predicte domine relicte Nicolai sororis ipsius Andree filii Johannis filii prenotati Pouse senioris, prescriptas literas ab ipso domino Ladislao rege loquentes, quarum vigore tam ipse quam prefatus Andreas avunculus scilicet ipsius domine coniugis ipsius Johannis dicta iura possessionaria sub taciturnitatis velamine ac furtive, et clandestine uti iurium regalium conservatores conservassent, in figura iudiciaria ipsius comitis Jacobi exhibuisset, et post eius exhibicionem ipse Petrus in pena delacionis falsarum literarum racionibus ex previis condemnatus extitisset, et prescripta porcio possessionaria in dicta Rayk habita, per prefatum Thomam filium Nicolai recaptivata, eidem Thome ac possessio Petrete in cuius facto nunc lis nostri in presencia verti dinoscitur, regie sublimitati fuissent adiudicate et statute, et sic tandem ipsa possessio Petrete erga regias manus per bonum spacium existente, ipse Stephanus eandem possessionem ab ipso domino Lodovico rege sibi et Emerico filio suo, obmissis vigoribus premissarum literarum ipsius domini Lodovici regis, eo quod eedem ad conservacionem ipsius minus sufficientes extitissent et existerent, de presenti nove sue regie donacionis titulo perpetuo dari postulasset, que tenore regestri regalis in camera eiusdem requirendi posset

comprobare, et ex eo regia sublimitas sibi et dicto fratri suo eandem possessionem Petrete de iure conferre valuisset. In quarum contrarium prefatus procurator annotate nobilis domine allegavit eo modo, quod quamvis ipsa domina coniunx sua, unacum prenotato Petro ipsas falsas literas deferenti ab uno avo et stipite ortum haberent naturalem, et ipse litere false, nomina proavi coniugis sue sicut abavi ipsius Petri contineant, tamen ipse Petrus prescriptas literas maliciose cum aliquo unacum eadem domina ab una linea condescendenti non exhibuisset nec earum vigore ipsam possessionem Petrete preannotatus Andreas possedisset, sed eandem et alia premissa iura possessionaria sub mero et sincero nobilitatis titulo possedisset. Quibus sic factis harum discussionem et exhibicionem tenoris ipsius registri pro saniori deliberacione ex his fienda, de Vissegrad huc in Budam in presenciam prelatorum et baronum duxeramus transmittendam. Tandem nobis quinquagesimo die dictarum octavarum festi beati Michaelis archangeli hic Bude unacum domino Johanne comite capelle ac magistro Martino prothonotario domini Stephani palatini ac aliis quamplurimis regni nobilibus per reginalem clemenciam ad diffinicionem huius cause specialiter transmissis, nobiscum in iudicio existentibus, prefatus magister Stephanus, presente antedicto Johanne filio Bothka, qui pro annotata nobili domina consorte sua cum procuratoriis literis prescripti conventus Zaladiensis coram nobis astabat, ad nostram veniens presenciam, quasdam literas serenissime principis domine nostre Marie regine nobis presentavit, habentes hunc tenorem: stb. (lásd a Hazai Okmánytár IV. 229. lapján.). Quibus sic habitis, cum nos visis parcium literalibus munimentis, auditisque earum proposicionibus, predictam possessionem Petrete racionibus ex previis annotato magistro Stephano filio Georgii et Beke fratri eiusdem perpetuo possidendam adiudicassemus, annotatamque nobilem dominam consortem prelibati Johannis filii Bothka pro indebita prohibicione prescripte possessionis Petrete in emenda estimacionis eiusdem convictam fore decrevissemus, mox dicta domina nostra Maria regina execucionem diffinicionis ipsius nostre adiudicacionis tum toto

premisso processu per suum specialem nuncium ad nos transmissum, examini regie maiestatis ac prelatorum et baronum eiusdem, ad festum Epiphanie domini nunc venturum sine crastinacione, ubi tunc idem dominus noster rex cum dictis suis prelatis et baronibus deo duce fuerit constitutus, differri demandavit iusticiam ob maiorem, pro eo nos discussionem premissorum ad ipsum festum Epiphanie domini nunc affuturum sine crastinacione, iuxta premissum reginale mandatum, ad deliberacionem regie maiestatis ac prelatorum et baronum suorum, ubi tunc idem noster rex cum dictis suis prelatis et baronibus deo duce fuerit constitutus, duximus prorogandam. Datum Bude, quinquagesimo secundo die octavarum festi beati Michaelis archangeli predictarum, anno domini M° CCC° nonagesimo. In quo eciam termino predicta iudicia novem marcarum, ipsa domina, eo quod nunc nobis et parti adverse persolvere debens non persolvit, cum duplo persolvere teneatur.

Hártyán; eredetije a Rajky cs. ltárában. Meg van ugyanott Zsigmond királynak «22° die festi virginis gloriose» 1391-ben Gyulafehérvárott kelt levele, melyben a király az országbíró itéletét jóváhagyta, s a vasvári káptalant a beiktatásra kiküldte; melyek után a beiktatás következtében Kaplai János országbíró 1394-ben végitéletet hozott; ezen ítélet is meg van ugyanott eredetiben. Nagy Imre.

88. *A veszprémi káptalan előtt Dezső fia Dénes, Váthka nevű birtokának egy harmad részét, leányára Ilonára és vejére Jakabra, a nádor udvari jegyzőjére, átruházza. 1391. apr. 22.*

Nos capitulum ecclesie Wesprimiensis memorie commendantes significamus quibus expedit universis presencium per tenorem, quod Dionisius filius Desew de Waathka comitatus Zaladiensis, adherente sibi Nicolao filio suo in adulta etate constituto et infrascripto consenciente, nostri in presencia personaliter constitutus, confessus extitit ministerio vive vocis in hunc modum, ut ipse nobilem puellam Elena vocatam filiam suam, matura deliberacione inter se et dictum Nicolaum filium suum prehabita, magistro Jacobo literato notario curie palatinalis, more romane ecclesia legitimam tradidisset in consortem, cui quidem filie sue et per

ipsam predicto magistro Jacobo genero suo, propter dilectionem filialem quam erga ipsam habuisset et haberet, terciam partem directam porcionis sue possessionarie in dicta possessione Waathka vocata existentis, nunc erga manus suas habite, cum cunctis eiusdem tercie partis ipsius porcionis possessionarie utilitatibus, quocunque nomine censeantur, perpetuo et irrevocabiliter tenendam, possidendam pariter et habendam dedisset assignasset et contulisset, imo dedit assignavit et contulit coram nobis, patrocinio presencium mediante, hoc siquidem interserto, ut si nutu divino prefata filia sua ab ipso magistro Jacobo literato proles procreare non posset et sic ipsa absque prolium utriusque sexus solacio ab hac luce decederet, eo non obstante, prelibata tercia pars ipsius porcionis possessionarie in eundem magistrum Jacobum tanquam filium adoptivum ipsius Dionisii deberet resultari; retulit eciam quod si temporum in processu quascunque possessiones seu possessionarias porciones ipsorum Dionisii et Nicolai filii sui, apud manus alienas habitas, communi labore et expensa reobtinere possent, aut a regie celsitudinis clemencia, quecunque parcium predictarum serviciis suis mediantibus impetrare valeret, in duas rectas et coequales partes inter se dividere tenerentur; et si eciam coniunx ipsius magistri Jacobi antedicta ut prefertur absque prolium utriusque solacio *(igy)* viam universe carnis ingrederetur, adhuc pretactus magister Jacobus semper tanquam filius adoptivus, premissas porciones possessionarias ipsius coniugis sue et per consequens suas, perpetuo possidendi haberet facultatem; declarato eciam et expresso, ut ipso Dionisio filio Desew de medio sublato, prefata filia sua et annotatus magister Jacobus gener suus, in premissis porcionibus possessionariis, nunc scilicet erga manus suas ut premittitur habitis, reobtinendis eciam et impetrandis, equales partes tanquam prenotatus Nicolaus filius ipsius Dionisii, habebunt ex integro; nihilominus voluit, quod si divina volente clemencia prefatus Nicolaus filius suus absque prolium utriusque sexus consolacione, quod absit, ab hoc seculo emigraret, extunc totales porciones possessionarie iam relate, in prelibatos dominam et magistrum Jacobum, prolesque

eorumdem devolverentur et devolvi deberent eo facto. Presentes autem dum nobis reportate fuerint, privilegialiter emanandas eisdem conferemus effective. Datum sabbato proximo ante festum beati Georgii martiris, anno domini M° CCC° nonagesimo primo.

Hártyán, hátlapján pecsét nyomaival; eredetije a gr. Festetics cs. levéltárában. Zaladien. 49. Ugyanott megvan Zsigmond királynak Visegrádon «feria 2-a post festum Exaltacionis s. crucis» 1393-ban kiadott levele, melyben a fönt nevezetteknek Váthka nevű lakatlan birtok benépesítését megengedi. Nagy Imre.

89. *A somogyvári convent előtt Miklós zalavári apát, az ellen, hogy elődje Péter apát Egyházfölde nevű birtokot Aracsai Benedek fiaival elcserélte, tiltakozik. 1391. aug. 24.*

Nos conventus monasterii sancti Egidii de Simigio, memorie commendamus, quod Jacobus dictus Soldus, vice, nominibus et in personis religiosi viri domini fratris Nicolai abbatis et conventus ecclesie Zaladiensis, nostram veniendo in presenciam, per modum protestacionis et prohibicionis nobis significare curavit, quod predicti dominus abbas et conventus percepissent, condam religiosus vir frater Petrus abbas predicti monasterii Zaladiensis quandam possessionem eiusdem ecclesie Eghazfewld vocatam, cum suis utilitatibus, in comitatu Zaladiensi situatam, Beken, Gregorio et Petro filiis Benedicti de Aracha per modum fassionis in capitulo ecclesie Castriferrei concambialiter tradidisset in preiudicium ipsorum ac iurium derogamen predicti monasterii Zaladiensis satis ingens; unde facta huiusmodi protestacione, prefatum dominum Petrum condam abbatem ab huiusmodi fassionaria tradicione dicte possessionis Eghazfelde vocate, ac annotatos Beken, Gregorium et Petrum filios Benedicti a recepcione eiusdem sibique ipsis appropriacione, usurpacione, detencione, perpetuacione ac se ipsos in dominium ipsius quovismodo vel quesito colore intromissione, usuum fructuum et quarumlibet utilitatum percepcione vel percipi faccione factis vel fiendis, publice et manifeste prohibuit contradicendo et contradixit inhibendo coram nobis, testimonio presencium mediante. Datum in festo beati

Bartholomei apostoli, anno domini Millesimo CCC° nonagesimo primo.

Hátlapján pecsét nyomaival; eredetije a szalavári apátság házi ltárában. Loculus 3. Nr. 2. Nagy Imre.

90. *Zsigmond király Kebele-Szentlászló nevű birtokot Szécsi Miklós nádor fiainak adományozza. Pozsegavár. 1391. sept. 1.*

Nos Sigismundus dei gracia rex Hungarie Dalmacie Croacie etc. marchioque Brandenburgensis etc. memorie commendamus per presentes, quod Johannes filius condam Nicolai de Zeech palatini fidelis noster ad nostre maiestatis accedens presenciam, suas fidelitates et fidelia servicia per ipsum nobis et sacre nostre corone in diversis locis et temporibus exhibitis et impensis *(így)* nostre maiestati exponens et declarans ac in memoriam reducens nostre sublimitatis, quandam possessionem Kebelezenthlazlo vocatam, condam Petri filii Pauli de Gadua in comitatu Zaladiensi habitam, ut dicitur hominis sine heredum solacio domino volente ab hac luce decedentis asserens ipsam prefuisse, obhocque iuxta regni nostri legem manibus nostris regiis rite devolutam extitisse, a nobis sibi perpetuo dari et conferri postulavit. Nos igitur qui ex innata nobis regali benignitate cunctis nobis fideliter obsequentibus fidelia servicia animo metiri debemus pietatis, nihilominus fidelitatibus et fidelibus serviciis prefati Johannis recensitis, prefatam possessionem ipsius condam Petri ut premittitur ad nostram devolutam maiestatem, cum omnibus suis utilitatibus et pertinenciis universis, sub suis veris metis et antiquis quibus per eundem condam Petrum rite possessa fuit et gubernata, prefato Johanni et per eum Frankoni, Nicolao et Petro fratribus suis carnalibus de dicta Zeech ipsorumque heredibus heredumque suorum successoribus, nove nostre donacionis titulo, et omni eo iure quo nostre previa racione incumbit collacioni, dedimus, donavimus et contulimus, imo damus, donamus et conferimus in his scriptis iure perpetue et irrevocabiliter per eosdem Johannem, Frankonem, Nicolaum et Petrum de prefata Zeech et ipsorum heredes possidendam, tenendam pariter et

habendam, salvo duntaxat preiudicio iuris alieni. Presentes autem nobis allatas, privilegialiter pro eisdem emanari faciemus. Datum in Posegawar, in festo beati Egidii abbatis, anno domini M° CCC° LXXXX° primo.

Zsigmond királynak 1391-ben «nono kalendas mensis Decembris» kelt privilegialis leveléből, melynek eredetije megvan Körmenden a hg. Battyány cs. ltárában. Nagy Imre.

91. *Mária királyné Lendvai Bánfi Jánosnak, Istvánnak és Lászlónak Szabar nevű birtokukon vásár-jogot adományoz. Csepel szigetén, 1391. oct. 9.*

relacio magistri Ladislai magistri curie.

Nos Maria dei gracia regina Hungaric Dalmacie Croacie etc. Notum facimus universis presentes inspecturis, quod nos tum pro fidelitatibus et fidelium serviciorum gratuitis meritis fidelis nostri viri magnifici domini Johannis de Lyndua olim bani et magistri Stephani filii eiusdem, aule nostre militis, similiter nostri fidelis, locis et temporibus opportunis per ipsos cum summa fidelitatis constancia nostre maiestati exhibitis et impensis, tum eciam pro utilitate et commodo regni nostri, potissime ad supplicacionis instanciam ipsius magistri Stephani nobis porrectam, ad possessionem ipsorum, necnon fidelis nostri magistri Ladislai filii condam domini Stephani de eadem bani, fratris ipsorum, Zabar vocatam in comitatu Zaladiensi existentem, nundinas liberas seu forum annuale in cunctis festivitatibus beati Galli confessoris, et aliis diebus idem festum precedentibus et subsequentibus, ad id scilicet necessario sufficientibus, in ipsa possessione omni anno celebrandas, sub iisdem libertatum prerogativis, quibus nundine liberarum civitatum nostrarum celebrantur, duximus annuendo graciose concedendas, absque tamen preiudicio nundinarum liberarum aliorum; quocirca vos fideles nostros universos mercatores, et alios homines forenses atque viatores, presentibus affidamus et assecuramus, quatenus ad dictas nundinas liberas seu forum annuale in ipsa possessione memoratorum domini Johannis ac magistrorum Stephani et Ladislai Zabar nuncupata singulis annis modo quo supra per nos perpetuo

celebrari commissas, secure et absque omni pavore seu formidine rerum et personarum vestrarum veniatis, peractisque vestris negociacionibus in emcionibus et vendicionibus nundinis liberis in eisdem, redeatis ad propria vel ad alia loca que tenditis, salvis rebus vestris et personis, sub nostra proteccione et tutela speciali; et hec volumus per fora et alia loca publica ubique in dicto comitatu palam facere proclamari. Datum in insula Chepel, in festo beati Dionisii, anno domini M° CCC° nonagesimo primo.

Hártyán, a pecsét alatt mint fent a «relacio» olvasható; eredetije a zala-apáti orsz. ltárban. Nro. 3163. Véghely D.

92. *A vasvári káptalan a nádor rendeletéből Molnári Miklóst és Béri Mihályt Pakod máskép Barlabáshida és Kan nevű birtokokban megosztoztatja. 1392. máj. 4.*

Nos capitulum ecclesie Castriferrei, memorie commendamus, quod nos literas viri magnifici Leustaci regni Hungarie palatini et comitis Albensis, honore condecenti recepimus hunc tenorem continentes: Nos Leustacius de Ilsua regni Hungarie palatinus et comes Albensis memorie commendamus, quod Nicolaus filius Nicolai de Molnar personaliter ab una, item Michael filius Ladislai filii Gaspar de Beer similiter personaliter parte ab altera nostri in presencia constituti, proposuerunt et sunt confessi viva voce, quod in causa quam prefatus Nicolaus filius Nicolai contra Michaelem filium Ladislai in factis possessionariorum iurium per avos et prothavos dictarum parcium precio comparatorum vel aliis titulis sexum femineum contingencium movere intendissent, arbitrio octo proborum et nobilium virorum per partes equali numero adducendorum, se submisissent et submiserunt coram nobis tali modo, quod quidquid idem octo probi et nobiles viri in villa Bagk vocata, octavo die festi beati Georgii martiris proxime venturi coram testimonio capituli ecclesie Castriferrei, quod per ipsum capitulum ad id serie presencium amicabiliter transmitti postulamus, auditis parcium proposicionibus revisisque literarum eorum instrumentis in premissis arbitrarentur, hoc ambe partes

acceptare tenerentur, tali vinculo mediante, quod si qua ipsarum parcium arbitrium dictorum octo proborum et nobilium virorum non acceptaret, extunc pars talis contra partem alteram ipsum arbitrium acceptantem, in decem marcis denariorum ante litis aditum deponendis, salva iudicis porcione convincetur eo facto ; ad quod partes predicte se sponte obligarunt, testimonio presencium mediante. Datum in villa Bagk predicta, feria tercia proxima post festum Resurreccionis domini, anno eiusdem M° CCC° nonagesimo tercio. Nos enim ipsius peticionibus aquiescentes, ad premissa peragenda hominem nostrum magistrum Mathiam socium et concanonicum nostrum pro testimonio transmisimus, tandem idem ad nos reversus nobis retulit tali modo, quod partes predicte cum earum arbitriis loco et termino prenotatis coram ipso comparuissent, ubi iidem arbitrii parcium auditis proposicionibus visisque literalibus instrumentis earumdem arbitrando, possessionem Pokud alio nomine Barlabashyda vocatam in duas divisissent partes condecentes, ubi in ordine sessionum duo fundi integri et medius, in linea occidentali in fine a meridie, ac unus fundus integer et medius in eadem linea inter porciones possessionarias dicti Michaelis filii Ladislai et fratrum suorum, ac unus fundus integer in eadem linea in fine desertus, prefato Nicolao provenissent; item duo fundi integri et medius in dicta linea occidentali iuxta predictos duos fundos et medium dicto Nicolao cessos ab aquilone siti, ac unus fundus integer et medius in eadem linea in fine ville ab aquillone siti, ac in eadem linea extra villam in fine ab aquilone unus fundus integer desertus prefato Michaeli provenissent; item terram Kan habitatoribus destitutam, similiter in duas divisissent partes condecentes, quarum una dicto Nicolao, altera vero ipsi Michaeli cessissent et provenissent partibus predictis, premissa cum omnibus suis utilitatibus et pertinenciis universis iure perpetuo et irrevocabiliter in filios filiorum et heredum per heredes possidere, tenere pariter et habere. Tributa vero pontis et montana ac proventus molendini intra terminos premisse possessionis Pokud habita et existentes sibique provenientes et proveniencia, partibus communiter uti com-

misissent; possessionem vero Bagk non divisissent, eo quod Ladislaus pater prefati Michaelis in persona nobilis domine consortis et filiorum suorum asseruisset eandem post mortem Nicolai, patris matris dicti Nicolai fore emtam; Bagata vero possessionem non divisissent eo, quod idem Ladislaus eandem in lite existentem indicasset; addidit eciam idem homo noster, ut pecunie quantitatem a prefato Michaele ipsi Nicolao racione ipsius possessionis Pokud provenientem eidem Michaeli penitus relaxassent. In cuius rei memoriam perpetuamque firmitatem presentes concessimus literas nostras privilegiales pendenti sigillo nostro consignatas, medioque alphabeto intercisas. Datum quarto die termini prenotati, anno domini ut supra; honorabili viro domino Georgio preposito, viris discretis magistris Luca cantore, Paulo custode, decanatu vacante, ceterisque canonicis ecclesie nostre existentibus.

Hosszú pergamen-szalagon függött pecsétje elveszett; a gyulafehérvári káptalan ltárában őrzött eredetiről másolta Szabó Károly.

93. *Zsigmond király Eörsi Miklós fiának Kis Györgynek pallos jogot adományoz. Buda, 1392. nov. 25.*

Nos Sigismundus dei gracia rex Hungarie Dalmacie Croacie etc. ac marchio Brandenburgensis etc. memorie commendamus significantes tenore presencium quibus expedit universis, quod nos sicuti pro fidelibus serviciis et sincerissimis complacenciis fidelis nostri Georgii parvi filii Nicolai de Wrs, nobis in cunctis nostris et regni nostri negociis prosperis pariter et adversis, cum summa fidelitatis constancia per eum fideliter exhibitis et impensis, sic non minus pro extirpacione furum, latronum, et aliorum malefactorum hominum, qui in regno nostro multiplicati fore asseruntur, eidem Georgio parvo et per eum suis heredibus et posteritatibus universis huiusmodi graciam de regie liberalitatis circumspecta providencia duximus conferendam, ut omnes fures, latrones et alios malefactores homines, infra metas et terminos possessionum suarum Wrs predicte, Wepsen et Pata vocatarum, in Wesprimiensi, item Latran et Benyk appellatarum in Strigoniensi

comitatibus existencium reprehensos, ipsimet et sui officiales capiendi, iudicandi et iuxta eorum demerita tormentandi et pena debita plectendi, suspendendi, patibulum et alia genera tormentorum intra metas et terminos earumdem possessionum suarum erigendi et conservandi perpetuam et liberam habeat facultatem, harum nostrarum testimonio literarum. Datum Bude, in festo beate Katherine virginis et martiris, anno domini M° CCC° nonagesimo secundo.

Zsigmond királynak 1393. «12° kalendas Marcii» kelt átiratából, melynek eredetije megvan a hg. Batthyány cs. körmendi ltárában. Véghely D.

94. *Buda város bírája és eskütt társai előtt Kanizsai Miklós kir. tárnokmester két budai házát Bernhardi Ferencz polgárra átruházza, oly kikötés mellett, hogy ő ezért a Kehida melletti örményesi paulinusoknak évenkint hatvan arany forintot, két mázsa olajfaolajt, egy lagena tin-halat és száz darab kősót megfizetni, illetve kiszolgáltatni tartozzék. 1392. dec. 14.*

Nos Johannes Gleczel iudex castri novi montis Pestiensis, Johannes Pernhawser, Michael Nodler, Marcus Stoyani, Laurencius Nynderthaym, Johannes Omycheyn, Herthlinus, Perchtoldus Chraft, Georgius Kase, magister Johannes literatus, Nicolaus de Senche, Johannes filius Viti et Michael de Eed, tunc pro tempore iurati ipsius castri, memorie commendantes significamus universis quibus expedit presencium per tenorem, quod magnificus vir dominus Nicolaus filius Johannis de Kanisa tavarnicorum regalium magister, coram nobis personaliter comparendo, quasdam duas domos suas, in castro predicto adiacentes, unam in vicinitate domorum quondam domini Nicolai Konth palatini et beginarum ordinis sancti Dominici habitam, aliam vero domibus Johannis Omicheyn predicti et sanctimonialium de Insula Leporum vicinam, cum omnibus earum utilitatibus et pertinenciis universis, nullo penitus contradictore apparente, locavit, tradidit et assignavit, magistro Francisco Bernhardi nostro concivi et per eum suis heredibus heredumque suorum successoribus iure perpetuo ac pacifice possidendas, eo modo, ut idem Franciscus Bernhardi suique heredes ac posteri, prefatas duas

domos successu temporum possiderent, singulis annis et perpetue, racione redditus vulgariter purkrecht dicti, claustro beate virginis ordinis fratrum heremitarum sancti Pauli primi heremite de Vrmynus prope Kedhyda et per consequens fratribus nunc et pro tempore deo famulantibus in eodem, sexaginta florenos auri aut pecuniam usualem equivalentem, in duobus terminis infrascriptis, triginta scilicet in festo Penthecostes et residuos triginta in festo nativitatis beate Marie virginis; item in festo purificacionis Marie duos centenarios olei olive et unam lagenam alecum vulgo tun dictam, necnon centum sales dare et persolvere teneantur; in casu autem ubi annotatus magister Franciscus aut eius heredes, oleum et aleca predicta propter caristiam seu viarum discrimina, aut quovis alio casu fortuito dare non possent, extunc pro dictis duobus centenariis olei viginti florenos auri, et pro pretacta lagena alecum sex florenos similiter auri prenotato claustro dare et persolvere teneantur; assumsit nihilominus memoratus dominus Nicolaus, eundem magistrum Franciscum Bernhardi suosque heredes seu posteros, ab omnibus racione prescriptarum duarum domorum ac universarum utilitatum earumdem impetere nitentibus, defendere et expedire propriis suis laboribus et expensis, secundum usum et consvetudinem nostre civitatis ab antiquo approbatam, salvis tamen redditibus prenotatis semper remanentibus. In cuius rei memoriam perpetuamque firmitatem presentes literas nostras privilegiales, alphabeto intercisas, duplicis sigilli nostri appensione, ad peticionem parcium predictarum duximus concedendas. Datum in crastino festi beate Lucie virginis et martiris, anno domini M° CCC° nonagesimo secundo.

Hártyán, függő pecsét nyomaival; eredetije az orsz. ltárban, dipl. oszt. 7818 sz. a. három eredeti példányban van meg, melyek egyikéről a pecsét fehér és lila színű selyem zsinóron függ. Ugyanott a város bírájának és esküdt társainak egy másik 1392-ben kelt levele is őriztetik, mely szerint a tárnok még más három budai házat maguknak az örményesi barátoknak adományoz. Nagy Imre.

95. *A vasvári káptalan előtt Szentgróti Miklós és Kecskédi László neje Margit, Béri Miklós leánya, s ennek fiai, Bér, Bozool és Vadkert nevű birtokokon megosztozván, Barrabásmolna nevű malom birtokában a türjei conventet megerősítik. 1393. jan. 3.*

Nos capitulum ecclesie Castriferrei memorie commendamus, quod magister Nicolaus filius Ladislai de Zenthgerolth sua ac Georgii filii sui in personis, cuius honus et gravamen per omnia super se assumsit ab una, parte vero ab altera nobilis domina Margareta vocata, consors Ladislai filii Gaspar de Kechked filia videlicet Nicolai filii Johannis de Beer, item Michael Baltazar et Gaspar filii eiusdem nobilis domine a prescripto Ladislao geniti, coram nobis personaliter constituti, ministerio vive vocis confessi extiterunt eo modo, ut quia ipsi iuxta seriem quarumdam literarum regalium composicionalium et obligatoriarum inter se in possessionibus Beer, Bozool, Vodkert et aliis in literis exinde confectis expressis divisionem fecissent, in ipsaque divisione quoddam molendinum Barrabasmolna dictum, intra terminos possessionis Barrabasfeulde vocate in fluvio Zala olim ab oriente nunc vero ab occidente habitum, efficacissimorum instrumentorum literarum vigoribus ecclesie beate virginis Marie in Jurle fundate, et per eandem nunc et pro tempore in eadem deo famulancium fuisse et esse de presenti agnovissent, ideo ipsi ipsum molendinum cum omnibus suis utilitatibus et pertinenciis universis, eidem ecclesie ac in eadem nunc et pro tempore deo laudes decantantibus, pro ipsorum ac universorum predecessorum et successorum eorum animorum salute pacifice remisissent et resignassent, imo remiserunt et resignarunt coram nobis testimonio presencium mediante. In cuius rei memoriam perpetuamque firmitatem presentes concessimus literas nostras privilegiales pendenti sigillo nostro consignatas medioque alphabeto intercisas. Datum feria sexta proxima ante festum Epiphanie domini, anno eiusdem M° CCC° nonagesimo tercio; honorabili viro domino Georgio preposito, viris discretis magistris Mathia

cantore, Paulo custode, Ladislao decano ceterisque canonicis ecclesie nostre existentibus.

Hártyán, hártya-szalagon függő pecsét nyomaival; eredetije a hg. Batthyány cs. körmendi ltárában. Nagy Imre.

96. *A székesfehérvári keresztesek conventje előtt a veszprémi káptalan, Péter dekánja által, György éneklő kanonokot és ennek testvéreit, Koltai Tamás fiait, ábrahámi birtokrészök elidegenítésétől tiltja. 1393. mart. 2.*

Nos conventus cruciferorum ecclesie beati regis Stephani de Alba, memorie commendamus, quod discretus vir magister Petrus canonicus et decanus ecclesie Wesprimiensis, in persona honorabilis capituli eiusdem ecclesie Wesprimiensis ad nostram veniens presenciam, per modum prohibicionis et protestacionis (nobis signi)ficans declaravit, ut quemadmodum (idem ca)pitulum Wesprimiense percepisset, discretus vir magister Georgius cantor dicte ecclesie Wesprimiensis, socius et concanonicus eiusdem capituli, non advertens quod sit de m(eni)bus prefate ecclesie et de pocioribus dignitatibus ipsius unus fore censeatur, vivatque et utatur bonis eiusdem, item Thomas et Stephanus filii Thome de Colta fratres eiusdem, temporibus et diebus nunc proxime retrolapsis, receptis homine regio et testimonio alicuius capituli vel conventus, vigore literarum regalium vel alicuius alterius iudicis regni, absque scitu ipsius capituli taciteque et occulte, imo eodem capitulo omnino inscio et ignorante, se ad quedam iura possessionaria in possessione Abraam vocata habita, que inter iura possessionaria et terras dicti capituli in eadem Abraam existentes essent adiacencia, asserentes ea a quibusdam nobilibus et alterius status hominibus fore per eos emta, impignoracionisque titulo ipsis pertinencia, introduci, et huiusmodi iura possessionaria ac terras antefati capituli sibi ipsis statui facere procurassent, per quas introduccionem et statucionem, quamplura iura possessionaria ac terras pretacti capituli in prescripta Abraam sita et habitas, idem Georgius cantor et sui fratres pro se occupando, et ad premissa iura que ipsorum fore pretenderent applicando, appropriassent et mollirentur perpetuare, in grande

preiudicium capituli Wesprimiensis supradicti; cum tamen prenarrata iura possessionaria tam racione contigue vicinitatis et commetaneitatis, quam eciam dominii prefato capitulo magis quam aliis quibuspiam iuxta regni consvetudinem ad emenda vel pro pignore recipienda pertinerent, unde memoratum capitulum Wesprimiense prenominatos Georgium cantorem et eius fratres, aliosque quoslibet, a premissorum iurium possessionariorum annotati capituli occupacione et se in eadem introduci, ipsaque sibi ipsis statuifaccione, pro se appropriacione, perpetuacione vel alio quovis exquisito colore et ingenio se in prescripta iura possessionaria ex causis prenarratis ingessione, in preiudicium annotati capituli factis vel fiendis prohiberet, imo iamdictus magister Petrus canonicus et decanus, nomine et in persona supradicti capituli Wesprimiensis prohibuit contradicendo et contradixit inhibendo coram nobis, testimonio presencium mediante. Datum in dominica Reminiscere, anno domini M° CCC° nonagesimo tercio.

Eredetije foltos papíron írva, a veszprémi káptalan ltárában. Capsula II. «Abrahám». Véghely D.

97. *Az alispán és szolgabírák bizonyítják, hogy Kutasi Miklós Kutasi László ellen bizonyos jobbágynak elköltözése dolgában az esküt letette. Kapornak, 1394. febr. 6.*

Nos magister Johannes filius Demetrii de Mendzenth, vicecomes ac iudices nobilium comitatus Zaladiensis, memorie commendamus, quod cum secundum seriem et continenciam literarum nostrarum adiudicatoriarum, Nicolaus filius Johannis de Kutus contra Ladislaum filium Johannis de alia Kutus in quindenis ferie quinte proxime post festum beatorum Fabiani et Sebastiani martirum proxime preteritis, sacramenta tercio se nobilibus in eo, ut Laurencius iobagio suus *(így)* ab ipso non ex sua voluntate nec suo consilio et consensu saluisset et recessisset, facere debuisset coram nobis, ipso termino occurrente, idem Nicolaus sua prestitit sacramenta cum suis coniuratoribus ut debebat coram nobis, testimonio presencium mediante. Datum in Kapor-

nuk, secundo die termini prenotati, anno domini M° CCC° nonagesimo quarto.

Hátlapján három kisebb pecsét nyomaival; eredetije a gr Draskovics cs. ltárában. Nagy Imre.

98. *A vasvári káptalan előtt Apáti Gegus és Péter fiai egy részről, más részről pedig Szántói Botka János neje Klára és fia, Apátiban bizonyos birtokrészeken megosztoznak. 1394. febr. 8.*

Nos capitulum ecclesie Castriferrei memorie commendamus, quod Stephanus filius Gegus de Apaty sua ac Georgii et Michaelis filiorum Petri filii Rohman de eadem in personis, quorum honus et gravamen per omnia super se assumsit ab una, parte vero ab altera magister Johannes filius Bothka de Zanthow similiter sua ac nobilis domine Clare consortis, Petri et Stephani filiorum suorum in personis, quorum honus et gravamen per omnia super se assumsit, coram nobis personaliter constituti, ministerio vive vocis confessi extiterunt eo modo, ut ipsi ordinantibus plurimis probis et nobilibus viris, taliter in infrascriptis inter se disposuissent et disposuerunt coram nobis, ut idem Stephanus sua ut premittitur et dictorum Georgii ac Michaelis in personis, annotatas nobilem dominam Claram, Petrum et Stephanum filios eiusdem ad possessionariam porcionem condam Stephani dicti Poltran in dicta Apaty habitam, in ipsorum fratres condivisionales assumsit, annotatus vero magister Johannes sua modo simili et dictorum domine consortis, Petri et Stephani filiorum suorum in personis, in premissorum recompensam possessionariam porcionem a Petro filio Kopaz de dicta Apaty in eadem Apaty ipsis provenientem, cum omni plenitudine sui iuris cum dictis Stephano, Georgio et Michaele, in duas partes quoequales dividere assumsit eo modo, ut cuilibet parcium sua porcio a parte possessionarie porcionis seu sessionis sue cedere debeat et provenire, hoc declarato, quod partes prescripte possessionarias porciones in eadem Apaty ab ipsorum manibus alienatas, idem Stephanus laboribus propriis, sumtibus tamen et expensis communibus requirere, requisitasque et reoptentas

modo simili inter se in duas partes condecentes dividere teneantur; hoc eciam declarato, quod si quam parcium heredibus orbatam ab hac luce decedere contingeret, extunc premissum ius possessionarium talis partis decesse in dicta Apaty habitum, in ius et proprietatem partis superstitis remaneret et devolveretur eo facto, testimonio presencium mediante. In cuius rei memoriam perpetuamque firmitatem presentes concessimus literas nostras privilegiales, pendenti sigillo nostro consignatas, medioque alphabeto intercisas. Datum die dominico proximo post festum Purificacionis beate Marie virginis, anno domini M° CCC° nonagesimo quarto; honorabili viro domino Georgio preposito, viris discretis magistris Luca cantore, Paulo custode, decanatu vacante, ceterisque canonicis ecclesie nostre existentibus.

Hártyán, függő pecsét nyomaival; eredetije a gr. Festetics cs. ltárában, Zaladien. 50. Nagy Imre.

99. *A zalavári convent Zsigmond királynak jelenti, hogy Felsőlindvai Szécsi Miklós fiait és a Bánfiakat, Laczkfi István volt nádor és rokonai ellen a szemenyei és letenyei révjogban való megháborítás miatt a király elé megidézte. 1394. sept. 14.*

Excellentissimo principi domino Sigismundo dei gracia inclito regi Hungarie Dalmacie Croacie etc. marchionique Brandenburgensi etc. domino ipsorum, conventus monasterii beati Adriani martiris de Zala, oraciones in filio virginis gloriose. Literas vestre maiestatis citatorias nobis directas summa cum obediencia receptas, et iuxta earumdem continenciam unacum Anthonio de Bechuelgh homine vestre maiestatis in eisdem literis vestris inter alios nominatim conscripto, nostrum hominem videlicet religiosum virum fratrem Johannem sacerdotem unum ex nobis ad infrascriptam citacionem faciendam nostro pro testimonio duximus destinandum; qui demum ad nos exinde reversi, nobis concorditer retulerunt, quod ipsi feria secunda proxima ante festum nativitatis beate Marie virginis intacte proxime preteritum evolata, magistros Johannem, Franchk, Nicolaum et Herchek filios magnifici viri domini Nicolai condam bani

de Zeech de superiori Lyndva, item Stephanum filium condam Johannis bani ac Ladizlaum filium similiter condam Stephani bani de Alsolyndva tempore recaptivacionis et introduccionis ac statucionis medietatum quorumdam vadorum in possessionibus Zemenye et Letenye vocatis in fluvio Mura appellato existencium, per eorum homines racione eorum prohibicionis in personis ipsorum facte, contra magnificos viros dominos Stephanum pridem regni nostri palatinum et alterum Stephanum filium condam domini Dionisii vaivode ac Andream filium olim domini Nicolai similiter vaivode Transsilvani, ad octavas festi beati Michaelis archangeli proxime affuturas, in vestre maiestatis presenciam citavissent, racionem contradiccionis eorum reddituros. Datum octavo die diei citacionis prenotate, anno domini M° CCC° nonagesimo quarto.

Zárlatán pecsét nyomaival; eredetije az orsz. lt. kincst. oszt. N. R. A. 1544. 29. dipl. lt. 7975. V. ö. Fej. X. 2. 491. l., hol szintén az áll, hogy Laczkfi István fia István viselte volt annak idejében a nádori méltóságot s nem Dénes vajda fia István, mint ezt Maj. láth Béla a «Turul» második évfolyama 1-ső füzetében tévesen állítja. Nagy Imre.

100. *A győri káptalan jelentése a királyhoz, hogy az országbíró ítélete értelmében három Pécsel nevű birtokban a veszprémi káptalan birtokilletőségét, a felsorolt határok között, kihasította. 1394 okt. 13.*

Serenissimo principi domino eorum, domino Sigismundo dei gracia inclito regi Hungarie Dalmacie Croacie etc. marchionique Brandenburgensi etc. capitulum ecclesie Jauriensis, oracionum suffragia devotarum cum perpetua fidelitate. Literis magnifici viri domini comitis Johannis de Kapla iudicis curie vestre excellencie adiudicatoriis, seriem et formam sue iudiciarie deliberacionis sentencie in se declarantibus, pro honorabili capitulo ecclesie Vesprimiensis ut agente, et contra magistrum Ladislaum filium Nicolai de Vesen ut in causam attracto loquentibus, honore quo decuit receptis, iuxta quarum continenciam, unacum magistro Paulo de Kouar prothonotario dicti domini comitis Johannis iudicis curie vestre, homine vestro, in dictis literis eiusdem domini

comitis Johannis inter alios homines vestros conscriptos expresse nominato, nostrum hominem videlicet honorabilem virum dominum Dominicum ecclesie nostre cantorem, socium et concanonicum nostrum, pro partibus dictorum capituli ecclesie Vesprimiensis et magistri Ladislai filii Jacobi, ad contenta dictarum literarum dicti comitis Johannis fideliter exequenda, pro nostro testimonio fidedignum duximus transmittendum; demum prefato magistro Paulo homine vestro, per certas suas literas, ac regestrum manu sua factum, de infrascriptis nos certo modo informante, fassionemque suam huiusmodi virtute dictarum literarum suarum et regestri superinde facti, sigillo prefati domini comitis Johannis apud ipsum habito consignatarum seu consignati, eidem homini nostro suo modo committente, idem homo noster ad nos exinde rediens, nobis retulit isto modo, quod prefatus homo vester, ipso presente, in die festi beati Michaelis archangeli proxime preteriti et aliis diebus subsequentibus, ad id aptis et sufficientibus, ad faciem possessionis Pechel vocate, donaticie, vicinis et commetaneis suis universis illic legitime convocatis, et magistro Petro decano, Georgio lectore et altero Georgio cantore canonicis dicte ecclesie Vesprimiensis prelibati capituli Vesprimiensis, item Thoma filio Dominici de Chathar ac Johanne filio Ladislai de Bornag, memorati magistri Ladislai procuratoribus presentibus, accessisset, ibique primo iuxta seriem privilegii sanctissimi regis Ladislai, in transscripto literarum capituli ecclesie Albensis contenti, in ipsas literas adiudicatorias inserto, terram ad duo aratra sufficientem cum decem et septem vineis, necnon decem et septem mansionibus seu locis sessionibus *(igy)*, secus et circa quasdam octo sessiones populosas, sub monte Pechelhege existentes, et usque nunc ac de presenti erga manus prefati capituli Vesprimiensis pacifice habitas, easdem octo sessiones cum terris et vineis ad ipsas spectantibus, per ipsos iobagiones hucusque mixtim usis et possessis, in computum et numerum ipsorum locorum sessionalium, vinearum et terre duorum aratrorum reflectendo et computando regali mensura, exceptis silvis et pratis, quas cum aliis villanis, prout in ipso privilegio contineretur, communiter uti

permisisset, mensurasset; demum autem secundum continenciam duarum literarum privilegialium domini Andree olim similiter regis Hungarie, in maiori Pechel ante ecclesiam beati Petri apostoli ibidem constructam, a plaga occidentis iuxta duas sessiones populosas usquemodo et nunc per prefatum capitulum Vesprimiense quiete usas et possessas, simulcum eisdem duabus sessionibus, sex sessiones iobagionales, et postremo in tercia possessione similiter Pechel, in qua videlicet sepefatum capitulum Vesprimiense actenus et de presenti duo loca sessionalia iobagionalia pacifice possedisset et conservaret, simulcum ipsis duobus locis sessionalibus quatuor sessiones pro iobagionibus aptas, cum certis silvis et quibuslibet aliis utilitatibus ad easdem spectantibus eo modo, prout huiusmodi utilitates ibi in circumiacentibus villis, ad singulas sessiones iobagionum conservarentur, similiter mensurassent; et his habitis, easdem prefato capitulo Vesprimiensi, contradiccione prefati magistri Ladislai, aliorumque quorumlibet non obstante, sub limitacionibus et terminis metalibus subscriptis statuisset et commisisset in perpetuum possidere, tenere pariter et habere. Mete autem quibus prescripta terra duorum aratrorum cum prescriptis decem et septem vineis ac decem et septem iobagionibus dicto capitulo Vesprimiensi statuta, cum aliis suis utilitatibus ab aliorum iuribus circumquaque separaretur, demtis quibusdam iuribus terrarum arabilium ad ipsam terram duorum aratrorum spectantibus, in diversis locis mixtim adiacentibus, que per metas subscriptas ad eandem terram duorum aratrorum commode et bono modo includi et annecti non potuissent, et quorum numerus ac situs inferius declarantur, hoc ordine protenderetur: quod primo inciperet ab oriente in latere predicti montis Pechel supra et secus quasdam arbores sorbellorum, ubi inter iunipera in vicinitate terre memorati Johannis filii Ladislai de Barnag, ut idem asseruisset, metam terream fecisset, inde ad occidentem in ipso latere eiusdem montis ascensive non longe quasi ad iactum unius sagitte procedendo, iuxta quasdam arbores pirorum super quandam parvam arborem ilicis aliam metam terream elevasset; abhinc ad predictam plagam monte in

eodem magis ascensive tendendo, supra quasdam arbores sorbellorum et subtus silvam supra dictam Pechel habitam, in loco campestri abolite vinee metam terream erexisset, deinde versus prefatam plagam in dicto monte Pechel similiter ascensive procedendo, de quodam berech ipsius montis modicum descendendo in dicta silva, subtus et prope fodimina lapidum cementi metam terream cumulassent; ex hinc sub vertice antedicti montis ad prescriptam plagam non longe pergendo, in quoddam berck parvum ascendendo, in quodam loco spacioso abolite vinee, supra et secus dumos iuniperorum similiter metam terream fecisset; adhuc ad pretactam plagam in quandam vallem sub dicta silva procedendo, secus indagines eiusdem vinee metam terream elevasset; amplius ad pretaxatam plagam de ipsa valle in quoddam berck ascendendo, sub silvaque prenotata non longe procedendo, inter quasdam vineas subtus prenarratam silvam habitas ad unum surculum sorbelli prope quandam magnam viam metam terream erexisset; dehinc ad dictum montem et ad verticem ipsius montis ascensive tendendo, supra unam vineam pretactam silvam intrando, in eademque parvum procedendo, in ipsa silva, sectis quibusdam arboribus metam terream cumulasset; ulterius ad prelibatam plagam eundo ac quoddam berck pertranseundo magisque verticem montis prenotati attingendo, secus quandam vineam metam terream fecisset, deinde in ipso monte versus antefatam plagam non multum late subtus silva antelata per quandam vallem eundo, in loco spacioso metam terream erexisset; abhinc de sepedicto monte in aliam vallem modice ad meridiem descensive eundo, inter rubeta prope vineas metam terream accumulasset; deinde ad antedictam plagam occidentis per vineam Johannis filii Nicolai iobagionis predicti Johannis filii Ladislai de prescripta Barnag in eadem residentis procedendo, et in quandam viam inter vineas habitam intrando, per ipsamque modice eundo, secus eandem viam a parte dextera ad quandam arborem cerusorum *(igy)* metam terream elevasset; ex hinc versus prescriptam plagam meridiei modice eundo, circa caput dicti montis infra quasdam vineas inter rubeta ad quandam arborem ilicis

metam terream erexisset; ex inde reflexive ad quasdam terras arabiles de pretacto monte descendendo, prope easdem inter rubeta metam terream fecisset; abhinc valde modice ipsas terras arabiles ad meridiem pertranseundo, secus easdem a parte silve Vazul vocate metam terream elevasset; ulterius versus dictam meridiem penes dictam silvam reflexive non longe descendendo, iuxta quandam viam in iamdictam silvam intrantem metam terream accumulasset; amplius ad sepefatam plagam meridiei non longe magis descendendo, secus quandam parvam arborem nucis et terras arabiles metam terream erexisset; de hinc modice versus dictam partem adhuc magis descendendo, inter terras arabiles metam terream cumulasset; abinde ad partem orientalem regrediendo et per spacium non longincum per terras arabiles eundo secus quandam viam de dicta Pechel et Werestw ducentem metam terream elevasset; de hinc ad dictam plagam modice eundo in marigine eiusdem magne et antique vie inter rubos spinarum cini *(így)* silvestris metam terream cumulasset; deindeque in dictam magnam et antiquam viam incidendo, ab ipsaque via nec ad dextram, nec ad sinistram declinando, sicque per eandem directe usque et versus supradictam possessionem Pechel vocatam, memorati capituli Vesprimiensis sub monte prenotato habitam, ad dictam orientem tendendo, secus eandem viam ex parte meridiei iuxta terras arabiles, secus et prope ipsam Pechel habitas, metam terream elevasset; ab hinc ad dictam partem meridiei inter ipsas terras arabiles modice tendendo, in fine earumdem penes fenile metam terream fecisset; deinde per diverticula ipsarum terrarum arabilium, in quarum scilicet fine quidam puteus Nyarkuth appellatus existeret, ad orientem regrediendo, penes alias terras arabiles et quoddam fenile metam terream elevasset; ab hinc penes ipsas terras arabiles et fenile parvum ad meridiem pergendo, in diverticulo ipsius terre arabilis metam terream fecisset; ulterius ad prescriptam partem orientis modice eundo, et quoddam pratum pertranseundo, diverticulumque eiusdem alterius terre arabilis attingendo, in fine earumdem metam terream cumulasset; ab hinc directe ad aquilonem reflectendo et ses-

sionem ipsius possessionis Pechel sub monte pretacto existentis attingendo, iuxta viam per ipsam possessionem ducentem metam terream elevasset; deinde in eadem via directe ad orientem tendendo, penes eandem viam a parte montis in diverticulo quarumdam terrarrum arabilium metam terream erexisset; ab hinc modice ad dictam plagam aquilonis parvum procedendo, et ad diverticula ipsarum terarum arabilium attingendo, inter easdem terras arabiles ipsius capituli Vesprimiensis metam terream elevasset; de hinc adhuc ad dictam plagam aquilonis non multum procedendo, in quodam loco spacioso prope quendam rivulum per loca sessionalia ipsius possessionis Pechel fluentem, metam terream fecisset; ulterius ad sepedictam plagam aquilonis penes dictum rivulum modice eundo, in quandam viam versus dictum montem euntem propeque molendinum dominarum sanctimonialium claustri beate Katherina virginis de Vesprimio existentem incidendo, in ipsaque modice ad sinistram reflectendo, inter spineta metam terream cumulasset; ab hinc in ipsa via versus predictum montem non longe pergendo, secus eandem viam iuxta quandam arborem nucis metam terream fecisset; dehinc in quandam aliam viam intrando et per eandem non longe directe ad occidentem tendendo, secus ipsam a parte montis prenotati ad surculum nucis metam terream penes vineas accumulasset; ex inde ad dictam aquilonem penes indagines vinearum non multum procedendo, in quodam loco spacioso inter vineas prope quandam viam graminosam metam terream cumulasset; ab hinc vero non longe ad dictam plagam aquilonis tenderet ad primam metam, et ibi terminaretur. Numerus autem et situs predictorum iugerum terrarum, que scilicet ut premissum est, in ipsam terram duorum aratrorum per metas prescriptas includi nequivissent, hoc modo distingerentur: quod retro curiam Johannis sartoris nobilis de alia Pechel a parte occidentis unum iuger usuale, preterea prope vineam Jacobi dicti Chaak iobagionis ipsius capituli Vesprimiensis a parte aquilonis similiter unum iuger usuale, item in locis Apageley et Oztowth vocatis duo iugera usualia, et insuper ante et prope prescriptum molendinum dictarum dominarum san-

ctimonialium a parte meridiei duo iugera terrarum regalia essent et existerent. Ceterum quia in dicta maiori Pechel unum rusticum non multum divitem, nec pauperem, sed mediocriter se habentem, decem iugera terrarum usualia habere et possidere invenisset, ideo dictis sex sessionibus singula decem iugera terrarum mixtim adiacencia deputasset, presertim quedam duo iugera terrarum arabilium usualia secus sessionem Laurencii iobagionis dicti magistri Ladislai de dicta Pechel, ab aquilone et meridie hinc et hinc adiacencia, pro duobus locis iobagionalibus memorato capitulo Vesprimiensi assignando, cuilibet sessioni dictarum quatuor sessionum octo iugera terrarum usualia cum medio ad eadem loca sessionalia eorumdem iobagionum propter paucitatem terre includendo, deputasset; ordines autem terrarum arabilium, prescriptis duobus locis iobagionalibus sessionalibus, per ipsos nunc et denuo ex porcione dicti magistri Ladislai ibidem habita excisa et attributa, tali modo distingerentur, quod in prescripto loco Apageley in duobus diverticulis incipiendo in latitudine a quadam magna arbore nucis usque terram arabilem Stephani filii Georgii iobagionis dictarum dominarum sanctimonialium claustri sancte Katherine qnatuor iugera terrarum usualia in uno ordine, item in eodem loco a quodam rubo galagonyabokor vocato usque terras arabiles Elie filii Anthonii iobagionis dicti capituli Vesprimiensis in latitudine similiter in uno ordine quinque iugera terrarum usualia, item in loco Sarcharete inter terras arabiles Johannis filii Onth nobilis de dicta Pechel, et Clementis filii Bekus iobagionis capituli Budensis in uno ordine duo iugera terrarum usualia, item in loco Apagmegy inter terras arabiles prescripti Johannis sartoris nobilis de dicta Pechel et Benedicti filii Sandor iobagionis predicti capituli Vesprimiensis duo iugera usualia in uno ordine, item prope dictam magnam viam prius pro meta deputatam similiter in uno ordine tria iugera usualia, item in loco Perehlezeg inter terras Simonis filii Damiani iobagionis capituli Budensis et memorati Johannis filii Onth prope quandam viam unum iuger usuale haberetur et existerent. Datum quindecimo

die termini prenotati, anno domini M° CCC° nonagesimo quarto.

Kissé rongált papíron; eredetije a veszprémi káptalan házi ltárában. Caps. XII. «Nagy-Péczel». Véghely D.

101. *Zsigmond király adománylevele Tapolczakeszi nevű birtokról, Maternus veszprémi püspök és egyháza részére. Szeged, 1394. oct. 31.*

commissio propria domini regis.

Nos Sigismundus dei gracia rex Hungarie Dalmacie Croacie etc. ac marchio Brandenburgensis etc. memorie commendantes tenore presencium quibus expedit universis significamus, quod fidelis noster reverendus in Christo pater dominus Maternus episcopus Wesprimiensis in nostre claritatis accedendo presenciam, nobis supplicare curavit, ut porcionem possessionariam in possessione Thapolczakezy vocata in comitatu Zaladiensi existenti habitam, que alias Johannis filii Johannis dicti Zeuke de eadem, hominis ut dicitur sine heredum solacio defuncti fuisset, et eodem Johanne defuncto, ipsa porcio possessionaria iuxta ritum et consvetudinem regni nostri ad manus nostras regias existeret devoluta, ipsi domino Materno episcopo et sue ecclesie predicte dare et perpetuo conferre dignaremur. Nos itaque tum zelo devocionis accensi, quam ad dei et sanctorum gestamus ecclesias, tum prefati domini Materni fidelitatum intuitu, pretactam porcionem possessionariam in dicta Kezy habitam, cum omnibus utilitatibus, fructibus, commoditatibus, emolimentis aliisque pertinenciis universis, quibuscumque nominibus vocitatis, sub eius veris metis et antiquis, quibus eadem per antedictum Johannem aliosque priores possessores habita, tenta extitit et possessa, ac omni eo iure quo premisso modo ad nostram devoluta existit maiestatem, nostreque spectat collacioni, de manibus nostris regiis prelibato domino Materno episcopo et suis successoribus ac dicte ecclesie sue Wesprimiensi nove nostre donacionis titulo dedimus, donavimus et contulimus, imo damus, donamus et conferimus perpetuo et irrevocabiliter habendam, tenendam pariter et possidendam, salvo tamen iure alieno, presencium nostrarum

testimonio literarum, quas in formam nostri privilegii dum nobis specietenus fuerint reportate, redigi faciemus. Datum Zegedini, in vigilia festi Omnium Sanctorum, anno domini Millesimo trecentesimo nonagesimo quarto.

Hártyán, eredetije a vasvár-szomathelyi káptalan országos ltárában, fasc. C. Nr. 10. Véghely D.

102. *Zsigmond király a magbanszakadt Köbölkuti János Köbölkuth máskép Gulács nevű birtokát a Badacson hegye alatt, Boldogasszony-eörsi Antalnak és Ladi Lőkösnek adományozza. Csanád, 1394. november 13.*

relatio Drag vaivode.

Nos Sigismundus dei gracia rex Hungarie Dalmacie Croacie etc. marchioque Brandenburgensis etc. memorie commendamus significantes tenore presencium quibus expedit universis, quod nos attendentes fidelitates et grata obsequia fidelium nostrorum Anthonii filii Dionisii de Bodugazoneursy et Leukus filii Petri de Lad, quibus iidem maiestati nostre sub locorum et temporum diversitate, non parcendo eorum rebus et personis, se gratos reddiderunt et acceptos, volentes itaque eisdem premissorum intuitu regio occurrere cum favore, animo deliberato et de certa maiestatis nostre sciencia, possessionem Kebelkuth appellatam, alio nomine Gulach vocatam, in comitatu Zaladiensi existentem, sub monte Badachun habitam, alias eciam universas porciones possessionarias ubilibet et in quocunque comitatu existentes, hereditarias duntaxat et non acquisitas, que condam Johannis filii Petri de dicta Kebelkuth, hominis ut fertur sine heredum solacio domino volente ab hac luce decessi prefuisse, et ob hoc iuxta regni nostri ritum approbatum ad nostram devolute fore dinoscuntur maiestatem, simulcum universis ipsarum utilitatibus et pertinenciis singulis, sub earum veris metis et antiquis, quibus per annotatum condam Johannem filium Petri hucusque tente existunt et possesse, memorato Anthonio filio Dionisii et Leukus filio Petri, ac per eos Blasio, Clementi et Laurencio fratribus uterinis iamdicti Anthonii, necnon Francisco de dicta Lad uterino, et Marco filio Pauli de eadem patrueli fratribus ipsius Leukus,

eorumque heredibus et posteritatibus universis, de manibus nostris regiis nove nostre donacionis titulo, ac omni eo iure quo eedem racione previa nostre rite incumbunt collacioni, dedimus, donavimus et contulimus, imo damus, donamus et conferimus, perpetue et irrevocabiliter possidendas, tenendas, pariter et habendas, salvo iure alieno, harum nostrarum testimonio literarum, quas dum nobis in specie reportate fuerint, in formam nostri privilegii redigi faciemus. Datum Chanadini, in festo beati Briccii confessoris, anno domini M°CCC° nonagesimo quarto.

Hártyán, belől a szöveg alatt a föntebbi szavakkal; eredetije a gr. Festetics cs. keszthelyi ltárában Zaladien. 51. Ugyanott megvan a veszprémi káptalan bizonyságlevele 1395-ből, arról, hogy Köbölkuthi Péter deák fia, József egri lakos, visszavonta ellenmondását, melyet akkor nyilvánított, midőn Nagyeörsi Dénes fia Antal és Ladi Vörös Péter fia Lőkös a föntebbi birtokba beiktattattak. Zaladien. 51*a*. Nagy Imre.

103. *A vasvári káptalan előtt Gersei Pethő fiai, Mezőlaki Isván fiait és társaikat a többek között két Páh nevű birtok elfoglalásától tiltják. 1395. oct. 29.*

Nos capitulum ecclesie Castriferrei memorie commendamus, quod magister Georgius filius Pethew de Gerse sua ac Johannis et Thome fratrum suorum carnalium de eadem in personis ad nostram accedendo presenciam, per modum protestacionis nobis significare curavit, ut ipsi universos et quosvis, signanter dominum Petrum custodem ecclesie Albensis ac comitem capelle beati Lodovici in eadem ecclesia constructe, Johannem filium Martini, Georgium filium Stephani de Mezewlak et dominum Laurencium Posoniensis ecclesie prepositum, nec non nobilem dominam Clara vocatam de Pukri, ab occupacione detencione sibique perpetuacione possessionum ipsorum Pah et alia Pah in Zaladiensi, Sarfewmezado, Nogmakua et Mihalolch in Castriferrei, nec non Derze vocatarum in Vereche comitatibus existencium, usuum fructuum et quarumlibet utilitatum earumdem percepcione et se quovismodo in easdem intromissione facta vel facienda prohiberent, imo annotatus magister Georgius sua ut premittitur et dictorum fratrum suorum in personis prohibuit contradi-

cendo coram nobis, testimonio presencium mediante. Datum secundo die festi beatorum Simonis et Jude apostolorum, anno domini M° CCC° nonagesimo quinto.

Hátlapján pecsét nyomaival; eredetije a gróf Festetics cs. ltárában. Zaladien. Nro. 52. Nagy Imre.

104. *Ilsvai Leusták nádor a vasvári káptalant kiküldi, hogy Söjtörvölgyi Bálint nejét Klára asszonyt, atyja birtokába Szepetken iktassa be. Visegrád, 1396. febr. 22.*

Amicis suis reverendis capitulo ecclesie Castriferrei Leustachius de Ilsva regni Hungarie palatinus et comes Albensis amiciciam paratam cum honore. Dicitur nobis in persona nobilis domine Clara vocate consortis Valentini filii Ladislai de Sehturvelgh, filie Ladislai filii Demetrii de Zepethk, quod ipsa in dominium cuiusdam integre sessionis seu fundi curie dicti condam Ladislai patris sui, in possessione Zepethk vocata, in comitatu Zaladiensi existentis, ipsam de iure concernentis, legitime vellet introire, super quo vestram amiciciam presentibus petimus diligenter, quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio fidedignum, quo presente Nicolaus de Meggyes vel Thomas de Byr seu Georgius filius Jacobi de Ollar aliis absentibus, homo noster, ad faciem dicte sessionis seu fundi curie, vicinis et commetaneis suis universis inibi legitime convocatis et presentibus accedendo, introducat ipsam nobilem dominam in dominium eiusdem, statuatque eandem eidem iure sibi incumbenti perpetuo possidendam, si non fuerit contradictum, contradictores vero si qui fuerint, citet ipsos contra annotatam nobilem dominam, nostram in presenciam, ad terminum competentem, racionem contradiccionis eorum reddituros; et post hec ipsius possessionarie introduccionis et statucionis seriem cum nominibus contradictorum et citatorum si qui fuerint, terminoque assignato nobis amicabiliter rescribatis. Datum in Vissegrad, in festo katedre beati Petri apostoli, anno domini M° CCC° nonagesimo sexto.

A vasvári káptalannak 1396-ban kelt bizonyságleveléből, mely szerint a beiktatás minden ellenmondás nélkül megtörtént; a kápta-

lan levele megvan eredetiben a gr. Festetics cs. keszthelyi ltárában. Zaladien. 53. Nagy Imre.

105. *Felsőlendvai néhai Szécsi Miklós nádor fiai, János és Herczeg Péter, Alsólendvai Bánfi László és János irányában magukat arra kötelezik, hogy a németekkel való viszály idejére Muraszombat mellett lévő curiájukon húsz, többi birtokaikon pedig hatvan, nyíllal fölfegyverzett lovast fognak tartani. Ganicza. 1398. apr. 8.*

Nos Johannes nec non Petrus Herczeg filii condam domini Nicolai de Zech palatini significamus tenore presencium quibus expedit universis, quod quia sub anno domini M° CCC° nonagesimo octavo, feria secunda proxima post festum resurreccionis domini Christi nos dictus Johannes ac fratres nostri, magistri Ladislaus filius condam domini Stephani bani nec non Johannes filius condam domini Johannis bani de Lyndva inferiori, in possessione eorum Ganicza vocata unanimiter fuimus constituti et tractavimus de factis et negociis nostris ex parte theutunicorum; et nos fassi fuimus imo fatemur ac finaliter ordinavimus et composuimus, quod quousque rixe et brige cum ipsis teutunicis per omnia finirentur, nos Johannes et Petrus Herczeg prefati magistros Ladislaum et Johannem prescriptos in nullo dimittere volumus, sed cum eis tenere et ipsos iuvare volumus; et in nostra curia prope Mura-Zombotham viginti equestres sagittarios et in aliis tribus locis in nostris possessionibus sexaginta equestres sagittarios pro custodia et speculacione teutunicorum habere et servare volumus; insuper si aliqua necessitas Ladislao et Johanni predictis evenerit seu nobis, tunc nos ipsos vel ipsi nos pro posse quilibet ipsius in adiutorium alterius venire oportebit, prefata fide nostra mediante, ratum et firmum habere volumus harum testimonio mediante. Datum in dicta Ganicza, anno et die prenotatis.

Belől zöld viaszba nyomott gyűrűs pecsét nyomaival; eredetije az orsz. lt. kincst. oszt. N. R. A. 1544. 59. dipl. oszt. 8308. Nagy Imre.

106. *Zsigmond király Felsőlendvai Herczeg Péternek és hegyesdi várnagyainak meghagyja, hogy a keszthelyi polgárokat és hospeseket a Vállus erdőben a favágatásban ne akadályozzák. Ujlak, 1398. apr. 26.*

commissio propria domini regis.

Sigismundus dei gracia rex Hungarie Dalmacie Croacie etc. ac marchio Brandenburgensis etc. fideli suo magistro Petro dicto Herchek de Lyndwa, salutem et graciam. Dicunt nobis Petrus literatus, Johannes dictus Kambor, Paulus dictus Kublus et Mathias Cosme institores de Keztel in suis ac universorum civium seu hospitum nostrorum de dicta Keztel personis magna cum querela, quod vos et castellani castri vestri de Hegesd ipsos in silva Valuserdew vulgariter nuncupata, contra antiquas eorum libertates, per divos reges Hungarie predecessores nostros, et signanter per pie recordacionis quondam dominum Lodovicum regem patrem et socerum nostrum carissimum eis concessas, multipliciter aggravaretis, perturbaretis, molestaretis et impediretis indefesse, ligna incidere et alia eorum necessaria inibi peragere ipsis penitus inhibendo; et quod deterius est, nonnullos porcos pingues et diversas res alias eorumdem civium et hospitum, eosdem temere spoliando, in ipsorum preiudicium valde magnum, et quia nos prelibatos cives et hospites nostros in pristinis ipsorum libertatibus quibus tempore predicti quondam domini Lodovici regis patris et predecessoris nostri usi fuissent et extiterunt, in dicta silva velimus indemniter conservare, nec per vos aut predictos castellanos vestros seu quempiam alium modo quocunque molestare, igitur fidelitati vestre tenore presencium firmissimo damus regio sub edicto, aliter habere nolentes, quatenus statim receptis presentibus, dictos cives et hospites nostros de Keztel predicta in prefata silva Valuserdew nuncupata, contra formam antiquarum libertatum eorumdem a modo et deinceps nullomodo molestare, perturbare, inquietare seu aggravare presummatis nec sitis ausi modo aliquali, quin imo ipsos ligna in ipsa silva recipere et alia quevis eorum negocia inibi peragere libere permittendo, atque in pristinibus

eorum libertatibus, absque quolibet impedimento conservando, eosdem cum plenaria satisfaccione porcorum et rerum ab eisdem ablatorum, sine dilacione et recusa quibuslibet, contra quosvis illegitimos impetitores protegere defensare et manutenere debeatis nostre maiestatis in persona; et aliud gracie nostre sub obtentu facere non ausuri in premissis. Presentes eciam post earum lecturam reddi iubemus presentanti. Datum in Wylak, feria sexta proxima post festum sancti Marci evangeliste, anno domini Millesimo trecentesimo nonagesimo octavo.

Hártyán, belől a szöveg alatt pecséttel; eredetije a gr. Festetics cs. ltárában. Zaladien. 53*b*. Nagy Imre.

107. *Zsigmond király Rezi vára várnagyait utasítja, hogy a keszthelyi polgárokat és hospeseket, I. Lajos király által adott szabadalmaik ellenére, szokatlan adózásokkal ne terheljék. Ujlak, 1398. apr. 26.*

commissio propria domini regis.

Sigismundus dei gracia rex Hungarie Dalmacie Croacie etc. ac marchio Brandenburgensis etc. fidelibus suis castellano vel vicecastellano castri de Rezy nunc constitutis et in futurum constituendis, salutem et graciam. Dicunt nobis Petrus literatus, Johannes Kambor, Paulus dictus Kublus et Mathias Cosme institores de Keztel, in suis, ac universorum civium et hospitum nostrorum de dicta Keztel personis, quod vos ipsos contra antiquas et approbatas libertates per divos reges Hungarie, et signanter per pie recordacionis domini *(így)* Lodovici regis patris et soceri nostri carissimi eis concessas, racione exaccionis inconsvetarum collectarum, non modicum aggravaretis molestaretis et impediretis, hora iugi ipsos ad inconsvetas collectas solvendas compellendo, in preiudicium eorundem civium et hospitum nostrorum valde magnum; et quia nos eosdem cives et hospites nostros in pristinis eorum libertatibus, quibus tempore predicti condam domini Lodovici regis usi fuissent et extiterunt, illesos omnino conservare, neque ad solvendam quamvis inconsvetam collectam quoquomodo astringi velimus, ideo fidelitati vestre firmiter precipiendo mandamus, quatenus

statim habita presencium noticia, a modo et deinceps prelibatos cives et hospites nostros de Keztel racione exaccionis inconsvetarum collectarum predictarum nullo modo molestare, aggravare, impedire seu pertubare, aut ipsos ad easdem inconsvetas collectas solvendas quoquomodo compellere presummatis nec sitis ausi modo aliquali, imo easdem predictis eorum libertatibus, quibus ut premittitur tempore dicti condam domini Lodovici regis usi fuissent, libere et absque quovis impedimento gaudere permittentes, ipsos contra quoslibet illegitimos impetitores protegere defensare, et manutenere debeatis nostre maiestatis in persona; et hoc idem iniungimus futuris castellanis vel vicecastellanis castri predicti; dantes eisdem similibus firmis sub preceptis; et aliud gracie nostre sub obtentu facere non ausuri in premissis. Presentes quoque perlectas, reddi iubemus presentanti. Datum in Wylak, feria sexta proxima post festum beati Marci evangeliste, anno domini Millesimo trecentesimo nonagesimo octavo.

Hártyán, belől a szöveg alatt pecséttel; eredetije a gr. Festetics cs. keszthelyi ltárában. Zaladien. 53 *c*. Nagy Imre.

108. *Zsigmond király az ország összes hatóságainak meghagyja, hogy a keszthelyi polgárok ügyeiben ne bíráskodjanak. Ujlak, 1398. apr. 27.*

relacio magistri Stephani de Debrethe thezaurarii.

Sigismundus dei gracia rex Hungarie Dalmacie Croacie etc. marchioque Brandenburgensis etc. fidelibus suis universis dominis prelatis, baronibus, comitatibus, castellanis, nobilibus, item civitatibus et liberis villis ipsarumque rectoribus iudicibus et villicis quibuscunque intra ambitum regni nostri ubilibet constitutis, presencium continenciam cernentibus, salutem et graciam. Dicunt nobis Petrus literatus, Johannes dictus Kambor, Paulus dictus Kublus et Mathias Cozme institores de Kezthel, in suis, ac universorum civium ac hospitum nostrorum de dicta Kezthel personis, magna cum querela, quod dum ipsi aut eorum aliquis ac eorumdem familiarium in aquisicione victuum suorum necessariorum ac alia necessitate compulsi, per diversa climata regni nostri per-

lustrarent, per nonnullos ex vobis in vestris tenutis et possessionibus, in personis iudicarentur ac in rebus eorum arestarentur, prohiberentur et impedirentur indefesse, signanter pro debitis, delictis et offensis aliorum; et quia iusti pro iniustis, et innoxi pro reorum excessibus non debeant impediri, ideo universitatis vestre fidelitati firmissimo regio damus sub edicto, quatenus a modo et deinceps prefatos Petrum literatum, Johannem Kambor, Paulum Kublus et Mathiam filium Cozme, ac universos cives et hospites nostros de dicta Kesthel, in vestris tenutis, possessionibus, honoribus ac vestrorum medio, in personis iudicare in rebusque et bonis eorum arestare, prohibere, impedire seu molestare nullo modo presummatis nec sitis ausi modo aliquali; si quis autem ex vobis quitquam accionis et quescionis adversus predictos Petrum et alios superius nominatos ac prefatos cives et hospites nostros aut eorumdem familiares haben(t vel) habuerint, id in presencia iudicis et iuratorum civium de dicta Kesthel legitime prosequantur, ex parte quorum iidem iudex et iurati cives meri iuris et iusticie ac omnimode satisfaccionis exhibere tenebuntur complementum cuilibet querulanti, prout dictaverit ordo iuris; presentes eciam semper post lecturam reddi iubemus presentanti. Datum in Wylak, sabbato proximo post festum beati Marci evangeliste, anno domini M° CCC° nonagesimo octavo.

Belől a szöveg alatt pecséttel; eredetije a gr. Festetics család ltárában. Zaladien. 53 *a*. Nagy Imre.

109. *Zsigmond király több plébániáknak a zágrábi egyházmegyéből való kiszakítását és a veszprémi egyházmegyébe való áthelyezését az Alsólendvai Bánfiaknak megtiltja. Gara, 1398. máj. 29.*

commissio propria domini regis.

Sigismundus dei gracia rex Hungarie Dalmacie Croacie etc. marchioque Brandenburgensis etc. fidelibus suis magistris Stephano et Johanni filiis condam Johannis bani, nec non Ladislao filio condam Stephani bani et Sigismundo filio Ladislai de Lindwa inferiori, salutem et graciam. Datur nostre intelligi maiestati, quomodo vos quosdam plebanos vestros ad dyocesim ecclesie Zagrabiensis semper et ab

antiquo pertinentes, ab eadem ecclesia Zagrabiensi sequestrando, ad dyocesim Wesprimiensem convertere niteremini et velletis, in dispendium salutis anime vestre valde magnum ; unde cum nos ipsam ecclesiam Zagrabiensem suis iuribus sic indebite destrui non velimus, igitur fidelitati vestre firmiter precipiendo mandamus, quatenus prefatos plebanos vestros qui alias ad predictam dyocesim Zagrabiensem pertinuisse et spectasse perhibentur, a prelibata dyocesi Wesprimiensi penitus removentes et sequestrantes, rursum ad obedienciam et debitam subieccionem pretitulate ecclesie Zagrabiensis exhibendam compellatis et astringatis, iusticia svadente, et aliud sub obtentu nostre gracie facere non ausuri in premissis. Datum in Gara, feria quarta proxima post festum Penthecostes, anno domini Millesimo CCC° nonagesimo octavo.

Belől veres viaszba nyomott gyűrű-pecséttel; eredetije Szabáson Somogy megyében, a b. Tallián cs. ltárában. 13. 14. Nagy Imre.

110. *Pelsőczi Bebek Detre nádor ítéletet hoz abban a perben, melyet Haholthi Miklós és ennek fia László, Haholthi János leánya ellen a miatt indítottak, hogy ez utóbbit I. Lajos király atyja javaiban praeficiálta, holott mint Hahold nemzetségbelieket az örökösödés őket illette volna meg. 1398. jun. 17.*

Nos Detricus Bubek de Pelseuch regni Hungarie palatinus memorie commendamus, quod magister Nicolaus filius Nicolai de Haholth personaliter iuxta continenciam literarum comitis Jacobi de Scepus olim iudicis curie regie prorogatoriarum, in octavis festi beati Michaelis archangeli, in anno domini CCC° septuagesimo octavo *(így)* preteretis, in figura iudicii eiusdem comitis Jacobi comparendo, contra nobiles dominas relictam et Annam filiam Johannis filii Michaelis de eadem Haholth, prout comes Nicolaus de Zeech pridem similiter iudex curie regie per literas eiusdem comitis Jacobi exinde confectas informatus extitisset, proposuisset eo modo, quod eedem nobiles domine in possessionibus et porcionibus possessionariis prefati Johannis filii Michaelis fratris sui patruelis et condivisionalis, per mortem eiusdem Johannis in ipsum iuridice devolutis residerent minus iuste.

Ceterum idem Johannes filius Michaelis cum adhuc vixisset, in possessionibus eorum communibus maiorem porcionem quam ipse auctoritate sua propria mediante conservasset, et eodem Johanne mortuo, prescripte nobiles domine relicta et filia sue, maiorem porcionem quam ipse possessionibus in eisdem occupando conservarent et uterentur; preterea universa eorum literalia munimenta tam videlicet super universis possessionibus ipsorum eos communiter tangentibus ac eciam suis ipsum solum proprie contingentibus, tam videlicet apud ipsum existentibus, quam eciam ab ipso alienatis emanata et confecta, erga ipsum Johannem filium Michaelis, eo quod idem maioris etatis quam ipse extitisset, et personalem residenciam in dicta possessione Haholth prope monasterium eorum ibidem habitum fecisset, extitissent, et eadem ipso Johanne decesso apud prefatas dominas relictam et filiam eiusdem remansissent et haberentur, quarum quidem possessionum et porcionum possessionariarum detencionis racionem ab eisdem dominabus scire, premissaque munimenta per easdem ad iudicium exhiberi voluisset coram comite Jacobo prenotato, iusticia mediante. Quo percepto, Johannes filius Demetrii pro ipsis nobilibus dominabus cum procuratoriis literis conventus ecclesie Zaladiensis in eiusdem comitis Jacobi exurgendo presenciam, respondisset ex adverso, quod dominus noster rex Lodovicus prefatam nobilem dominam Anna vocatam filiam ipsius Johannis filii Michaelis, in universis possessionariis iuribus dicti Johannis patris sui in verum heredem prefecisset, et ea racione ipsa domina Anna vocata similiter cum prescripta domina matre sua resideret in possessionariis iuribus patris sui supradictis; et super hoc ipsa domina, quod ipse dictus noster rex ipsam in heredem naturalem prefecisset, instrumenta haberet efficacia, in termino ulteriori per ipsum comitem Jacobum sibi dando coram ipso exhibenda, et eciam predicta domina relicta predicti Johannis racione iurium suorum ipsam de iure contingencium resideret in eisdem; ad premissas autem alias acciones prefati magistri Nicolai ipse nobiles domine tamdiu donec super facto dictorum iurium possessionariorum prefati Johannis filii Michaelis iure mediante inter partes discute-

retur, nollent respondere; unde idem comes Jacobus his perceptis commisisset eo modo, quod prefata nobilis domina Anna vocata, filia dicti Johannis filii Michaelis, universa sua literalia instrumenta, si que super premissis possessionariis iuribus prefati Johannis patris sui haberet confecta, in octavis festi Epiphaniarum domini tunc venturis, contra ipsum magistrum Nicolaum coram ipso exhibere teneretur, quibus visis ipse iudicium et iusticiam facere valeret inter partes in premissis; in quo eciam termino determinato premisso facto possessionario, super premissis aliis accionibus prefati magistri Nicolai iudicium et iusticiam faceret inter partes ordine iuris observato. Et cum premissa causa et eciam exhibicio instrumentorum premissorum primo in presencia ipsius comitis Jacobi, demumque eodem comite Jacobo ab hac luce decesso, ipsoque honore iudicatus curie regie per predictum dominum nostrum regem prefato comiti Nicolao de Zeech collato, coram eodem ventilata, tandemque ad octavas festi beati Georgii martiris in anno domini Millesimo trecentesimo LXXX° primo preteritas, mediantibus literis ipsius comitis Nicolai de Zeech prorogatoriis, habito iam super facto premissorum instrumentorum alio iudicio, extitisset dilatata, ipsis denique octavis occurrentibus, Petro filio Georgii pro predicto magistro Nicolao filio Nicolai cum procuratoriis literis capituli ecclesie Wesprimiensis coram ipso comite Nicolao de Zeech astante, et premissa instrumenta per ipsam dominam filiam dicti Johannis filii Michaelis exhibere assumta per eandem exhiberi postulante, Johannes filius Demetrii pro ipsis nobilibus dominabus cum procuratoriis literis conventus ecclesie Zaladiensis exurgendo, in persona ipsius domine filie dicti Johannis quoddam publicum instrumentum, literas privilegiales predicti domini nostri regis Lodovici in anno domini Millesimo CCC° septuagesimo septimo confectas transscriptive in se continens, mediantibus quibus predictus dominus noster rex predictam nobilem dominam filiam ipsius Johannis filii Michaelis in universis possessionibus eiusdem Johannis in verum heredem prefecisset, prefato comiti Nicolao presentasset. Et quia procurator eiusdem magistri Nicolai super ipso transscripcionali

instrumento eundem contentari nolle retulisset, ideo ipse comes Nicolaus commisisset eo modo, quod predicta nobilis domina filia Johannis predictas literas privilegiales domini nostri regis, contra ipsum magistrum Nicolaum in octavis festi beati Michaelis archangeli tunc venturis, in specie exhibere teneretur coram ipso, quibus visis iudicium et iusticiam facere valeret inter partes in premissis; in quo eciam termino habita determinacione super premissa gracia eidem domine facta, super prefatis aliis accionibus ipsius magistri Nicolai iudicium faceret ordine iuris observato; a quibus quidem octavis festi beati Michaelis archangeli dum ipsarum literarum originalium exhibicio, et prescripte cause in facto possessionarie divisionis mote determinacio, partes inter prescriptas primo mediantibus literis ipsius comitis Nicolai, et demum aliorum comitum similiter iudicum curie regie dilacionalibus ventilando, ultimatim ad octavas festi beati Michaelis archangeli in anno domini Millesimo CCC° octagesimo octavo preteritas, in presenciam domini Stephani pridem similiter palatini racionabilibus ex causis deducta extitisset; denique ipsis octavis instantibus, prefati nobiles domine per Thomam dictum Orros legitimum procuratorem annotati actoris legitimis diebus earumdem octavarum coram eodem domino Stephano palatino expectate, eiusdem in presenciam non venissent neque misissent, se mediantibus literis eiusdem iudicialibus in iudiciis aggravari permittendo, postulans prefatus procurator dicti actoris, eidem ex parte earumdem dominarum per ipsum dominum palatinum iuris equitatem impertiri. Et quia eedem domine ad premissa evocande fore vise fuissent, pro eo cum idem dominus Stephanus palatinus easdem dominas ad premissa contra pretactum actorem ad octavas festi Epiphaniarum domini tunc venturas, suam in presenciam, mediantibus suo et conventus Zaladiensis hominibus eidem conventui literatorie scribendo legitime fecisset evocari, ab eisdemque octavis earumdem literarum primordialium apportacio et dicte cause determinacio antea inter easdem partes, post hec autem eodem Nicolao filio Nicolai decedente, et ipsa causa in Ladislaum filium suum redundante, inter eundem Ladislaum et prescri-

ptas dominas primitus mediantibus literis dilatoriis eiusdem domini Stephani palatini, sequenter autem domini Leustachii de Ilswa, cui interim ipse honor palatinatus per regiam clemenciam datus fuisset, ultimatim vero iam dicto honore palatinatus nobis collato, nostrarum literarum prorogatoriarum multiphariis prorogacionum cautelis et terminis intervenientibus ventilando, ad presentes octavas festi beati Georgii martiris simulcum iudiciis duodecim marcarum per easdem dominas nobis persolvendis modo dilatorio devenisset; denique ipsis octavis adherentibus, prefatus Ladislaus filius Nicolai de Haholth in nostram personaliter accedens presenciam, premissas literas annotati domini regis Lodovici, quibus videlicet mediantibus prescriptus dominus noster rex Lodovicus eandem dominam Annam filiam Johannis filii Michaelis in prescriptis universis iuribus paternis in verum heredem et legitimum successorem paternum prefecisset, per eandem dominam in specie exhiberi postulavit coram nobis. Quo percepto, prefata nobilis domina Anna filia ipsius Johannis filii Michaelis cum iamdicta domina matre sua nostri in presencia personaliter adherens, easdem literas prescripti domini Lodovici regis graciosas privilegiales duplici suo sigillo ultimo consignatas, in predicto anno domini Millesimo CCC° septuagesimo septimo, tercio idus mensis Marcii, regni autem sui anno tricesimo, sexto subortas, nobis in specie demonstravit; quibus demonstratis, prescriptus Ladislaus filius Nicolai allegavit eo modo: quod idem dominus noster Lodovicus rex eandem graciam ipsi domine Anne factam, ante tempus emanacionis dicti privilegii pro parte ipsius domine confecti, irritas et nullius vigoris esse voluisset, et ibidem quasdam literas memoriales domini nostri regis Lodovici sub suo secreto sigillo emanatas nobis demonstravit, habentes hunc tenorem: Nos Lodovicus dei gracia rex Hungarie, Polonie, Dalmacie etc. presentibus profitemur universis, quod nos filiam Johannis filii Michaelis de Haholth, absque deliberacione cum prelatis et baronibus regni nostri habenda et eorum consensu, in heredem et successorem possessionum paternarum non preficiemus neque instituemus, imo si absque deliberacione et consensu pre-

missorum baronum nostrorum faceremus seu ipsam in heredem crearemus et successorem, tunc litere nostre exinde conficiende, nullius roboris et firmitudinis fore censeantur, harum nostrarum testimonio literarum. Datum Zoly, in crastino festi Omnium Sanctorum, anno domini Millesimo CCC° septuagesimo quinto. Post hec autem idem Ladislaus filius Nicolai antefatum Nicolaum patrem suum filium annotati Nicolai filii Herbordi filii Lanchreti filii Buzad comitis extitisse, iamdictum autem Michaelem avum ipsius domine Anne nec non Arnoldum filios Keled fuisse, exhibicionibus quarumdam septem literarum, unius videlicet condam Nicolai de Gara palatini privilegialis, hic in Wissegrad, vigesimo sexto die octavarum festi beati Jacobi apostoli, anno domini Millesimo CCC° octoagesimo tercio confecti, continentis in se inter omnia alia seriem et tenorem literarum condam domini Stephani palatini anno domini Millesimo ducentesimo quadragesimo septimo, super facto possessionis Bela inter Drawam et Muram existentis confectarum; alterius fratris Hugow preceptoris et conventus de Chorgow sine anno edite; tercie comitis Othyaz in vigilia festi beati Francisci confessoris, anno gracie M° CCC° secundo; quarte conventus Zaladiensis; quinte eiusdem comitis Othyaz, item magistri Buzad, comitis Petri magni, magistri Farcassii, Zach et Lorandi ambarum in festo beate Marie Magdalene; sexte autem Ortolphy et conventus de Chatar omnino in anno domini Millesimo CCC° tercio; septime siquidem et ultime modo simili eiusdem Othyaz sine anno subortarum, declaravit seriose; adhuc idem Ladislaus filius Nicolai quasdam literas prohibitorias domini Ladislai ducis Opulye regni Hungarie palatini et iudicis comanorum patentes, decimo die congregacionis sue generalis, universitati nobilium comitatus Zaladiensis, feria secunda videlicet in festo beati Georgii martiris in anno domini M° CCC° sexagesimo octavo prope villam Mandhyda celebrate confectas, nobis demonstravit exprimentes, quod magister Nicolaus filius Nicolai de Falkusy de genere Buzad in eadem congregacione ipsius domini palatini de medio aliorum causidicorum personaliter exurgendo, per modum protestacionis eidem signi-

ficare curasset, quod ut sibi innotuisset, quidam fratres sui et homines in propinqua linea generacionis sibi attinentes, qui de genelodia *(igy)* eiusdem Buzad forent et existerent, suas possessiones et quevis iura eorum possessionaria ubilibet habitas et existencia, quibusvis *(igy)* nominis vocabulo vocitatas et vocitata, in sui iuris preiudicium vendere et impignorare ac a se paliata cautela adinventa alienare niterentur, ac eciam nonnulli ex ipsis heredum solacio sexus masculini orbati, eorum filias in possessionariis eorum iuribus per regiam celsitudinem in heredum *(igy)* sexus masculini prefici et institui facere procurasset; cum tamen possessiones et iura eorum possessionaria quocunque nomine vocitate et nominata pretextu propinquioris linee generacionis et iuxta regni illibatam consvetudinem in ipsum deberent redundari, factaque huiusmodi protestacione, cavens ex prescriptis causis suo iuri preiudicium generari, prefatos fratres et dicte genelodie sue homines in propinqua linea generacionis sibi attinentes, specialiter vero magistrum Johannem filium Michaelis de Haholth, ac Othyaz filium Johannis filii Othyaz de Zabar, nec non Petrum filium Johannis filii eiusdem Johannis filii predicti Othyaz, Johannem et Ladislaum filios Egidii filii Chaak de Chan, ac Jacobum et Nicolaum filios Laurencii filii Herbordy, necnon nobilem dominam coniugem Johannis de Koltha filiam videlicet Nicolai filii Buzad, aliosque quoslibet ab alienacione possessionum et porcionum suarum possessionariarum ubilibet habitarum, ac filiarum suarum in heredum sexus masculini in suis iuribus possessionariis per regiam maiestatem prefici facere procuracione, alios vero quoslibet se in eadem iura possessionaria intromissione facta vel facienda prohibuisset; quibus presentatis, ipse Ladislaus filius Nicolai actor subiunxit eo modo, quod annotatus condam Johannes filius Michaelis pater ipsius domine, antefato Nicolao patri suo in tam propinqua linea proximitatis attinuisset, ut iam dictam nobilem dominam Annam filiam eiusdem Johannis prefatus dominus noster Lodovicus rex in preiudicium iuris ipsius Nicolai patris sui in dictis universis iuribus eiusdem Johannis in legitimum successorem paternum de iure creare et instituere nequivisset. Nam ipse

scilicet Johannes pater eiusdem domine, filius fuisset annotati Michaelis filii Keled filii prefati Buzad comitis, et in eo se ad veridicam attestacionem vicinorum et commetaneorum nobilium, suorum comprovincialium dicti comitatus Zaladiensis, per viam communis inquisicionis fiendam submittere promtus esset et paratus. Quibus perceptis et auditis, prescripta nobilis domina Anna, ut premittitur nostri in presencia adherens, et pretactum Nicolaum patrem dicti Ladislai filium ipsius Nicolai filii Herbordi filii Lanchreti filii Buzad comitis fuisse non denegando, retulit et allegavit eo modo, quod ipsa et annotatus Johannes filius Michaelis pater suus, iamdicto Nicolao filio Nicolai patri ipsius Ladislai in tam longa linea proximitatis attinuisset, ut ipsam prescriptus dominus noster Lodovicus rex in dictis universis iuribus ipsius Johannis patris sui, dictis suis literis privilegialibus mediantibus per ipsam productis, in verum heredem et legitimum successorem paternum de iure et legitime creare potuisset et preficere valuisset, nam ipsa esset filia ipsius Johannis filii Michaelis filii Keled filii Arnoldi. Ubi primitus ipsa domina in premissorum verborum suorum documentum, quasdam literas capituli ecclesie Castriferrei privilegiales, alphabeto intercisas, anno domini Millesimo CCC° tricesimo primo subortas, transscribentes seriem et continenciam literarum fratris Jacobi abbatis et conventus monasterii de Simigio similiter privilegialium, anno domini Millesimo CCC° tercio confectarum, habencium in se de verbo ad verbum tenorem literarum condam domini Andree similiter regis Hungarie privilegialium, anno verbi incarnati Millesimo ducentesimo tricesimo quarto, regni autem sui anno tricesimo primo subortarum, nobis demonstravit; in cuius quidem litere ipsius domini Andree regis, in ipsas literas dicti conventus Simigiensis ad peticionem fratris Dominici prioris de Pyliske monasterii beate Margarethe virginis de Haholth inserte tenore, comitem Hoholdum, comitem Michaelem, Akus, Nicolaum et Dionisium filios comitis Haholdy, item magistrum Buzad, magistrum Chaak, Lanchreth et Tristianum filios Buzad bani, preterea comitem Arnoldum, Keled et Ponyth filios comitis Arnoldi, fundato-

res videlicet dicti monasterii beate Margarethe virginis de Haholth, homines unius generacionis videlicet de genere Haholth extitisse reperimus seriose; adhuc ipsa nobilis domina Anna per exhibiciones quarumdam trium literarum, unius condam domini Stephani similiter regis Hungarie patentis, feria secunda proxima post festum beati Nicolai confessoris apud Castrum Ferreum suborte, duarum vero domini Ladislai olim similiter regis Hungarie, unius privilegialis, anno domini Millesimo ducentesimo septuagesimo tercio, duodecimo kalendas Augusti, indiccione prima, regni autem sui anno primo, super facto collacionis terre Chozthwey emanate, et alterius Bude tercia feria post dominicam Letare sine anno emanatarum, pretitulatum Cletum patrem videlicet annotati Michaelis avi sui, filium Cleti, non autem filium predicti comitis Buzad extitisse declarando, quasdam quinque literas, unam similiter dicti domini Stephani regis, anno domini Millesimo ducentesimo septuagesimo secundo, aliam Othyaz comitis Castriferrei, anno domini Millesimo ducentesimo nonagesimo primo, terciam magistri Andree, in Saar, in festo sanctorum Viti et Modesti martirum, ac quartam fratris Herrici et dicti conventus de Chatar, in octavis festi beati Nicolai confessoris, ambas anno domini Millesimo CCC° quintodecimo emanatas, quintam autem capituli Wesprimiensis sine anno confectam, omnino patentes, nobis demonstravit, quarum tres, una scilicet ipsius domini Stephani regis, alia pretacti Othyaz comitis, tercia vero pretacti capituli Vesprimiensis, comites Panyth et Arnoldum filios comitis Arnoldi extitisse declarabant evidenter; alie vero due earum, videlicet ipsius fratris Herrici abbatis et conventus de Chatar, ac tercia pretitulati scilicet magistri Andree, pretitulatum Michaelem avum ipsius domine et Arnoldum filios Keled fuisse explanabant manifeste. Quarum quidem literarum per ipsas partes productarum exhibicionibus factis, eisdem partibus se iuxta tenores earumdem literarum earum per ipsas exhibitarum factum ipsius linee generacionis per nos discuti et determinari velle proponentibus, licet prius ipse dominus Lodovicus rex se eandem dominam Annam in legitimum successorem paternum absque

deliberacione et consensu prelatorum baronumque suoru m minime preficere professus fuerit, tamen quia ipsa prefeccio filialis privilegiata tandem eo, quod tunc unum par ipsius sigilli dominus Demetrius pridem cardinalis tunc autem episcopus Zagrabiensis, aliud vero par eiusdem domina Elisabet regina mater dicti domini Lodovici regis dinoscuntur conservasse, de intencione et voluntate ipsius domine regine prelatorumque et baronum facta fuisse nobis, item venerabili patri dicto Demetrio episcopo Vesprimiensi ac domino Frank iudici curie regie aliisque regni nobilibus apparebat, pro eo cum nos visis diligenter et examinatis predictis literis, iuribusque earumdem parcium prefatum Nicolaum patrem annotati Ladislai, filium Nicolai filii Herbordy filii Lanchreti filii comitis Buzad, memoratum vero Johannem patrem ipsius domine Anne, filium Michaelis filii Keled filii Keled filii Arnoldi fuisse et extitisse congnovissemus, et sic dicte prefeccioni filiali pro parte ipsius domine finem imposuissemus, literasque exinde dicte domine per nostros notarios scribi et emanari facere commisissemus, tandem die crastino decisionis ipsius cause instante, prefatus Ladislaus filius Nicolai annotatam nobilem dominam Annam presente magistro Paulo de Kowar prothonotario nostro coram nobis reperiendo, adversus eandem dominam proposuit in hunc modum: quod ipse scilicet Ladislaus eodem die decisionis et diffinicionis prescripte cause, inter ipsum et dictam dominam racione premisse linee generacionis per nos determinate, circa tempus vesperum ad hospicium ipsius magistri Pauli nostri prothonotarii accedendo, eidem voce publica id significare curasset, ut ipse super transcripto annotati capituli Castriferrei dictas literas pretitulati olim domini Andree regis premissam genelodiam annotatorum hominum generacionis Haholth exprimencium nollet contentari, nisi easdem literas ipsius domini Andree regis in specie videre vellet, iure admittente, eodem magistro Paulo hoc idem affirmante; premissis itaque omnibus sic suo modo pertransitis, licet ipsa nobilis domina Anna pro verificacione dicte genelodie per ipsam modo quo supra asserte, in dictisque literis annotati condam domini Andree regis in

dictas literas predicti capituli Castriferrei insertis explicate, cuius videlicet robore se ipsam dictam prefeccionem filialem optinuisse pretendebat, nonnullas literas efficaces nostrum iudiciarium examen producere promta fuerit et parata, tamen eodem Ladislao filio Nicolai, nec easdem literas, et nec alias in processu presentis cause in comprobacionem ipsius genelodie per eandem dominam exhibere non debere nec posse proponente, discussionem premissorum propter cause arduitatem et peticionem parcium ad octavas festi beati Michaelis archangeli nunc venturas ad deliberacionem prelatorum et baronum regni duximus prorogandam, committentes eisdem partibus ut tunc ipse dictas eorum literas nunc per ipsas racione previa coram nobis exhibitas, pro decisione cause antefate propter maiorem rei doctrinam et iusticiam clariorem nostri in presencia in specie reexhibere teneantur. Quia autem predicta domina dicta iudicia nunc nobis persolvere debens non persolvit, ideo octavis in eisdem cum duplo persolvere teneatur. Datum in Wissegrad, quadragesimo octavo die octavarum festi beati Georgii martiris predictarum, anno domini Millesimo CCC° nonagesimo octavo.

Hártyán, zárlatán pecsét nyomaival; eredetije a N. Muzeumban. Nagy Imre.

111. *A zalavári convent előtt Vajdai Péter, Rajky Györgyöt, Vajda, Kisvajda és Récse nevű birtokokból nagyanyja után járó leány negyedi örökrészére nézve kielégíti. 1398. aug. 1.*

Conventus monasterii beati Adriani martiris de Zala, omnibus Christi fidelibus presentibus pariter et futuris, presencium noticiam habituris, salutem in omnium salvatore. Cum mundi labilis condicio sit caduca et geste rei memoria propter vitam brevem hominum caligine oblivionis obfuscata, nequeat in evum perdurare, provida mens et sollicitudo adinvenit, ut (que) in tempore geruntur, ne simul labantur cum eodem, literarum testimonio solent solidari. Proinde ad universorum noticiam harum serie volumus pervenire, quod Petro filio Georgii filii Eliee de Wayda ab una, parte vero ex altera Georgio filio Johannis filii Nicolai de Rayk coram nobis personaliter constitutis, confessum extitit per

eundem Petrum filium Georgii vive vocis oraculo sponte et relatum, quod quia ipse quartam puellarem seu filialem domine avie predicti Georgii filii Johannis, ipsum de suis possessionariis porcionibus de iure et de huius regni consvetudine contingentem, ubilibet et specialiter in eadem Wayda et Kyswayda ac Reche vocatis habitis, cum pecuniaria solucione eidem Georgio filio Johannis satisfacere non posset nec valeret, ideo ipse totam quartam partem universe possessionarie sue porcionis in dictis possessionibus Wayda, Kyswayda et Reche appellatis habitam existentis, cum universis suis utilitatibus et pertinenciis, quovis nominis vocabulo vocitatis, ad eandem quartam partem spectantibus, prefato Georgio filio Johannis et Petro filio suo pro ipso iure quartali suo dedisset tradidisset assignasset et contulisset, imo dedit eisdem tradidit assignavit et contulit nostri in presencia et per eum ac Petrum filium suum eorumque heredibus ac successoribus universis perpetuo et irrevocabiliter possidere tenere pariter et habere, nullum ius nullamve proprietatem amplius in eadem quarta parte predictarum possessionariarum suarum porcionum pro se ipso reservando, sed omne ius et dominium earumdem in personas eorumdem Georgii et Petri filii sui ac eorumdem heredum et successorum transferendo penitus et in toto; hoc eciam non pretermisso, ut si ipsum nutu divino sic disponente absque heredum solacio ante ipsos Georgium et Petrum filium suum ab hac luce decedere contingeret, extunc universe alie possessiones et possessionarie sue porciones, quovis nominis vocabulo vocitate, ubilibet et signanter in predictis possessionibus habite, modo simili cum earum utilitatibus quibuslibet et pertinenciis universis, in ius et dominium eorumdem Georgii filii Johannis et Petri filii sui ac eorumdem heredum et successorum universorum redundari debeant et teneantur ac revolui, modo quo supra, iure perpetuo et irrevocabiliter possidende. (Ad) quod se idem Petrus filius Georgii ultronea coram nobis obligavit voluntate. Datum feria quinta proxima post festum beati Jacobi apostoli, anno domini M° CCC° nonagesimo octavo. In cuius rei memoriam firmitatemque perpetuam, presentes eisdem

ad peticionem ipsorum concessimus literas nostras privilegiales, pendentis et autentici sigilli nostri munimine roboratas; presentibus vero religiosis viris et deo devotis domino fratre Petro abbate et prelato nostro, Hermano priore, Nicolao custode, Georgio preposito, Antonio celerario ac Paulo notario, aliisque quampluribus monachis et fratribus in dicto monasterio nostro deo iugiter famulantibus ac devote. Datum ut supra.

Hártyán, kék és vörös színű selyem zsinóron függő pecséttel. Eredetije a Rajky cs. ltárában. Nagy Imre.

112. *Zsigmond király a zalavári conventet kiküldi, hogy Nagytomaji Jakab fiait Udvarnoktomaj nevű birtokba, a Balaton mellett, iktassa be. Visegrád, 1398. aug. 14.*

Sigismundus dei gracia rex Hungarie Dalmacie Croacie etc. marchioque Brandenburgensis etc. fidelibus suis conventui ecclesie Zaladiensis, salutem et graciam. Dicitur nobis in personis Pauli, Ladizlai et Bartholomei filiorum Jacobi de Noogh Thomay, quod ipsi in dominium cuiusdam possessionis Wduarnok-Thomay vocate, penes lacum Balatini in comitatu Zaladiensi existentis, ipsos omni iuris tramite concernentis, legitime vellent introire; super quo fidelitati vestre firmiter precipiendo mandamus, quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio fidedignum, quo presente Johannes filius Mauricii de Wytay, sin Johannes filius Elye de Twrek, seu Nicolaus filius Stephani de predicta Wytay, sive Stephanus filius Nicolai de Wsa, neve Michael parvus de Tekenye aliis absentibus homo noster, ad faciem prescripte possessionis Wduarnok-Thomay vocate, vicinis et commetaneis eiusdem universis inibi legitime convocatis et presentibus accedendo, introducat prefatos Paulum, Ladizlaum et Bartholomeum in dominium eiusdem, statuatque eandem eisdem iure ipsis incumbenti perpetuo possidendam, si non fuerit contradictum, contradictores vero si qui fuerint, citet ipsos contra annotatos filios Jacobi nostram specialem in presenciam, ad terminum competentem, racionem contradiccionis eorum reddituros, et post hec ipsius possessionarie introduccionis et statucionis seriem cum nominibus contra-

dictorum et citatorum si qui fuerint, terminoque assignato, nostre speciali fideliter rescribatis maiestati. Datum in Wissegrad, in vigilia festi Assumcionis beate virginis gloriose, anno domini Millesimo CCC° nonagesimo octavo.

A zalavári conventnek 1398-ban kelt és a gr. Festetics család keszthelyi ltárában őrzött bizonyságleveléből; Zaladien. 54. Nagy Imre.

113. *Szécsi Miklós és Szécsi Frank özvegye, Alsólindvai Bánfi Lászlót nyugtatják, hogy a nála őrizet alatt hagyott ékszereket és drágaságokat visszaadta. Felsőlendva, 1398. nov. 1.*

Nos magister Nicolaus filius condam domini Nicolai de Zeech palatini et domina relicta condam domini Frank de Zeech, memorie commendantes tenore presencium, quibus expedit significamus universis, quod cum magister Ladislaus filius olim domini Stephani bani de Lyndva inferiori, quandam quantitatem thesauri nostri fraternaliter circa ipsum per nos derelicta nobis viceversa restituit, videlicet duas flasculas argenteas et similiter duas amphoras argenteas et desuper deauratas, item duo piccaria de puro auro fabricata et unam amphoram auream, tria piccaria, duo argentea et unum de ovo strutionis ordinatum seu applicatum, item cum uno manipulo de gemmis et unum parvum scrinium de nobili custa pro reliquis aptum ac duo manutergia cum filiis aureis serta, que eidem domino Ladislao maxime salutamus ut nobis et sua domo conservavit; super quibus premissis ipsum dominum Ladislaum fratrem nostrum commisimus fore expeditum et modis omnibus absolutum, vigore presencium mediante. Datum Lyndve superiori, in festo Omnium Sanctorum, annno domini Millesimo CCC° nonagesimo octavo.

Belől két gyűrű-pecséttel; eredetije az Országos Levéltárban, N. R. A. 1544. 67. dipl. oszt. 8361. Nagy Imre.

114. *Zsigmond király Rezi és Tátika várnagyainak meghagyja, hogy Keszthely város polgárait régi szabadságaik gyakorlatában ne háborgassák. Buda, 1399. jan. 17.*

Sigismundus dei gracia rex Hungarie Dalmacie Croacie etc. marchioque Brandenburgensis etc. fidelibus suis

castellanis et vicecastellanis castrorum nostrorum Rezy et Tadyka vocatorum, nunc constitutis et in futurum constituendis, salutem et graciam. Dicunt nobis fideles nostri dilecti Johannnes dictus Kamer et Martinus Simonis, ac Paulus dictus Kubul cives nostri de Keztel, in suis et universorum civium de dicta Keztel personis, quod quamvis nos pridem per alias literas nostras eisdem graciose concessimus, ut ipsi singulis privilegiis graciis et libertatibus, quibus pridem tempore felicis recordacionis domini Lodovici patris et predecessoris nostri carissimi usi fuissent potiri debuissent et gaudere, per vosque et quosvis alios in ipsis pacifice conservare, hattamen *(igy)* vos non inspectis imo quemadmodum parvipensis predictis literis nostris, ipsos contra antiquas ipsorum libertates predictas multimode impedivissetis, videlicet nonas vinorum ipsorum vobis solvere debendas cum tunellis et non urnis alias recipi consvetis recipiendo et ad apportandum nonas vinorum predictorum ad castra extranea contra consvetudines eorum ipsos potencialiter compellendo, insuper quod vosmet ipsi huiusmodi nonas vinorum sepefatorum auctoritate vestra propria iuxta vestre libitum voluntatis dicaretis. Cum tamen predicte antique consvetudines et libertates eorum hoc cavere dicuntur, ut premisse none vobis ut premittitur solvere debende, non per vosmet ipsos, sed per iudicem et iuratos cives civitatis antedicte dicari, dicateque per eosdem cum urnis et non tunellis ad castrum Tadyka predictum et non alia castra extranea aut longinqua apportari debeant et teneantur; hisque non contenti vos castellani castri nostri Rezy predicti, eosdem cives nostros in silva dicto castro nostro contigua multipharie molestassetis, homines ipsorum captivando et captos temere spoliando contra antiquas libertates et consvetudines civium eorumdem et in vilipendium literarum nostrarum, ipsorumque preiudicium satis grande, de quo ammiramur vobis non modicum improperantes. Et quia nos predictos cives nostros in omnibus et per omnia iuxta continencias et tenores primevarum literarum nostrarum ipsis super libertatibus predictis concessarum in eisdem conservari et per vos manuteneri volumus, ideo fidelitati vestre firmiter precipiendo mandamus, quatenus, si

premisse veritatis certitudo comperierit, extunc a modo deinceps eosdem cives nostros, contra predictas ipsorum antiquas libertates et consvetudines approbatas atque predictarum et presencium literarum nostrarum tenorem in nullo molestare perturbare aut inquietare quoquomodo presummatis, nonas vinorum predictorum per antephatos iudicem et iuratos cives civitatis predicte dicare, dicatasque per eosdem cum urnis et non tunellis ad castrum Tadyka prenotatum et non alia quevis castra extranea apportari et presentari, ac predictos cives nostros silva antedicta predicto castro nostro Rezy contigua, more alias consveto uti frui et gaudere libere permittendo, secus igitur sub obtentu gracie nostre non facturi, ne cives nostri predicti super premissis aures nostre celsitudinis peramplius propulsare cogantur querulando; presentes eciam post earum lecturam reddi volumus presentanti. Datum Bude, in festo beati Anthonii confessoris, anno domini M° CCC° nonagesimo nono.

Hártyán, belől a szöveg alatt pecséttel; eredetije Keszthelyen a gr. Festetics cs. ltárában. Zaladien. 54. *a.* Nagy Imre.

115. *Zsigmond király a többek között Zalatelke máskép Pacsa, Redegemellék és Kabahegy nevű birtokokat Gersei Pető fiainak Jánosnak és Tamásnak adományozza. Buda, 1399. maj. 21.*

Nos Sigismundus dei gracia rex Hungarie Dalmacie Croacie etc. marchioque Brandenburgensis etc. memorie commendamus tenore presencium significantes quibus expedit universis, quod fideles nostri Johannes et Thomas filii Pethw de Gerse, nostrum regium adeuntes conspectum, propositis eorum fidelitatibus et fidelium serviciorum meritis, per eos sacro regio dyadameti et nostre maiestati sub diversitate locorum et temporum cum omni fidelitatis constancia, evigilancia curiosa et laborum instancia assidua exhibitis et impensis, nostre humiliter declararunt maiestati, quomodo possessiones Gerse predicta, Makwa, Sarmelliky, Zylfafeulde alio nomine Arnoldfeulde, Mihalyfalua, Mikemesee alio nomine Heegh, Dergenye, Hodaz, Trebech in Castriferrei ac Zalateleke alio nomine Pacha, Redegemellyky et Kabahege

vocate in Zaladiensi comitatibus habite et existentes, eorum essent, et ipsis omis iuris titulo pertinerent, in quarum dominio progenitores ipsorum et per consequens ipsi a diu et presertim a tempore excellentissimi principis condam domini Lodovici eadem gracia dicti regni Hungarie etc· regis laudande recordacionis, patris et soceri nostri carissimi pacifice et quiete permansissent et haberentur, ac persisterent de presenti, sed universa literalia eorum instrumenta super eisdem emanata et confecta, ab ipsis deperdita et alienata haberentur, supplicantes exinde maiestati nostre humiliter et devote, ut dictas possessiones ipsis et eorum heredibus ac posteritatibus universis, premissis ipsorum fidelitatibus et fidelium serviciorum meritis requirentibus, denuo et novo perenniter et in evum nove nostre regie donacionis titulo dare et conferre dignaremur. Nos igitur supplicacionibus eorumdem Johannis et Thome filiorum Pethw fidelium nostrorum antefatis, nostre per eos subiective oblatis maiestati regia benignitate exauditis, recensitis nihilominus premissis fidelitatibus et fidelium serviciorum meritis eorumdem, quibus iidem dicto sacro regio dyademati et per consequens nostro culmini nostris et regni nostri pretaxati validis agendis et expedicionibus variis, prosperis scilicet et adversis, locis et temporibus opportunis studuerunt et nunc anhelant se reddere gratos, commendabiles et acceptos, dictas possessiones Gerse, Makua, Sarmellyky, Zylfafeulde alio nomine Arnoldfeulde, Mihalyfalua, Mykemesee alio nomine Heegh, Dergenye, Hodaz et Trebech in Castriferrei ac Zalateleke alio nomine Pacha, Redegemellyky et Kabahege vocatas in Zaladiensi comitatibus predictis habitas et existentes, ipsos ut premittitur omnis iuris titulo concernentes, cum universis earumdem iuribus, iurisdiccionibus, proprietatibus, utilitatibus, ecclesiarum patronatibus, nundinarum et fororum prerogativis, terrisque arabilibus cultis et incultis, pratis, pascuis, vineis, silvis, nemoribus, aquis, molendinis, piscinis et ceteris cunctis commoditatibus et quibuslibet aliis fructuositatibus et pertinenciis universis, sub ipsarum veris metis et antiquis, quibus eedem per dictos progenitores eorumdem et ipsos hactemus pacifice use fuissent et pos-

sesse, prelatorum et baronum nostrorum consilio prehabito, memoratis Johanni et Thome filiis Pethw fidelibus nostris eorumque heredibus et posteritatibus universis, mera auctoritate et potestatis plenitudine ac ex certa sciencia nostre maiestatis, denuo et ex novo, noveque nostre donacionis titulo ac omni eo iure quo eedem nostre rite incumbunt collacioni, dedimus, donavimus et in evum contulimus, imo damus, donamus et perenniter effective conferimus, per ipsos eorumque heredes et posteritates universos perpetuo et irrevocabiliter possidendas, tenendas pariter et habendas, pleno iure, presencium literarum nostrarum patrocinio mediante, salvis iuribus alienis; presentes tandem nobis allatas in formam nostri privilegii redigi faciemus pro eisdem. Datum Bude, feria quarta proxima post festum Pentecostes, anno domini Millesimo trecentesimo nonagesimo nono.

Hártyán, hátlapján a nagy felségi pecséttel, mely alatt e szavak olvashatók: «relacio domini Stephani de Kanisa magistri ianitorum regalium». Eredetije Keszthelyen, a gr. Festetics cs. ltárában Castriferrei. 95. *c.* Nagy Imre.

116. *Az alispán és a szolgabírák bizonyítják, hogy Chun Miklós és Péter fiai, Belch vagy Bela nevű muraközi birtok dolgában, Hahóti Miklós fiai ellen a kitűzött határnapon nem jelentek meg. Kapornak, 1399. nov. 15.*

Nos magister Ladislaus filius Nicolai de Zeuleus vicecomes et iudices nobilium comitatus Zaladiensis, memorie commendamus, quod cum secundum continenciam literarum conventus monasterii beati Adriani martiris de Zala rescripcionalium, ad amicabilem peticionem magnifici viri domini Nicolai de Kanisa, inter ceteros honores comitis Zaladiensis, domini nostri, eidem conventui literatorie factam, nobiles viri Johannes et Stephanus filii Nicolai dicti Chuz et Leonardus filius Petri similiter Chuz dicti, facie ad faciem reperti, super facto possessionis Belch alio nomine Bela vocate, inter fluvios Drava et Mura vocatos existentis, in comitatu Zaladiensi habite, ad diem festi beati Martini confessoris nunc elapsi, nostri in presenciam ad sedem nostram iudiciariam in Kopornuk celebrari consvetam, contra magistrum Ladi-

slaum, Michaelem et Johannem filios Nicolai de Haholth responsuri sine crastinacione fuissent evocati, qui quidem nobiles Johannes et Stephanus filii Nicolai et Leonardus filius Petri ad dictum terminum non venerunt neque miserunt, per annotatos filios Nicolai Haholth prefato termino videlicet festi beati Martini confessoris et aliis diebus ad ipsum diem congruentibus et sequentibus legitime expectati. Datum in predicta Copornok, quinto die termini prenotati, anno domini M° CCC° nonagesimo nono.

Hátlapján két pecsét nyomaival; eredetije a Kisfaludy család levéltárában. Nagy Imre.

117. *Zsigmond király, Mercse havasalföldi vajda nejének meghagyja, hogy tomaji birtokán a keszthelyi polgároktól vámot ne szedjen. Prága, 1400. jul. 3.*

Sigismundus dei gracia rex Hungarie Dalmacie Croacie etc. marchioque Brandenburgensis etc. fideli sue magnifice domine consorti viri magnifici domini Merche vaivode Transalpini, salutem et graciam. In personis fidelium hospitum et populorum nostrorum in Keztel et eius pertinenciis commorancium, nostre datur intelligi maiestati gravi cum querela, quomodo vos ipsos contra eorum libertates privilegiatas et consvetudines antiquas, ipsis per divos reges Hungarie nostros scilicet predecessores et per consequens nostram maiestatem concessas, indebite et minus iuste impediretis et molestaretis, diversos et superfluos census et collectas contra alias consvetas super ipsos exigi facientes; insuper dum iidem aut aliquis ex ipsis per locum tributi in villa Tolmay exigi consveti ad molendinum causa molandi fruges eorum et ad alia loca pro exercendis eorum agendis et negociis proficiscerentur, tunc vos contra literatoria nostra mandata, vobis uti recolimus dudum in hac parte iniuncta, super ipsos tributum inconsvetum exigi faceretis, nonnullosque ex ipsis captivare ac pecoribus et pecudibus ac aliis eorum rebus et bonis privari, necnon viginti quatuor ex pecoribus predictis permactari, ac duos equos ab ipsis recipi et quo vestre placuisset voluntati exponi fecissetis indebite et minus iuste; per quod ipsi iam ad maxime paupertatis ino-

piam devenissent, ipsosque de facie dicte possessionis et suarum pertinenciarum opporteret recedere fugitivos. Verum cum nos prefatos populos nostros contra predictas eorum libertates et signanter contra ipsa nostra literatoria mandata, vobis uti premisimus in favorem ipsorum iniuncta, per fidelitatem vestram in nullo velimus perturbari, fidelitati igitur vestre firmissime precipimus et districte mandamus omnimodo volentes, quatenus habita presencium noticia, a modoque in antea prefatos populos nostros contra privilegiatas eorum libertates et consvetudines antiquas prefatas, penitus in nullo sitis ausi modo aliquali molestare, super ipsosque dum iidem ad predictum molendinum causa molandi fruges et ad alia loca pro exercendis eorum agendis et factis per locum pretacti tributi vestri in dicta Tolmay exigi consveti proficiscerentur, extunc ab ipsis et eorum quolibet contra modum et formam predictarum aliarum literarum nostrarum vobis super hac materia directarum, nullum tributum nullamque tributariam exaccionem exigere aut exigi facere debeatis nec sitis ausi modo aliquali, sed pocius eosdem et quemlibet ipsorum in eorum libertatibus et consvetudinibus ut premittitur antiquis, indemnes et illesos temporibus semper successivis efficaciter conservetis; nihilominus eciam super premissis eorum damnis per vos ut predicitur aut per vestros eisdem et cuilibet eorumdem illatis, omnimodam satisfaccionem impendere studeatis et exhibere, prefatos homines per vos aut vestros veluti asseritur indebite mancipatos a vestris vinculis liberos remittendo cum restitucione ablatorum, qui si feceritis benequidem, alioquin commisimus et per alias literas nostras ac presencium serie committimus fideli nostro viro magnifico Nicolao de Canisa pridem thavarnicorum nostrorum magistro nuncque inter ceteros honores comiti nostro Zaladiensi, ut ipse prefatos populos nostros in eorum libertatibus prenotatis contra quoslibet debeat nostre maiestatis in persona protegere et conservare equitate exposcente; secus igitur facere non ausuri in premissis. Presentes eciam post earum lecturam reddi edicimus presentanti. Datum Prage, secundo die festi Visitacionis virginis gloriose, anno domini Millesimo CCCC°. Et premissa

omnia fidelibus nostris castellanis castri nostri Rezi nunc constitutis et in futurum constituendis iniungimus et firmiter committimus inviolabiliter observare. Datum ut supra.

Hártyán, belől ép pecséttel; eredetije Keszthelyen a gr. Festetics cs. ltárában. Zaladien. 54. *d.* Nagy Imre.

118. *Zerdahelyi Ders Márton al-nádor, Bódogasszonyörsi Dénes fiait bizonyos bírságok megfizetésétől, melyekben Boklári Gergely fia György és társai ellen elmarasztaltattak, György titeli éneklő kanonok kérelmére felmenti. Nagy-Szombat, 1401. január 6.*

Nos Martinus Ders de Zerdahel vicepalatinus regni Hungarie memorie commendamus, quod nos universa birsagia et quevis iudiciorum onera in quibus Anthonius Blasius et Clemens filii Dionisii de Bodogazzonwrsy, contra Ladislaum filium Nicolai, Stephanum filium Johannis et Georgium filium Gregorii de Boklar in presencia palatinali in quibuslibet terminis convicti et aggravati fore dignuscontur *(igy)*, ad nostram videlicet porcionem cedencia, ad instantem peticionem honorabilis viri domini Georgii cantoris ecclesie Tytulensis auleque regie maiestatis notarii specialis, duximus relaxanda imo relaxavimus et redindulgerimus ac quietos superinde committentes pariter et absolutos harum nostrarum testimonio literarum. Datum Tyrnavie in festo Ephianiarum (*igy*) domini, anno eiusdem M° quadringentesimo primo.

A szala-apáti conventnek «Blasius filius Dionisii de Nagwrs» kérésére kiállított 1408-ki átiratából, melynek eredetije a gr. Draskovics cs. ltárában őriztetik. Nagy Imre.

119. *Zsigmond király a Debregezthi Lachk utódaitól sok hűtlen cselekedeteik miatt elvett Rezi várat a hozzá tartozó javakkal együtt, Eberhard zágrábi püspöknek, unokaöcscsének Alby Rudolfnak s ennek fiainak adományozza. Nagy-Szombat, 1401. január 6.*

Nos Sigismundus dei gracia rex Hungarie Dalmacie Croacie etc. ac marchio Brandenburgensis etc. memorie commendamus tenore presencium significantes quibus expedit universis, presentibus et futuris, harum serie decla-

ramus, quod cum alias tempore scilicet iam dudum retrolapso condam Johannes banus filius Petri de Horwathi, et alter Johannes Johannes *(igy)* de Palizna prior Aurane nostri et tocius regni nostri noxorii infideles, unacum perfidis eorum consodalibus damnabili freti consilio, serenissimas principes condam dominas Elizabeth matrem et Mariam consortem nostras carissimas felicium recordacionum, antedicti regni nostri Hungarie reginas, propre Garam prohdolor captivassent, ipsas earum thesauris preciosis inmense quantitatis privassent et spoliassent, ac nonnullos eorum fidos asseclas ibidem neci tradidissent, demumque idem Johannes banus post huiusmodi gestorum suorum sceleratissimorum et nefandissimorum actuum perpetracionem, in sue infidelitatis manifestum indicium et sui capitis tuicionem, castrum nostrum Pozegawar subintrasset, nos eundem uti tale crimen lese maiestatis perpetratorem ad nostras regias manus pena debita plectendum castro ab eodem recipere maluissemus, interdum Stephanus vaivoda filius Stephani, qui unacum viris perfidis Stephano filio condam Dionisii vaivoda de Simontornya, et Andrea filio Nicolai filii Lachk de Chaktornya, uti verus et merus perpetrator et suscitator ac particeps omnium maleficiorum, per dictos condam utrosque Johannem banum scilicet et priorem infideles nostros intra ambitum regni ut premittitur multipharie dudum perpetratorum, imitando eundem Johannem banum filium Petri nostrum infidelem, cum sua vulpina astucia, de ipso castro ad suas manus recipiendo in contemptum nostre regie maiestatis regnique nostri derogamen libere abire veritus non fuit clam permittere, qui eciam primarie per ipsos utrosque Johannem nostros notorios infideles eorumdemque sceleratam coortem, prout premittitur, intra terminos regni nostri predicti crimen lese maiestatis et immensa pericula, uti liques cunctis perpetrari facere non cessavit; porro nobis in anno proxime retrolapso unacum plerisque prelatis et baronibus ac proceribus regni nostri cum valido exercitu adversus feroces et sevissimos turcos ac ceteros paganos regni nostri, et nostros emulos extra et ultra terminos antefati regni nostri, pro eiusdemque firmiori tuicione eminus proficiscentibus, et

cum eisdem turcis ac ceteris scismaticis intra ambitum ipsius regni nostri Bulgarie per eosdem turcos vi occupati bellica certamina agredientibus, ibique fortuna nobis prohdolor novercante et minime arridente, ingencia discrimina pro Christianitate et regnorum nostrorum defensione sufferentibus, penultimoque ductore Christo previo per freti ac pelagi ampnes versus pretaxatorum regnorum nostrorum climata remigantibus et regredi toto nisu satagentibus, interim pretaxati viri perfidi uterque Stephanus unacum dicto Andrea filio condam Nicolai vaivode filii dicti Stephani filii predicti Lachk de Debregezth fratre et fautoribus suis ex cordiali presto et mero doloroso desiderio cunctis nisu et nixu suis anhelantes, nos cum nostris fidelibus subditis antefatis more et adinstar subdoli serpentis, de dictis regnis nostris eliminare, excludere et exterminare, optentis a Ladislao rege Apulie nato scilicet condam Karuli regis huiusmodi literis, ut iidem viri perfidi uterque Stephanus successores ipsius Lachk, in antefatis regnis nostris vicarii ipsius Ladislai essent generales, et precipue quitquam in dictis regnis nostris cum regnicolis nostris prefati uterque Stephanus in persona et auctoritate ipsius Ladislai regis disponerent, ordinarent ac donarent et sponderent, cuncta illa idem Ladislaus rex ex novo roboraret, et ut celerius ac facilius annotati Stephanus vaivoda et alter Stephanus de Simontornya unacum dicto Andrea filio Nicolai vaivode fratre ipsorum eosdem regnicolas nostros ad eiusdem regis Ladislai beneplacita et obediencie comoda explenda potuissent subdere, flectere et inclinare, nunciis subditis ad Bayzat dominum turcorum, super eo, ut ipsius Bayzat filiam dicto Ladislao regi matrimoniali federe molirentur copulare et copulatos sacro regio dyademate ipsius regni nostri immediate valuissent coronare, indilate destinatis, validum et sevissimum dictorum turcorum cetum et falleratam cohortem ad territoria regni nostri inter fluvios Drawe et Zawe existencia hostiliter introducere et per eosdem incendia valida et homicidia ac spolia grandia et detenciones abduccionesque nobilium et ignobilium utriusque sexus immense pluralitatis hominum fidelium nostrorum in regno et terri-

toriis nostris antefatis, prout hec cuncta facinora fideles nostri dolorosis eorum gemitibus nostre in conspectu approbaverunt maiestatis, perpetrari facere nequiter veriti non fuerunt, nec expavescere maluerunt; pretextu quorum facinorum et venenose infidelitatis pestiferum et absurdum nephas per nostros fideles antefatos iidem uterque Stephanus uti sator tocius doli et origo omnis mali, ac aper cunctorum periculorum ipsius regni nostri et per consequens nostre serenitatis, norma equitatis svadente et iuris rigore exposcente, ne impunitas infideliter delinquencium nova et noxios generet pericula et errores, vita eorum adinstar ingentis venenosi serpentis christicolas clam et palam inficere satagentur primati extiterunt rite temporali; et ut alii perfidie pravitatis noxie nubilo offuscati, quos vindicta ingens ferire et ulcio rigida elidere et ledere de folio imperantis inolevit, exinde perterriti, abiectis erroribus suis precipiti nisu resipiscant fidelitate laudabili fruituri; nam fidelitas exigui bravi fore censeretur, si infidelitas impune pertransiret et inulta. Unde nos unacum baronibus et proceribus ac nobilibus regni nostri mature exinde deliberantibus et iuri consonum decretum uniformiter proferentibus, memoratos utrosque Stephanum et Andream simulcum heredibus eorumdem perpetue infidelitatis indelebili nota offuscatos fore sanccientes, decrevimus et cunctis eorum castris, omnibus possessionibus et iuribus possessionariis universis ubique intra ambitum regni nostri existentibus et quibuspiam nominibus appellatis privantes et destituentes, ac iuxta regni nostri legem approbatam manibus nostris rite redactis et in evum effective vendicatis, ipsis nostris infidelibus et eorum superstitibus perpetuum silencium imponentes de eisdem, presencium vigore mera auctoritate nostre maiestatis quibus sic per ipsos primates et barones ac proceres regni nostri unanobiscum diffinitis discussis et rite approbatis, recensentes nihilominus et in animo nostro perspicua comtemplacione premecientes, quomodo perita regum celsitudo adeo fidelibus suis subditis debet affluere braviis donativis, ut ipsi ad grata fidelitatis obsequia exercenda fervencius animentur et ceteri adinstar eorum concitati in bonorum actuum

ubertate aucti et solidati premientur, ideo nos regalis pericie perspicua contemplacione, que suis fidelibus subditis virtuosis eorumdem meritis svadentibus sinum consvevit pandere, amene dileccionis preclaris et innumeris fidelitatibus ac multiphariis fidelibus serviciis ac sinceris continuisque laudedignis obsequiis virtuosisque precellentibus meritis et laudium preconio attolendo gestis reverendi in Christo patris domini Eberhardi episcopi Zagrabiensis fidelis nostri dilecti, per ipsum iugiter et sollerter sacro regio dyademati et nostre maiestati in nostris et regni nostri arduis expedicionibus et sedulis validis agendis, exercituumque variorum unacum nostra maiestate et pro se de nostro mandato tam contra immanissimos turcos regni nostri sevissimos invasores, tam Boznenses nostros notorios emulos eisdem turcis in nostram regnique nostri offensam adherentes instauratorum, mocionibus ipsius vexillo propriis suis copiosis sumptibus creberrime sine ulla inhercia *(igy)* et metu leti ferventer et intrepide preassumto militum ac procerum armigerorum armis micantibus bellicis lucide prefulgencium ingenti pluralitate et vigorose suffultorum iuxta nostrum ingens decus tociusque regni nostri uberrimum comodum et tranquillum statum, summa cum diligencia sollicitudine indefessa, non sine ipsius domini episcopi persone et rebus suis nusquam parcentis et asseclarum suorum, variis fortune casibus pro nostri honoris cunctorum regnicolarum nostrorum pacis incremento, sua propria capita et cuncta bona submittere non verencium, laborioso bellico certamine locis et temporibus opportunis laudabiliter exhibitis insignite et impensis sagaciter premetitis et perite recensitis, qui magnam contra dictorum paganorum, et specialiter Boznensium conatus gerens industriam, regni nostri Sclavonie defensor precipuus rite censeri potest, et salus multorum; ne igitur ipsius domini episcopi facta preclara que pocius hic subticenda duximus quam non, quantum convenit explicanda, absque merito transeant aliqualis retribucionis, quoddam castrum nostrum Rezi vocatum in comitatu Zaladiensi situatum et per dictum Stephanum vaivodam infidelem nostrum a dudum possessum et tentum, previaque racione ab eodem

infideli nostro iuxta premissum regni nostri ritum approbatum ob notam infidelitatis eiusdem Stephani wayvode ad nostras regias manus devolutum et deventum, per nosque modo superius enarrato applicatum redundatum, cum omnibus iuribus iurisdiccionibus proprietatibus villis tributis vadis et universis eiusdem pertinenciis, terris nihilominus arabilibus cultis et incultis, montibus silvis nemoribus virgultis pratis pascuis fenilibus aquis molendinis piscaturis, aquarumque cunctis decursibus, et generaliter quibusvis utilitatum eiusdem integritatibus, ad dictum castrum Rezii ac villas tributa et pertinencias eiusdem rite et legitime spectantibus et pertinere debentibus, sub suis veris metis et antiquis limitacionibus, quibus idem castrum per nostram maiestatem hactenus tentum habitum extitit et possessum, memorato domino Eberhardo episcopo et per eum Rudolpho de Alby sororio suo, item Johanni abbati Toplicensi, Petermano, Hermano et alteri Johanni ac Rudolpho filiis eiusdem Rudolphi de Alby nepotibus annotati domini episcopi, dictorumque Petermani, Hermani, alterius Johannis et Rudolphi heredibus et posteritatibus universis, tali condicione mediante, ut quandocunque nos aut successores nostri reges Hungarie pretactum castrum Rezy vocatum ab eodem domini Eberhardo vel sororio aut nepotibus suis prenotatis ipsorumque nepotum suorum heredibus rehabere voluerimus et nitebuntur, mox idem dominus Episcopus et sororius ac nepotes sui prefati ipsorumque nepotum suorum heredes, pretitulatum castrum Rezy vocatum pro alio castro eidem consimili et equivalenti, sine contradiccione et renitencia aliquali pleno iure remittere et resignare nobis nostrisque successoribus regibus Hungarie debebunt et tenebuntur, nove nostre donacionis titulo et omni iure quo idem castrum cum omnibus suis pertinenciis nostre regie rite incumbit collacioni, de prelatorum et baronum nostrorum consilio prematuro, mera nostra auctoritate regia et pietatis plenitudine, ex certaque sciencia nostre maiestatis, veluti de manibus nostris regiis, dedimus donavimus et in evum ac penitus contulimus, imo damus donamus et perpetue effective conferimus per ipsum dominum episcopum ac annotatos

Rudolphum de Alby sororium nec non Johannem abbatem Toplicensem, Petermanum, Hermanum, alterum Johannem ac Rudolphum filiosque eiusdem Rudolphi nepotes suos eorundemque duntaxat Rudolphi de Alby ac Petermani, Hermani, Johannis et Rudolphi filiorum annotati Rudolphi de Alby heredes et posteritates universos perpetuo et irrevocabiliter possidendas, tenendas pariter et habendas, pleno iure, sine tamen fidelium preiudicio nostre maiestatis, presencium nostrarum testimonio literarum, quas dum nobis in specie fuerint reportate, in formam nostri privilegii redigi faciemus pro eisdem. Datum Tirnavie, in festo Epiphaniarum domini, anno eiusdem Millesimo quadringentesimo primo.

Zsigmond király 1409-ki átiratából, melynek eredetije a gróf Festetics cs. keszthelyi ltárában őriztetik, Zaladien 62.; ugyanabban át van írva a zalavári convent jelentése 1401-ből, mely szerint a beiktatás is megtörtént. Kijelelt kir. emberek valának: «Johannes filius Laurencii de Segwar, Benedictus filius Nicolai filii Heem de Debrenthe, Michael filius Johannis de Chak, Johannes filius Jacobi de Rym». Nagy Imre.

120. *A pozsonyi káptalan előtt Gedi András fia György, néhai Ákos bán fia Mikch- továbbá Lindvai Herczeg Péter neje Sára- s a többi Lindvaiak képében, Zsigmond királyt bizonyos Szentpéterfölde és Perdefölde közt fekvő részjószágnak Széplaki Botka fiai részére való adományozásától tiltja. 1401. jan. 26.*

Nos capitulum ecclesie Posoniensis, memorie commendamus, quod Georgius filius Andree de Gedi comitatus Castriferrei, in nostri presencia personaliter constitutus, in persona nobilis domine relicte magistri Mikch filii condam Akus bani, nec non domine Sara vocate consortis magistri Petri dicti Herczeg de Lindwa, ac Ladislai filii Sephani bani, et Stephani ac Johannis filiorum Johannis bani, et Sigismundi filii Ladislai de Alsowlindwa, per modum protestacionis et prohibicionis nobis significare curavit, quomodo dominus noster Sigismundus rex Hungarie etc. quandam porcionem possessionariam inter possessiones Zenthpeterfewlde et Perdefewlde habitam, Benedicto, Stephano, Michaeli et Nicolao filiis Bodka *(így)* de Zeeplak dedisset et contulisset, predictarum dominarum necnon

prefatorum Ladislai, Stephani, Johannis et Sigismundi preiudicium non modicum, factaque huiusmodi protestacione, prelibatum dominum nostrum Sigismundum regem a donacione, memoratos vero Benedictum, Stephanum, Michaelem et Nicolaum filios Bodka signanter universos eciam quospiam a recepcione, se intromissione, detencione, fructuum et quarumlibet utilitatum dicte porcionis possessionarie percepcione vel percipifaccione, ipsis statuifaccione et in eadem perpetuacione, quomodocumque factis vel faciendis prohibuit contradicendo et contradixit inhibendo coram nobis publice et manifeste, lege regni requirente. Datum secundo die festi conversionis beati Pauli apostoli, anno domini M° quadringentesimo primo.

Hátlapján pecsét nyomaival; eredetije a gr. Pálffy cs. senioratusi ltárában Pozsonyban. Nagy Imre.

121. *Zsigmond király meghagyja a székesfehérvári keresztesek conventjének, hogy a Turul János és fiai által a veszprémi káptalan ábrámi birtokán elkövetett hatalmaskodások dolgában vizsgálatot tartson. Veszprém, 1401. apr. 24.*

Sigismundus dei gracia rex Hungarie Dalmacie Croacie etc. marchioque Brandenburgensis etc. fidelibus suis conventui cruciferorum domus hospitalis ecclesie beati regis Stephani de Alba, salutem et graciam, dicitur nobis in persona honorabilis capituli ecclesie Wesprimiensis, quod Johannes dictus Thurul ac Ladislaus et Sal filii eiusdem de Kwkuth, in anno cuius sexta instaret revolucio, unacum Andrea filio Petri, Benedicto magno, Andrea filio Ladislai, Laurencio Vida, Gregorio magno, Johanne Ogh dicto, Blasio sclavo, Johanne similiter sclavo, Jacobo Molnar, Elia filio Laurencii, Demetrio Bodor, Jakobo magno, Egidio filio Johannis, Emerico filio Domiani et Clemente iobagionibus ipsorum in dicta Kukuth commorantibus, ex iniqua rancoris nequicia, ad possessionem prefati capituli Abram vocatam irruendo, duos boves cuiusdam iobagionis dicti capituli Damiani nomine in eadem residentis, de facie eiusdem possessionis Abram depellissent et abduxissent, et unum ex eisdem usui ipsorum permactari et exponi fecissent, eo non con-

tenti, sabbato proximo post festum Omnium Sanctorum cuius tercia instaret revolucio annualis, prefatum Damianum iobagionem annotati capituli in lacu Balatini intra metas eiusdem possessionis Abram piscantem insidiando interficere et navem ipsius permactari voluissent, ac quinque anseres alterius iobagionis eiusdem capituli Valentini nomine in prefata Abram residentis, de facie (eiusdem) possessionis Abram apprehendi et depelli fecissent, potencia ipsorum mediante in preiudicium eorumdem valde magnum; super quo fidelitati vestre firmiter precipiendo mandamus, quatenus vestrum mittatis hominem (pro testimonio) fidedignum, quo presente Stephanus filius Dominici aut Petrus magnus, seu Gregorius filius Johannis dicti Rauaz sin Martinus sive Laurencius filii Demetrii de Hene an Blasius . . . . . sue de Kweskal ceu Valentinus Sartor . . . . . aliis absentibus homo noster, ab omnibus quibus incumbit meram de premissis experiatur veritatem, quam tandem nobis fideliter rescribatis. (Datum W)esprimii, in festo beati Georgii martyris, anno domini Millesimo quatringentesimo primo.

A székesfehérvári keresztesek conventjének 1401-ben kelt jelentéséből, melynek eredetije a veszprémi káptalan ltárában őriztetik. Véghely D.

122. *A veszprémi káptalan előtt Kővágóörsi Miklós fia György, esztergomi várnagy, Kővágóörsi Myske Pál fiát Mátyást, bizonyos kő-palota elzálogosításától óvásképen tiltja. 1401. jun. 4.*

Nos capitulum ecclesie Wesprimiensis memorie commendamus, quod Georgius filius Laurencii dictus de Tholna, famulus magistri Georgii filii Nicolai de Kuuagowrs, in personis eiusdem magistri Georgii, castellani videlicet Strigoniensis, necnon Ladislai et Alberti filiorum eiusdem dominorum scilicet suorum, ad nostram veniens presenciam, per modum prohibicionis et protestacionis nobis significans declaravit, quod sicut iidem domini sui percepissent, Mathias filius Pauli filii Myske de ipsa Kuuagowrs, a quibusdam hominibus ad redimendum ab eisdem magistro Georgio et filiis suis antiquum palacium suum lapideum, et terras ac silvas ad idem pertinentes, quod et que vigore aliarum

literarum nostrarum impignoracionis titulo prenotati magister Georgius et filii sui conservarent de presenti, pecunias recipere et sic cum pecuniis hominum extraneorum ipsos palacium lapideum terrasque et silvas ab eisdem redimere, ac tandem eisdem extraneis hominibus impignorare niterentur; cum tamen iidem magister Georgius et filii sui tamquam contigui vicini et commetanei occasione huiusmodi propinque vicinitatis et commetaneitatis ad racionem eorumdem dicto Mathie plures pecunias dare et assignare prompti essent et parati, unde prenominati magister Georgius et filii sui, prefatum Mathiam a recepcione pecuniarum, pro dicta redemcione ipsorum palacii et pertinenciarum eiusdem a quibusvis extraneis hominibus preterquam ab eisdem racionem ipsorum palacii et ceterorum iurium suorum, quoslibet eciam extraneos homines ab eorumdem palacii et pertinenciarum ipsius pro pignore recepcione, pro se perpetuacione, vel alio quovis quesito colore se in idem palacium et utilitates eiusdem prenarratas ac aliorum iurium ipsius ingesscione factis vel fiendis, prohiberent, imo antefatus Georgius nominibus prescriptorum dominorum suorum prohibuit contradicendo et contradixit inhibendo coram nobis, testimonio presencium mediante, legeque regni requirente. Datum sabbato proximo ante festum beati Barnabe apostoli, anno domini M° CCCC° primo.

Hátlapján kerek pecsét nyomaival; eredetije a hg. Battyhány cs. körmendi ltárában. Véghely D. Kővágóeörsi Miklós fia György esztergomi várnagyságára vonatkozólag v. ö. Zichy cs. Okmánytára V. köt. 10. l., mely szerint a Batthyányaknak ez az őse már 1396-ban Kanizsay János érsek alatt bírói tisztséget viselt.

123. *Garai Miklós nádor előtt Vas vármegye közgyülésében, Gersei Pethő Jánosnak és Tamásnak több rendbeli hatalmaskodások miatt néhai Peleskei Mykch özvegye ellen emelt panaszuk dolgában a vármegye alispánja és szolgabírái bizonyságot tesznek. Vasvár mellett, 1402. mart. 20.*

Nos Nicolaus de Gara regni Hungarie palatinus et iudex comanorum memorie commendamus, quod in congregacione nostra generali universitati nobilium comitatus Castri-

ferrei, feria secunda proxima post dominicam Oculi prope civitatem Castriferrei celebrata, magistri Johannes et Thomas filii Pethew de Gerse, de medio aliorum exurgendo, proposuerunt eo modo, quod cum pridem, videlicet in estate, tempore quo castrum Peleske per vicecomitem, iudices nobilium et iuratos assessores congregacionis nostre generalis in comitatu Zaladiensi proxime per nos celebrate in exilium relegatum extitisset, tunc nobilis domina relicta condam Mykch de Peleske quatuor equos familiarium ipsorum in possessione Bak vocata recipi, ac unum famulum ipsorum in dicta Peleske patibulo suspendi, ac in possessione Kuthus tres equos similiter familiarium eorum aufferri, item ducentas capecias et quatuor boves aliorum duorum familiarium ipsorum modo simili recipi et aufferri fecisset potencia mediante; et hoc vicecomiti, iudicibus nobilium iuratisque assessoribus dicte nostre congregacionis constaret evidenter; petentes nos cum instancia, ut iidem vicecomes, iudices nobilium et iurati assessores qualem de premissis scirent, per nos requisiti faterentur veritatem; cumque nos eosdem vicecomitem, iudices nobilium et iuratos assessores super premissis requisitos habuissemus, iidem ad fidem eorum deo debitam fidelitatemque domino nostro regi et suo sacro diademati conservandam, pro dicenda veritate et iusticia observanda, tacto dominice crucis ligno prestitam, premissa facta potenciaria per prefatam nobilem dominam relictam condam magistri Mykch eisdem magistris Johanni et Thome suo modo acta facta et perpetrata fuisse unanimi et concordi testificacione affirmarunt. In cuius assercionis testimonium presentes literas nostras patentes eisdem magistris Johanni et Thome duximus concedendas. Datum vigesimo secundo die congregacionis nostre predicte, in loco memorato, anno domini M° quadringentesimo secundo.

Papiron, hátlapján pecsét nyomaival; eredetije Keszthelyen a gr. Festetics cs. ltárában, Zaladien. 70. *a.* Nagy Imre.

124. *Az alispán és a szolgabírák, Apáty Kopasz Péternek Apáty Gegus fia István és társai ellen bizonyos részjószágok iránt támadt peres ügyében ítélnek, illetőleg két bírótársukat vizsgálatra kiküldik. Kapornok, 1402. jun. 1.*

Nos magister Johannes filius Georgii de Zeleus vicecomes in persona viri magnifici domini Nicolai filii Nicolai palatini de Zeech comitis comitatus Zaladiensis ac iudices nobilium dicti Zaladiensis comitatus, memorie commendamus, quod nobis feria quinta proxima post festum Corporis Christi, unacum nobilibus provincie in figura nostri iudicii causantibus iudicio moderativo sedentibus, Petrus Kopaz dictus de Apaty contra Stephanum filium Gegus, Michaelem filium Petri necnon Georgium filium eiusdem Petri, Thomam filium Ladislai et Dominicum filium Pauli de dicta Apaty, iuxta continenciam literarum nostrarum prorogatoriarum proposuit eo modo, quod ipsi a quibusdam annis retrocessis incipiens bene in quatuor locis quasdam possessionarias porciones suas in eadem Apaty intra metas et limites premisse possessionis sue habitas et adiacentes pro se occupassent occupatasque uterentur de presenti potencia ipsorum mediante; que premissa adversus ipsos nobiles videlicet Stephanum, Michaelem Georgium, Thomam et Dominicum termino ulteriori sibi dando in facie premisse possessionis presente nostro testimonio per nos ad id deputato, literalibus suis instrumentis vellet comprobare et comprobaret; quo audito prefatus Michael pro se personaliter pro ipsis vero Stephano et Georgio cum procuratoriis literis conventus ecclesie Zaladiensis, ac Thomas et Dominicus personaliter in nostram exurgendo presenciam, responderunt ex adverso, quod ipsi nullam porcionem possessionariam ipsius Petri intra metas et cursus metales premisse possessionis eiusdem Petri occupando uterentur de presenti; et quod predicti Stephanus Michael et Georgius anno proxime preterito nemorem suum modo simili intra metas dicte possessionis sue habitum per succisiones et siccaciones *(így)* lignorum devastassent similiter potencia mediante; premissum nemus modo simili literis instrumentalibus intra metas premisse possessionis sue adiacere

ostenderet, quo autem *(így)* prefatus Michael modo simili pro se personaliter, pro ipsis vero Stephano et Georgio similiter cum procuratoriis literis dicti conventus respondit ex adverso, quod predictum nemus, quod ipse Petrus suum esse dicit ipsorum esset nemus et eiusdem nemoris ligna ipsorum succidissent . . . . . cassent; quibus perceptis verum quia absque revisione et in facie premisse possessionis exhibicione predictorum instrumentorum per ipsum Petrum inibi exhibendorum et ostensionibus predictarum porcionum possessionariarum ac nemoris per ipsas partes fiendis, super premissa facta potenciaria congruens iudicium inter partes premissas facere non poteramus, ideo commisimus determinando eo modo, ut feria quarta proxima post festum beati Barnabe apostoli nunc ventura, duo iudices nobilium ac Johannes literatus notarius noster pro partibus premissis per nos deputati, ad faciem premisse possessionis Apaty prefati Petri Kopaz dicti, vicinis et commetaneis eiusdem universis inibi convocatis, ipsisque partibus ac procuratoribus earumdem parcium presentibus, dictis possessionariis porcionibus et nemoribus ostenditis, ab eisdem vicinis et commetaneis sciant et diligenter intueantur premissorum veritatem, utrum signa metalia possessionis ipsius Petri in eisdem literis privilegialibus expressa et conscripta predictas possessionarias porciones ipsius Petri ac dictum nemus eiusdem per ipsum Petrum . . . . . nobiles in causam attractos potencialiter ut dicitur occupatas, et dictum nemus intra metas dicte possessionis ipsius Petri existere viderint et scierint *(így)* vel ne; et post hec seriem omnium premissorum ut fuerit expediens, iidem iudices nobilium ac Johannes literatus notarius noster ad feriam quintam proximam post dictum festum beati Barnabe apostoli nunc venturam, in figura nostri iudicii presentibus partibus premissis vel earum legitimis procuratoribus presentibus, nobis referre teneantur. Datum in Kapornuk, feria quinta antedicta, anno domini M° quadringentesimo secundo.

Papiron, hátlapján egy paizsalakú és kisebb gömbölyű pecsét maradványaival; eredetije Keszthelyen a gr. Festetics cs. ltárában. Zaladien 72. Nagy Imre.

125. *Az egri káptalan előtt Kebelkuthgulácsi Péter fia József magas fia Benedek nevében, Zala vármegyében fekvő kebelkuthgulácsi részjószágát 50 arany forintért örök áron eladja Lőrincz fiának Antalnak és Péter fiának Lőkösnek. 1403. január 11.*

Nos capitulum ecclesie Agriensis memorie commendamus, quod Joseph filius Petri de Kebelkuthgulach de comitatu Zala, nunc vero in civitate Agriensi residens, pro se et pro Benedicto filio suo adhuc in tenera etate constituto, onus tamen et gravamen ipsius si in facto subnotando temporum in eventu persistere nollet ab una, parte vero ex altera Anthonius filius Laurencii de Gulach de eodem comitatu, ac Petrus filius Nicolai de Lad cum sufficientibus literis procuratoriis honorabilis capituli ecclesie Vesprimiensis pro Levkes filio Petri de Thomay coram nobis personaliter comparentes, per prenotatum Joseph filium Petri in sua et prefati Benedicti filii sui personis dictum nobis extitit atque confessum viva voce in hunc modum, quod quia ipse totalem porcionem suam possessionariam in dicta possessione Kebelkuthgulach vocata habitam, ipsum ut dixit iure hereditario successionis contingentem, bono modo propter distanciam loci ut deceret uti, regere et defendere non valeret, idcirco eandem porcionem suam possessionariam cum omnibus suis utilitatibus ac utilitatum integritatibus et pertinenciis quibuslibet, prenotatis Anthonio filio Laurencii et Leukus filio Petri fratribus et consanguineis suis ac heredibus ipsorum universis pro quinquaginta florenis auri dedisset et vendidisset, et nunc nostri in presencia dedit et vendidit iure perennali et irrevocabiliter possidendam, tenendam pariter et habendam, nil iuris nilve proprietatis sibi et predicto Benedicto filio suo in eadem porcione sua possessionaria prorsus reservando, sed totum ius et proprietatem dominii ipsius porcionis possessionarie in predictos Anthonium et Leukus et posteritates ipsorum transferendo, de quibus quidem quinquaginta florenis auri quadraginta florenos antedicti Anthonius et Leukus coram nobis persolverunt Joseph prenotato, in reliquo decem florenos octavo die festi Penthecostes nunc proxime venturo coram nobis et non alias pure et

simpliciter absque nova et decima partibus solvere assumsissent et tunc nostri in conspectu assumserunt, tali vinculo mediante, quod si prefatos decem florenos termino et loco in predictis solvere non possent vel negligerent, extunc solucio predictorum XL florenorum anullata et frustrata deberent *(igy)*, necnon in duplo ipsorum decem florenorum convincerentur et convinci deberent ipso facto, nullo ipsis in hoc remedio suffragante; ad que omnia suprascripta se pretactus Joseph et Benedictum filium suum nec non prenotati Anthonius et Petrus filii Ladislai virtute procuratoria predicta antedictum Leukus sponte obligarunt coram, nobis, harum nostrarum testimonio et vigore literarum. Datum feria quinta proxima post festum Epiphaniarum domini, anno eiusdem Millesimo quadringentesimo tercio.

Hártyán, hátlapján pecsét nyomaival; eredetije a gr. Festetics cs. keszthelyi ltárában, Zaladien: Nr. 57. Nagy Imre.

126. *Zsigmond király Durazzoi László pártján hűtlenségbe esett János fia Péter Zala vármegyei birtokait Szécsi Miklósnak, a veszprémi püspökség kormányzójának adományozza. Székes-Fehérvár, 1403. nov. 5.*

Nos Sigismundus dei gracia rex Hungarie Dalmacie Croacie etc. marchioque Brandenburgensis etc. sacri Romani imperii vicarius generalis et regni Bohemie gubernator, memorie commendamus per presentes, quod magnificus vir dominus Nicolaus de Zeech gubernator episcopatus ecclesie Wesprimiensis ad nostre maiestatis veniens conspectum, propositis suis fidelitatibus et fidelium obsequiorum gratis meritis per ipsum culmini nostro sub diversitate locorum et temporum exhibitis, signanter, quod his elapsis disturbiorum temporibus quibus nonnulli prelati magnates *(igy)* proceres et nobiles regni nostri ingrati et immemores beneficiorum a celsitudine nostra largiflue perceptorum, rebellionis calcaneo ducti, imo spiritu protervie seducti, a sinu clemencie nostre se avertere attentando, inito fraudulento consilio quomodo nedum dominum iustum spernendo refutarent, imo deterius dominum naturalem ab eis eliminarent, sicque tractantes et hinc inde nominantes, quomodo alium in regem

eligendo introducerent, vota eorum devia in crimen lese maiestatis nostre in personam Ladislai filii condam Karoli de Duracio direxerunt, cuius tandem banderium erigendo per diversa loca regni, in eiusdem et regnicolarum devastacionem et incommoda detulerunt; et quod nephandius est, in locis capitulorum et ecclesiarum cum reliquiarum processionibus idolatri perfidia dictum banderium venerari disposuerunt, prefato Ladislao plurimas civitates possessiones et loca, signanter in Dalmacia et Croacia subiugari faciendo, que adhuc in manibus emulorum nostrorum retinentur; alias eciam adeo grandes et multiplices excessus enormitates committere presumserunt, quod eosdem longum et difficile nimis foret declarare. In quibus quidem erroneis processibus Petrus filius Johannis filii Gregorii de Zygeth de comitatu Zaladiensi, uti rei de ipso testatur veritas, Petro Herchegh de Zeech adherendo, premissa perpetrare et quantum potuit augmentare non expavit. Prefatus autem magnificus vir dominus Nicolaus de Zeech mentem suam ad viam dirigens rectitudinis, imitans tramitem iusticie, sua virili presumtuosa pro viribus adhesione banderium suum pro nostri honoris incremento erigendo, unacum ceteris nostris fidelibus prenotatis nostris emulis et rebellibus fideliter opponere studuit; sic ut in numero iustorum quibus rex regum adversus hostes largitur triumphum, est inventus. His itaque peractis et commissis, idem dominus Nicolaus a maiestate nostra possessiones et possessionarias porciones prefati Petri filii Johannis nostri infidelis ubicunque in regno nostro habitas, signanter tamen in dicto comitatu nostro Zaladiensi existentes, videlicet Zygeth predictam, Tormafelde, Mathushaza, Paufalua, Gozthola et Petroch vocatas, tanquam per notam infidelitatis ad manus nostras devolutas, sibi dari humilime supplicavit. Nos quoque pretacta animadvertendo et propensius considerando, universas possessiones predicti Petri nostri infidelis in dicto comitatu Zaladiensi habitas, ut prefertur racione premisse infidelitatis eiusdem Petri ad manus nostras devolutas, simulcum universis fructibus et singulis earum pertinenciis, sub earum veris metis et antiquis, de prelatorum et baronum nostrorum consilio, prefato domino Nicolao

de Zeech ac Johanni Stephano et Nicolao filiis eiusdem heredibusque et posteritatibus universis, omni eo iure quo racione previa nostre incumbunt collacioni, nove nostre donacionis titulo dedimus donavimus et contulimus, imo damus donamus et conferimus, per eundem dominum Nicolaum et dictos filios suos successoresque ipsorum, iure perpetuo et irrevocabiliter tenendas habendas et possidendas, salvo iure alieno, presencium literarum nostrarum patrocinio mediante, quas dum nobis in specie fuerint reportate in formam nostri privilegii faciemus redigi; tali condicione, quod idem dominus Nicolaus aut dicti filii sui, universarum possessionum et possessionariarum porcionum dicti nostri infidelis nominibus numeroque iobagionum et sessionum in eisdem habitorum ad fidem eorum deo debitam fidelitatemque nobis et sacro nostro dyademati per ipsos observandam teneantur cercius informare. Datum in Alba regali, in festo beati Emerici ducis et confessoris, anno domini Millesimo quadringentesimo tercio.

Zsigmond királynak 1460-ban 15° kal. May kiadott megerősítő átiratában, melynek eredetije Körmenden a hg. Batthyány cs. ltárában őriztetik. Nagy Imre.

127. *Zsigmond király hasonló adománylevele ugyancsak Szécsi Miklós javára, Alsóráthki Gegő és Miklós- s Gegő fiai: János és István hűtelenek Zala vármegyei birtokairól. Esztergom, 1403. nov. 19.*

relacio Piponis de Ozora.

Nos Sigismundus dei gracia rex Hungarie Dalmacie Croacie etc. marchioque Brandenburgensis etc. sacri Romani imperii vicarius generalis et regni Bohemie gubernator, memorie commendamus per presentes, quod nobilis vir magister Nicolaus de Zeech gubernator episcopatus ecclesie nostre Wesprimiensis, ad nostre maiestatis veniens conspectum, propositis suis fidelitatibus et fidelium obsequiorum gratis meritis, per ipsum culmini nostro sub diversitate locorum et temporum exhibitis, signanter quod his elapsis disturbiorum temporibus quibus nonnulli prelati magnates (stb. l. föntebb 126. sz. a. Zsigmond királynak 1403-ban

nov. 5-én kelt levelét). In quibus quidem erroneis processibus Gegew ac Nicolaus necnon Johannes et Stephanus filii eiusdem Gegeu de Alsowrathk nobiles de comitatu Zaladiensi, uti rei de ipsis testatur veritas, Ladislao filio Stephani ac Stephano et Johanni filiis condam Johannis bani de Alsou-Lyndwa adherendo, premissa perpetrare et quantum potuerunt augmentare non expaverunt; prefatus autem magister Nicolaus de Zeech mentem suam ad viam dirigens rectitudinis, imitans tramen iusticie, banderium suum in nostri culminis honorem et victoriam erigendo, unacum ceteris nostris fidelibus prenotatis, nostris emulis et rebellibus fideliter opponere studuit, sic ut in numero iustorum quibus rex regum adversus hostes largitur triumphum est inventus. His itaque peractis et commissis, idem magister Nicolaus de Zeech a maiestate nostra possessiones prenominatorum Gegew ac Nicolai nec non Johannis et Stephani filiorum eiusdem Alsowrathk predictam, Felsewrathk et Zenthbenedek appellatas, triginta quinque sessiones in se continentes, in dicto comitatu Zaladiensi habitas et existentes, tamquam per notam infidelitatis ad manus nostras devolutas, sibi dare humilime supplicavit. Nos quoque pretacta animadvertendo et propensius considerando, pretitulatas possessiones prenominatorum nostrorum infidelium et eorumdem filiorum in prememorato comitatu Zaladiensi habitas, ut prefertur racione premisse infidelitatis prefatorum Gegew ac Nicolai necnon Johannis et Stephani filiorum eiusdem ad manus nostras devolutas, simulcum universis fructibus ac proventibus et singulis earum pertinenciis, sub earum veris metis et antiquis, de prelatorum et baronum nostrorum consilio prefatis magistro Nicolao de Zeech et per eum Johanni Stephano Nicolao et Georgio filiis eiusdem heredibusque et posteritatibus universis eorumdem, omni eo iure quo racione previa nostre incumbunt collacioni, nove nostre donacionis titulo dedimus donavimus et contulimus, imo damus donamus et conferimus per eundem magistrum Nicolaum et dictos filios suos successoresque ipsius iure perpetuo et irrevocabiliter tenendas, habendas et possidendas, salvo iure alieno, presencium literarum nostrarum patrocinio mediante, quas dum in specie

nobis fuerint reportate, in formam nostri privilegii faciemus redigi. Datum Strigonii, in festo sancte Elyzabeth regine, anno domini Millesimo quadringentesimo tercio.

Hártyán, nyilt alakban, belől pecséttel; eredetije Körmenden a hg. Batthyány cs. ltárában. Nagy Imre.

128. *Zsigmond király a hűtlenségbe esett Bódogasszonyfalvi András fia Györyy bódogasszonyfalvi birtokát Gersei Pethő Jánosnak és Tamásnak adományozza. Buda, 1404. jun. 8.*

relacio Nicolai Toth de Zomzedwar.

Nos Sigismundus dei gracia rex Hungarie, Dalmacie Croacie etc. marchioque Brandenburgensis etc. sacri Romani imperii vicarius generalis et regni Bohemie gubernator, memorie commendamus per presentes, quod fideles nostri dilecti magistri Johannes et Thomas filii Pethew de Gerse nostre maiestatis adientes conspectum, propositis et in memoriam nostre celsitudinis reductis eorum fidelitatibus fideliumque serviciorum et obsequiorum gratissimis meritis et sinceris complacenciis per ipsos maiestati nostre et sacro nostro dyademati cum omni fidelitatis fervore et sollicitudine indefessa sub diversitate locorum et temporum laudabiliter exhibitis et impensis, signanter quod his disturbiorum temporibus iam elapsis, quibus nonnulli prelati magnates (stb. lásd föntebb 126. szám alatt). In quibus quidem erroneis processibus Georgius filius Andree de Bodogazzonfalua comitatus Zaladiensis, adherendo Stephano de Debrew nostro notorio infideli, sub banderio eiusdem, uti rei veritas de ipso testatur, premissa perpetrare et quantum potuit augmentare non expavit, prefati autem Johannes ac Thomas nostris fideliter inherentes obsequiis, sub vexillo nostre maiestatis annotatis nostris emulis et rebellibus tam viriliter tamque fideliter se opponere studuerunt, ut in numero iustorum quibus rex regum adversus hostes largitur triumphum sunt inventi. His itaque peractis et commissis, prefati magistri Johannes et Thomas universas et quaslibet porciones possessionarias prefati Georgii filii Andree de Bodogazzonfalua, in eadem et alias ubilibet habitas, simulcum porcionibus molendinorum et aliorum quarumlibet utilitatum, sibi ipsis a nostra maies-

tate perpetuo dari et conferri postularunt. Nosque pretacta animadvertendo et propensius considerando, predictas universas porciones possessionarias ubivis, signanter in eadem Bodogazzonfalua habitas, simulcum porcionibus molendinorum aliarumque utilitatum eiusdem scilicet Georgii filii Andree, simulcum universis earum pertinenciis, sub earum veris metis et antiquis, de prelatorum et baronum nostrorum consilio, memoratis magistris Johanni et Thome filiis Pethew de Gerse, eorumque heredibus et posteritatibus universis, nove nostre donacionis titulo et omni eo iure quo eedem racione previa nostre incumbunt collacioni, dedimus donavimus et contulimus, imo damus donamus et conferimus iure perpetuo et irrevocabiliter possidendas, tenendas pariter et habendas, salvo iure alieno fidelium nostre maiestatis remanente, presencium literarum nostrarum patrocinio mediante, quas in formam nostri privilegii redigi faciemus dum nobis in specie fuerint reportate; tali condicione mediante, quod iidem magistri Johannes et Thomas aut heredes eorum, de numero sessionum iobagionumque in eisdem commorancium nominibusque earumdem porcionum dicti Georgii, ad fidem eorum deo debitam, fidelitatemque nobis et sacro nostro dyademati observandam, nostram celsitudinem teneantur cercius informare. Datum Bude, die dominica proxima ante festum beati Barnabe apostoli, anno domini Millesimo quadringentesimo quarto.

Hártyán, a szöveg alatt pecsét maradványai; eredetije a gróf Festetics cs. ltárában Keszthelyen, Zaladien. 59. Nagy Imre.

129. *A vasvári káptalan előtt Sitkei György fiai: Mátyás, Jakab és Lőrincz, Zala vármegyében Gyürüs birtokban lévő részjószágukat 50 arany forintért örök áron eladják Káldi Miklós fiának Györgynek. 1404. oct. 18.*

Nos capitulum ecclesie Castriferrei, memorie commendamus, quod Mathias filius Georgii de Sythke sua, ac Jacobi et Laurencii fratrum suorum uterinorum in personis, onera eorumdem et gravamina in se assummens, coram nobis constitutus, ministerio vive vocis confessus extitit eo modo, quod ipsi universas et quaslibet ipsorum possessionarias porciones

in possessione Gyurus in comitatu Zaladiensi existenti habitas, cum universis ipsarum utilitatibus et pertinenciis quoquomodo vocitatis, magistro Georgio filio Nicolai de Kald, pro quinquaginta florenis auri, veri et legitimi ponderis, impignorassent, imo idem Mathias sua et ut predicitur annotatorum Jacobi et Laurencii in personis impignoravit coram nobis, isto modo, ut ipsi easdem a data presencium quandocunque poterunt et valuerint, pro premissis quinquaginta florenis auri similiter veri et legitimi ponderis, omni estimacione exclusa, liberam et securam redimendi habebunt facultatem, absque decima scilicet et nona partibus; usque tempus autem redemcionis earumdem, ipsi annotatum magistrum Georgium contra quosvis lite mediante impetitores in earumdem dominio propriis ipsorum laboribus et expensis conservare tenerentur, vigore presencium mediante. Datum in festo beati Luce ewangeliste, anno domini M° quatringentesimo quarto.

Hártyán, hátlapján pecsétnyommal; eredetije a hg. Batthyány-cs. körmendi ltárában. Véghely D.

130. *A veszprémi káptalan Kis-Kaál határában fekvő három szőllejét eladja János örsi prépostnak. 1404. dec. 31.*

Nos capitulum ecclesie Wesprimiensis, memorie commendamus, quod nos quasdam tres vineas nostras in territorio possessionis nostre Kyskaal vocate, in una contiguitate existentes, per condam videlicet dominum Andream vicarium, archidiaconumque Segusdiensem bone memorie pridem in suis extremis pro salute anime sue nobis et eidem ecclesie nostre testamentaliter legatas, per ipsumque condam dominum vicarium dum vivebat a Benedicto filio Sebasciani, et Petro sclavo filio Luce iobagionibus nostris de dicta Kyskaal, ac domina Katherina nuncupata filia Andree de Kaal Omnium Sanctorum precio emtas, honorabili viro domino Johanni preposito Ursyensi socioque et concanonico nostro pro tredecim marcis denariorum antique monete, plene per ipsum nobis datis et persolutis, pro expediendis cum eisdem certis nostris et dicte ecclesie nostre negociis, vendidimus tradidimus et perpetuo ascripsimus,

imo vendimus tradimus et ascribendo perpetuamus, presencium vigore mediante, per iamdictum dominum Johannem prepositum, vel illum aut illos cui aut quibus idem dominus prepositus premissas vineas donabit aut legabit in vita vel in morte, possidendas tenendas et habendas. Salvis tamen nostro et aliorum iuribus, vineis in prefatis habitis et existentibus. Datum in festo beati Silvestri pape, anno domini M° quadringentesimo quarto.

Hártyán, hátlapján kerek pecsét nyomaival; eredetije a körmendi ltárban. Véghely D.

131. *Zsigmond király Besenyei Demeter fia Gergely Zala vármegyei nemesnek, ki Herczeg Péter szolgálatában állván, a király ellen hűtlenség bűnébe esett, megkegyelmez. Buda, 1405. máj. 24.*

commissio propria domini regis.

Nos Sigismundus dei gracia rex Hungarie Dalmacie Croacie etc. marchioque Brandenburgensis etc. sacri Romani imperii vicarius generalis et regni Bohemie gubernator, memorie commendamus per presentes, quod nos de pietate regia que magis misereri solet quam ulcisci, Gregorium filium Demetrii de Besenew nobilem comitatus Zaladiensis, a nota infidelitatis et crimine illacionis damnorum, iniuriarum, spoliorum et aliorum universorum malorum generum tam contra culmen nostrum regium quam alios quosvis his proxime elapsis disturbiorum temporibus, adherendo magistro Petro Hercheg filio condam Nicolai palatini de Lyndowa, in eiusdem serviciis uti ipsius familiaris existendo, per eundem quomodolibet perpetratorum, duximus expiandum, graciam et misericordiam capiti et possessionibus ante presentem graciam sibi per nostram maiestatem factam aliis fidelibus nostris nondum donatis, rebusque et bonis suis universis facientes specialem, ita tamen, quod idem se de cetero prorsus a tali enormitate et ab omni labe immunem studeat conservare. Quocirca vobis fidelibus nostris cunctis regni nostri iudicibus et iusticiariis, presencium noticiam habituris, firmiter precipimus et mandamus, quatenus ad nullius instanciam prefatum Gregorium in persona et ante tempus premisse gracie per nostram maiestatem eidem facte aliis

nostris fidelibus ut prefertur nondum collatis possessionibus rebusque et bonis ipsius quibuscunque, racione previa intra vel extra iudicium perturbare presummatis, contra formam gracie nostre suprascripte. Datum Bude, die dominica proxima ante festum beati Urbani pape, anno domini Millesimo quadringentesimo quinto.

Hátlapján felségpecsét nyomaival s alatta «commissio propria domini egis» szavakkal; eredetije a körmendi ltárban. Véghely D.

132. *Zsigmond király meghagyja Pethő fiának Jánosnak, Zala vármegye ispánjának, hogy Páhszigete nevű birtokot, melyet a keszthelyi polgárok jogtalanúl elfoglaltak, a fehérvári egyházhoz tartozó Katalin kápolnának adja vissza. Buda, 1405. julius 3.*

propria commissio domini regis.

Sigismundus dei gracia rex Hungarie Dalmacie Croacie etc. marchioque Brandenburgensis etc. sacri Romani imperii vicarius generalis et regni Bohemie gubernator, fideli suo egregio viro Johanni filio Pethew comiti Zaladiensi, salutem et graciam. Licet nos alias temporibus retroactis ex serie literarum magistri Johannis filii Georgii de Zeuleus, pridem vicecomitis et iudicum nobilium dicti comitatus Zaladiensis affirmatoriarum, ad nostrum literatorium mandatum nostrum *(így)* rescriptarum, tenoremque nostrarum literarum regalium verbaliter in se habencium, coram nobis specietenus productarum, clare agnoverimus, quod quedam insula Pahsygethe vocata, ad quandam possessionem capelle beate Katherine virginis ad latus ecclesie Albensis fundate Paah vocatam semper et ab antiquo pertinuisset, sed per iudicem ac iuratos cives seu hospites de Keztel indebite occupata extitisset, nosque per comitem vel vicecomitem predicti comitatus protunc constitutos, pretactam insulam ipsi capelle, exclusis prefatis iudice, iuratis, civibus et populis de dicta Keztel, restatui demandaverimus, tamen quia supervenientibus ibidem exiciosis disturbiis regni nostri, premissa hucusque finem debitum consequi nequivissent, quibus presentibus finem imponere decrevimus, ideo fidelitati vestre firmiter precipimus et omnino

clementer mandamus, quatenus mox visis et receptis pre (.....) enim cessante occasione, prelibatis iudici, iuratis, civibus et hospitibus de iamfata Keztel de dominio dicte insule exclusis, et (.....) eandem memorate capelle beate Katherine, et per consequens honorabili viro domino Hynkoni eius rectori restatuere et appropriare, ipsum in dominium eiusdem conservare ac protegere, et contra quoslibet illegitimos impetitores manutenere debeatis, auctoritatē nostra presentibus vobis attributa mediante, secus pro nostra gracia non facturi. Datum Bude, secundo die festi visitacionis Marie, anno domini M° CCCC° quinto.

Papiron, belől becséttel; eredetije a gr. Festetics cs. ltárában, Zaladien. 59 *b*. Nagy Imre.

133. *A vasvári káptalan oklevele egy részről Erenyei Pogány Péter fia István, más részről Lőrincz fia Filemend György és érdektársaik között, Cseb és Apsa, továbbá Erenye és Töttös birtokok iránt létrejött barátságos egyezségről. 1406. mart. 17.*

Nos capitulum ecclesie Castriferrei, memorie commendantes tenore presencium significamus quibus incumbit universis, quod cum nos literis serenissimi et magnifici principis domini nostri domini Sigismundi dei gracia incliti regis Hungarie etc. sigillo reverendi in Christo patris et domini domini Eberhardi Zagrabiensis ecclesie episcopi ac summi cancellarii eiusdem domini nostri regis consignatis omnimoda cum obediencia receptis, modum et formam iudiciarie deliberacionis eiusdem exprimentibus, iuxta earumdem continenciam unacum magistro Georgio de Bokud curie eiusdem domini nostri regis notario, per eundem de eadem curia regia ad contenta earumdem literarum perficienda specialiter destinato, magistrum Michaelem iuniorem socium et concanonicum nostrum pro parte Stephani filii Petri dicti Pogan de Enyereh actoris, item dominum Martinum plebanum ecclesie nostre pro parte Georgii dicti Fylemend filii Laurencii de eadem Enyerech in causam attracti, nostros homines pro testimoniis fidedignos transmisissemus, qui tandem ad nos reversi, nobis eodem Stephano actore ac Petro et Jacobo filiis eiusdem Stephani, qui pro se personaliter ac pro Ste-

phano filio eiusdem Stephani sine literis procuratoriis, onus eiusdem et gravamen per omnia in se assummentibus coram nobis astabant ab una, item prefato Georgio ac Ladislao et Anthonio filiis Johannis similiter Fylemeng dicti pro se similiter personaliter, item pro Ladislao filio ipsius Georgii nondum adhuc baptizato similiter sine literis procuratoriis, onus eiusdem modo simili in se assummentibus presentibus et infrascripta fatentibus, retulerunt isto modo, quod ipsi in quindenis diei Cinerum proxime preteritis, ad faciem predicte possessionis Enyereh vocate, vicinis et commetaneis parcium predictarum universis inibi legitime convocatis et eisdem partibus presentibus accedendo, primo ab eisdem vicinis et commetaneis, demumque a nobilibus comprovincialibus comitatus Zaladiensis ac ab aliis cuiusvis status et condicionis hominibus a quibus decens et opportunum fuisset, per partes predictas inibi convocatis et congregatis, ad fidem eorum deo debitam fidelitatemque eidem domino nostro regi et suo sacro dyademati conservandam, odio favore et amore parcium postergatis, sine omni falsitate, deum habendo pre oculis, de eo utrum prelibatus Georgius sit filius Laurencii filii Petri filii Stephani filii Emerici filii Herchegh, aut idem Stephanus filius Emerici (sine) prolibus utriusque sexus in serviciis regalibus fuerit interemtus, sicque idem Georgius filius Laurencii filii Petri filii dicti Stephani filii Emerici filii Herchegh minime existeret, scire inquirere et indagare meram atque omnimodam veritatem voluissent; et licet universi vicini commetanei nobilesque comprovinciales ipsarum parcium, easdem in ipsam communem inquisicionem adducti, iuxta continencias dictarum literarum domini nostri regis adiudicatoriarum ac quarundam aliarum literarum domine regine preceptoriarum, eidem homini regio directarum, pro parte ipsius Stephani actoris loquencium, inibi in specie exhibitarum, ad fidem eorum deo debitam fidelitatemque dicto domino nostro regi et suo regio dyademati conservandam, tacto dominice crucis ligno, de iamdicta genealogia proximitatis inter ipsas partes omnimodam et plenissimam certitudinis veritatem propallare promti fuerint et parati, tamen eisdem vicinis et com-

metaneis ac nobilibus comprovincialibus ordinantibus, eedem partes se ad pacis reformacionem per eundem hominem regium transmitti postulassent, cumque idem homo regius easdem partes ad ipsius pacis reformacionem benigne admisisset, tandem eedem unacum eisdem vicinis et commetaneis ac nobilibus comprovincialibus ad ipsos regium et nostra testimonia regressi, taliter se concordasse retulissent, imo coram ipsis concordassent, ut quia iidem vicini et commetanei ac nobiles comprovinciales per easdem partes illuc convocati et congregati quasdam duas possessiones Cheb et Apsa vocatas non pro morte predecessoris dicti Georgii sed pro morte predecessoris ipsius Stephani deventas fore, ex eoque solum ipsi Stephano iure acquisiticio attinere debere, imo nullum ius nullamve dominii proprietatem eundem Georgium ad easdem habere, alias autem duas possessiones Enyereh et Teuteusenyerech vocatas ipsis partibus iure hereditario communiter attinentes fore agnovissent, ideo dictis duabus possessionibus Cheb et Apsa vocatis ipsi Stephano per ipsum hominem regium coram testimonio nostro pro parte dicti Stephani adducto statutis et commissis, easdem possessiones Enyereh et Teuteusenyereh vocatas taliter inter se in duas condecentes et rectas partes divisissent: quod primo predictam possessionem Enyereh cum quodam funiculo distribucionis taliter in duas sequestrassent partes, quod cum eodem funiculo sex et mediam mensuras a meridie, eo quod amplior et utilior existere visa fuisset, simulcum decem et media sessionibus una propria ac sex populosis et quarta dimidia desertis eidem Stephano et filiis suis prenotatis, ab aquilone vero septem et mediam mensuras cum eodem funiculo simulcum quatuor sessionibus, una propria ac duabus populosis et una deserta ac quadam particula terre, retro sessionem ipsius Georgii usque viam hathuth latitudinem dictarum septem et dimidie mensurarum continentem, dictis Georgio et suis fratribus, residuitate eiusdem terre a meridie eisdem Ste, phano et suis filiis redundante et remanente, reliquissent, item terras arabiles ultra dictam viam hathuth existentes, modo simili in duas rectas partes dividentes, unam earumdem a meridie dictis Stephano et suis filiis, ab aquilone vero

prefatis Georgio et suis fratribus, item pratum seu fenile iuxta fluvium Marzal a meridie prefato Georgio et suis fratribus, ab aquilone vero ipsis Stephano et suis filiis, item terram Nadragharazthya vocatam a meridie eisdem Georgio et suis fratribus, ab aquilone autem annotato Stephano et suis filiis, item pratum a parte possessionis Vybeech vocate simulcum insulis inibi habitis ab aquilone eisdem Stephano et suis filiis, a meridie autem memorato Georgio et suis fratribus equaliter possidendam divisissent; possessionem autem Teuteusenyereh vocatam hoc modo divisissent: quod primo in linea a parte orientali versus plagam aquilonarem sex sessiones integre eisdem Georgio et suis fratribus, in eadem vero linea ad partem meridionalem quinque sessiones integre necnon una sessio in linea occidentali in fine eiusdem ville a parte meridiei existens dicto Stephano et suis filiis, in eadem autem linea occidentali ad partem meridiei a domo fabri inclusive usque dictam sessionem in fine existentem similiter sex sessiones integre dictis Georgio et suis fratribus, in eadem vero linea a domo fabri exclusive versus aquilonem consimiliter sex sessiones integre antedictis Stephano et suis filiis, item dimidietas eiusdem particule terre Ohydzada vocate penes vadum inter dictas possessiones Enyereh et Teuteusenyereh vocatas existentis ab occidente memorato Georgio suisque fratribus, ab oriente autem eisdem Stephano et suis filiis cessissent et provenissent; item terras arabiles et rubeta usque montem Zeuleuhegh existencia ad occidentem adiacencia partes in posterum inter se dividere promisissent, item fluvium Enyereh vocatum inter dictas possessiones Enyereh et Teuteusenyereh existentem communiter eedem partes utuntur, pratum autem penes dictum vadum, existens ab occidente memorato Stephano et suis filiis, ab oriente autem eisdem Georgio et suis fratribus, item ortum caulium ab aquilone eisdem Stephano et suis filiis, a meridie autem ipsis Georgio et suis fratribus cessissent et provenissent; preterea quia idem Stephanus in nonnullis iudiciorum oneribus et presertim in sentencia priori coram comite Frank iudice curie regie contra eundem Georgium, convictus et aggravatus fuisse

assertus fuisset, de quibus idem eidem Georgio propria facultate satisfacere nequivisset, ideo idem Stephanus et sui filii, videlicet Petrus et Jacobus, onus Stephani filii eiusdem Stephani in se assummentes, medietatem dicte possessionis Apsa eidem Georgio et fratribus suis prenotatis in recompensam et satisfaccionem dictorum iudiciorum iure perpetuo et irrevocabiliter in filios filiorum possidendam et utendam dedissent et tradidissent, quam scilicet possessionem modo simili in duas rectas et condecentes partes hoc modo divisissent: quod primo silvam glandinosam Auas dictam, ab aquilone Stephano predicto et suis filiis cum predicto funiculo triginta octo mensuras, a meridie autem cum eodem funiculo triginta duas mensuras, eo quod amplior visa fuisset, eisdem Georgio et suis fratribus, item rubetum a meridie in fine eiusdem silve Homokkuz vocatum ab aquilone eisdem Georgio et suis fratribus, a meridie vero memorato Stephano et suis filiis, aliud vero rubetum similiter Homokkuz vocatum, a meridie dicto Stephano et suis filiis, ab aquilone autem memorato Georgio et suis fratibus, item silvam Botuserdeye vocatam a meridie usque viam Vasaruth dictis Georgio et suis fratribus, ab aquilone autem annotatis Stephano et suis filiis, item nemus Marzalalya vocatum ab occidente dictis Georgio et suis fratribus, ab oriente autem memorato Stephano et suis filiis, item aliud nemus ibidem ultra quandam viam qua itur ad possesionem Gyepw a memorato *(igy)* eidem Georgio et suis fratribus, ab aquilone vero dictis Stephano et suis filiis, item terras Hymeskw et Bodon vocatas ab aquilone et meridie memorato Stephano et suis filiis, in medio vero eisdem Georgio et suis fratribus, item pratum Kismochar et Nogmochar a meridie dictis Stephano et suis filiis, ab aquilone vero et occidente ipsis Georgio et suis fratribus, item silvas terras capeciales prediales et que in residuitatem sessionum iobagionum remansissent et de quibus ad presens mencio minime facta existeret, communiter partes predicte inter se disponere assumsissent, que omnia idem Stephanus Petrus et Jacobus, Georgius Ladislaus et Anthonius ut premittitur coram nobis astantes, ipsorum et memorati Stephani et Ladislai onera scilicet in se assumto-

rum in personis, suo modo facta et perpetrata fuisse recitarunt. In cuius rei memoriam firmitatemque perpetuam, presentes literas nostras privilegiales, pendentis sigilli nostri munimine roboratas, medioque alphabeto intercisas, eisdem partibus duximus concedendas. Datum octavo die quindenarum diei Cinerum predictarum, anno domini Millesimo quatringentesimo sexto; honorabilibus viris dominis Egidio preposito, Nicolao cantore, Jacobo custode, magistro Stephano decano, ceterisque canonicis ecclesie nostre existentibus.

A zöld és vörös színű selyem zsinóron függő pecsét kopott állapotban van. Az okmány eredetije a vasvár-szombathelyi káptalan országos ltárában. «Poganyiana.» B. Nr. 6. Nagy Imre.

134. *A veszprémi káptalan előtt Kővágóeörsi György özvegye és gyermekei, bizonyos kővágóeörsi és pezei jószágrészek elidegenítése ellen óvást tesznek. 1406. junius 6.*

Nos capitulum ecclesie Wesprimiensis memorie commendamus, quod Emericus filius Jacobi iobagio Ladislai et Alberti filiorum condam magistri Georgii de Kwagowrs in personis nobilis domine Katherina vocate alias relicte eiusdem condam magistri Georgii, nunc vero consortis Andree de Chapy, necnon predictorum Ladislai et Alberti filiorum ac Ursule filie predicti condam magistri Georgii dominorum et dominarum suarum in personis ad nostram veniens presenciam, prohibuit coram nobis presencium vigore mediante, legeque regni requirente, Mathiam filium Pauli filii Myske, Nicolaum dictum de Erdel filium Ladislai, Johannem filium Georgii et Gregorium filium eiusdem, Egidium literatum filium Michaelis, Michaelem filium Adriani, Emericum et Georgium filios Ladislai de dicta Kwagowrs, et Sebascianum fllium eiusdem Emerici de Naztre alio nomine de Pooswelge, ac alios quoslibet, a vendicione, impignoracione et alia quavis alienacione ac perpetuacione porcionum possessionariarum seu terrarum ipsorum in eadem possessione Kwagowrs et terra Pezey nuncupata, ac intra terminos earumdem habitarum, Gregorio dicto Anyos filio Emerici de Wamus et Petro filio eiusdem, vel aliis quibuspiam, ipsos

eciam Gregorium dictum Anyos et Petrum filium suum, necnon ceteros quoslibet ab earumdem occupacione, pro pignore recepcione, pro se perpetuacione vel alio quovis quesito colore se in ipsas in toto vel in parte intromissione, in preiudicium ipsorum dominorum et dominarum suarum factis vel fiendis. Datum in festo sancte Trinitatis, anno domini M° quadringentesimo sexto.

Hátlapján kerek pecsétrommal; eredetije a Batthyány-féle körmendi ltárban. Hasonló óvás történt 1407. jan. 8-án és ismét 1407. junius 11-én, ugyanazok részéről, ugyancsak a veszprémi káptalan előtt, Kővágóőrs és Faisz birtokokat illetőleg. Véghely D.

135. *A zalavári convent előtt Péter fia Vitéz Mihály, peleskei várnagy, Gersei Pethő Jánosnak, Zala vármegye főispánjának, minden általa elkövetett hatalmaskodások és kártételek felől menedéket vall. 1406. oct. 22.*

Nos conventus monasterii beati Adriani martyris de Zala, memorie commendamus, quod magister Michael filius Petri dictus Vytez castellanus de Peleske coram nobis personaliter constitutus, dixit retulit et ministerio vive vocis est confessus, ut ipse magistrum Johannem filium Pethew de Gerse comitem comitatus Zaladiensis super omnibus causis controversis, damnis et nocumentis, factis potenciariis, spoliacionibus, detencionibus ac rerum ablacionibus et captivacionibus quorundam duorum famulorum suorum Mathie et Johannis, reddidisset et commisisset expeditum atque satisfactum, immo reddidit coram nobis vigore presencium mediante. Datum feria sexta proxima post festum Undecim Millia virginum, anno domini M° quadringentesimo sexto.

Papiron, hátlapján pecsét nyomaival; eredetije a gr. Festetics cs. ltárában, Zaladien. 59. *d.* Nagy Imre.

136. *A tapolcza-széki nemesség bizonyságlevelet ád Gersei Pethő János főispánnak, hogy közülök ellene senkinek semmiféle jogtalan cselekedetek miatt keresete nem lehet. Tapolcza, 1407. január 19.*

Universitas nobilium ad sedem iudiciariam in Tapolcha celebrari consvetam pertinentes memorie commendamus, quod cum nos ex speciali regio literatorio mandato nobis

iniuncto, inter nos in Tapolcha in simul convenienciam et congregacionem fecissemus, magister Johannes filius Pethew de Gerse supremus noster comes in medium nostri personaliter accedendo, nos in eo ut quidquid ipse quibuspiam ex nobis iniuriose ac indebite et minus iuste fecisset, requisivit. Nosque singuli singulariter et universi universaliter in simul tractando et premetitando, annotatum dominum nostrum comitem magistrum Johannem de Gerse in nullis factis culpabilem fore agnovimus, quidquid autem Johannes filius Nicolai de Zenthelsebet vicecomes eiusdem domini Johannis in persona eiusdem indebite fecisset, non ex voluntate, scitu et permissione eiusdem domini Johannis filii Petheu supremi comitis nostri fecisset si perpetrasset cuiquam. Datum in Tapolcha, feria quarta proxima post festum beati Anthonii confessoris, anno domini M° quadringentesimo septimo. Presentes autem propter maioris rei cautelam sigillis iudicum nostrorum in medio nostri constitutorum fecimus consignare. Datum ut supra.

Papiron, hátlapján több pecsét nyomaival; eredetije Keszthelyen a gr. Festetics cs. ltárában, Zalad. 63. *a.* Nagy Imre.

137. *Zsigmond király Laádi Péter fiát Lőkösi, a Zala vármegyében fekvő Rendes nevű helység birtokába iktattatja. Buda, 1407. máj. 24.*

Sigismundus dei gracia rex Hungarie Dalmacie Croacie etc. marchioque Brandenburgensis etc. sacri Romani imperii vicarius generalis et regni Bohemie gubernator, fidelibus suis conventui ecclesie Zaladiensis, salutem et graciam. Dicit nobis Lewkus filius Petri de Laad, quod ipse in dominium cuiusdam porcionis possessionarie in possessione Rendes vocate in comitatu Zaladiensi existente habite, ipsum pleno iure concernentis, legitime vellet introire; super quo fidelitati vestre firmiter precipiendo mandamus, quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio fidedignum, quo presente Andreas de Terdemech, vel Stephanus de Abram, aut Nicolaus de Gulachy, sive Gregorius de Dyska sin Benedictus de Kezy aliis absentibus, homo noster, ad faciem prefate possessionis porcionarie in possessione Rendes predicta habite, vicinis et commetaneis eiusdem universis inibi legi-

time convocatis et presentibus accedendo, introducat prefatum Lewkus in dominium eiusdem, statuatque eandem ipsi cum omnibus suis utilitatibus et pertinenciis iure sibi incumbenti perpetuo possidendam, si non fuerit contradictum; contradictores vero si qui fuerint, citet ipsos contra prefatum Lewkus in nostram presenciam, ad terminum competentem, racionem contradiccionis eorum reddituros; et post hec ipsarum introduccionis et statucionis seriem, cum nominibus contradictorum et citatorum si qui fuerint, terminoque assignato, nobis fideliter rescribatis. Datum Bude, feria tercia proxima post festum sancte Trinitatis, anno domini M° quadringentesimo septimo.

A zalavári convent ugyanazon évben kelt iktató leveléből, melynek eredetije megvan a keszthelyi ltárban. Nagy Imre.

138. *A zalavári convent előtt Demeter mura-szentkereszti apát, Alsólindvai Bánfi István özvegyét és fiait, bizonyos Estvánfölde nevű birtok haszonbére felől nyugtatja. 1407. oct. 19.*

Nos conventus monasterii beati Adriani martyris de insula Zaladiensi memorie commendamus, quod religiosus vir dominus Demetrius abbas ecclesie sancte crucis de iuxta Mura, coram nobis personaliter constitutus, confessum exstitit per eundem pariter et relatum vive vocis oraculo in hunc modum, quod quia domina alias relicta condam Stephani filii bani de Alsolyndwa, nunc vero consors comitis Ladislai de Blaga, ac Ladislaus Stephanus et Paulus filii eiusdem domine ex dicto condam Stephano filio bani propagati, sibi duas marcas denariorum novorum, quatuor porcos seu verres pingues et bonos, unum pelicium bonum et viginti quatuor akones frugum racione feudue annualis conservacionis cuiusdam terre Esthwanfelde vocate, censum scilicet anni presentis per ipsos eidem monasterio singulis annis in festo beati Martini episcopi et confessoris persolvi debendum, plene et integre persolvissent ut dicebatur, ideo ipse eosdem pretextu solucionis et satisfaccionis dicti totalis census anni presentis quitos reddidisset et per omnia satisfactos, imo reddidit et commisit nostri in presencia

vigore presencium mediante. Datum feria quarta proxima ante festum beati Demetrii martyris, anno domini M° quadringentesimo septimo.

Papiron, hátlapján pecsét nyomaival; eredetije az orsz. ltár kincst. oszt. N. R. A. 1549. 105. dipl. 11938. Nagy Imre.

139. *Borbála királyné utasítja János veszprémi püspököt, hogy Gersei Pető Jánost a király által neki adományozott csobánczszögi birtokában megháboríttatni ne engedje. Dombró, 1407. oct. 31.*

relacio Nicolai de (Zech) magistri ianitorum reginalium.

Barbara dei gracia regina Hungarie Dalmacie Croacie etc. fideli suo reverendi in Christo patri domino Johanni electo ecclesie Wesprimiensis aut suis vices gerentibus salutem et graciam. Pro parte fidelis nostri egregii viri magistri Johannis filii Peteu de Gerse comitis comitatus Zaladiensis nostre propositum extitit maiestati, quomodo vos ipsum de dominio et proprietate cuiusdam possessionis sue Chobanchzygy vocate, in dicto comitatu existentis, ad instanciam et simplicem querimoniam nobilis domine relicte Galli et Ladislai filii eiusdem excludere et amovere, prefatamque dominam et Ladislaum filium eiusdem in ipsius possessionis sue Chobanchzygy vocate dominium introducere, eandemque ipsis statuere niteremini in suum preiudicium valde grande. Et quia nostre maiestati declaratum extitit, regia maiestas conthoralis noster precarissimus, premissam possessionem adhuc tempore disturbiorum ob notam infidelitatis dicti Galli eidem magistro Johanni contulisset, ab eoque tempore pacifice in dominio eiusdem possessionis extitisset, ideo fidelitati vestre firmiter precipimus et mandamus, quatenus visis presentibus rebusque sic se habentibus prout nostre prefertur maiestati, eundem magistrum Johannem iuxta eundem statum in pacifico dominio dicte possessionis permittatis, super eumque nullas in hac parte novitates facere debeatis usque ad adventum ipsius domini regis, sed ulterius hoc factum ad propriam eiusdem domini regis disposicionem absque variacione aliquali differatis et prorogetis. Aliud pro nostra gracia

in premissis non facturi. Presentes perlectas reddi iubemus presentanti. Datum in Domboro, in vigilia festi Omnium Sanctorum, anno domini Millesimo quadringentesimo septimo.

Papiron, belől a szöveg alatt pecséttel; eredetije Keszthelyen a gr. Festetics cs. ltárában. Zaladien. 56. Nagy Imre.

140. *Zsigmond király a Zala vármegyei Gosztolya és Dédes birtokokban öt curialis telket, Szécsi Miklósnak a királyné főajtónállójának adományoz. Kapronczа, 1408. jan. 26.*

propria commissio domini regis.

Nos Sigismundus dei gracia rex Hungarie Dalmacie etc. marchioque Brandenburgensis etc. sacri Romani imperii vicarius generalis, regni Bohemie gubernator, memorie commendamus per presentes, quod nos recensitis et in memoriam nostre celsitudinis redactis fidelitatibus et fidelium serviciorum meritis et acceptis complacenciis viri magnifici Nicolai de Zeech magistri ianitorum reginalis maiestatis, quibus idem in nonnullis nostris et regni nostri arduis agendis et validis expedicionibus non parcendo rebus suis et persone iugi familiaritate nostris semper inherens obsequiis, nobis et sacre nostre corone studuit complacere racione quorum licet idem a nobis multo maioribus anthidotum premiis attolli videretur, in aliqualem tamen serviciorum eiusdem recompensam eidem et suis heredibus totales porciones possessionarias Johannis balbucientis filii Jacobi de Gosztolya in possessionibus Gosztolya predicta necnon Dedes vocatis in toto quinque fundos curiarum cum propria curia ipsius Johannis in se continentes, in comitatu Zaladiensi existentibus habitas, ob nephandi fratricidii notam iamdicti Johannis quam idem his proxime preteritis diebus in nece seu interemcione Cristoferi fratris sui condivisionalis incidisse perhibetur ad manus nostras regias uti dicitur rite devolutas, simulcum universis earumdem utilitatibus et utilitatum quibuslibet integritatibus quovis nominis vocabulo vocitatis, sub earumdem veris metis et antiquis limitacionibus quibus per eundem Johannem hucusque tente fuerunt et possesse, mera nostra auctoritate et potestatis nostre plenitudine et

ex certa sciencia nostre maiestatis, prelatorumque et baronum nostrorum consilio prehabito, memorato Nicolao de Zeech et suis heredibus antefatis et eorum cunctis sobolibus, nove nostre donacionis titulo et omni eo iure quo eedem racione previa nostre incumbunt collacioni, dedimus donavimus et contulimus, imo damus donamus et conferimus, per eosdem iure perpetuo et irrevocabiliter tenendas possidendas pariter et habendas, salvo iure alieno, presencium patrocinio mediante. Quas tandem dum nobis reportate fuerint, in formam nostri privilegii redigi faciemus. Datum in Ḱapprancha, secundo die festi Conversionis beati Pauli apostoli, anno domini M° CCCC° octavo.

Hártyán, belől pecséttel; eredetije a hg. Batthyány cs. körmendi lban. Nagy Imre.

141. *Zsigmond király a csabi nemeseknek Rendek nevű birtokuk felégetése miatt Taganthokai Pál özvegye és fia György ellen emelt panaszuk dolgában az alispán és szolgabirák által vizsgálatot rendel. Buda, 1408. jun. 2.*

Sigismundus dei gracia rex Hungarie Dalmacie Croacie etc. marchioque Brandenburgensis etc. sacri Romani imperii vicarius generalis et regni Bohemie gubernator, fidelibus suis comiti vel vicecomiti et iudicibus nobilium comitatus Zaladiensis salutem et graciam. Dicitur nobis in personis Blasii filii Michaelis, Georgii, Pauli, Jacobi filii Detrici, Laurencii filii Fok, Thome fllii Stephani nobiles *(így)* de Chaby, quod relicta Pauli de Taganthoka unacum Georgio filio eiusdem in anno cuius iam secunda instaret revolucio, predictam possessionem ipsorum Rednek vocatam concremari fecissent, potencia mediante in preiudicium ipsorum valde magnum. Super quo fidelitati vestre firmiter precipiendo mandamus, quatenus unum vel duos ex vobis transmittatis, qui ab omnibus quibus incumbit meram de premissis experiantur veritatem, quam tandem nobis fideliter reṣcribatis. Datum Bude, sabbato proximo ante festum Penthecostes, anno domini Millesimo quadringentesimo octavo.

Papiron, zárlatán pecsét maradványaival; eredetije Keszthelyen, a gr. Festetics cs. lban. Szaladien. Nr. 64a. Nagy Imre.

142. *Garai Miklós nádor, Zala vármegye részére, a megyebeli csavargók, tolvajok, égetők, hamis-pénzverők s egyéb gonosztevők ellen közgyűlést tartván, őket számkiveti és halálra iteli. Mándhida mellett, 1408. jul. 2.*

Nos Nicolaus de Gara regni Hungarie palatinus et iudex comanorum memorie commendamus, quod cum n(os serenissimus) princeps dominus noster Sigismundus rex Hungarie multiplicatis malefactoribus et dicti regni sui depredatoribus, inter alios comitatus ad comitatum Zaladiensem pro generali congregacione celebranda, sua regia auctoritate munitum, nostrique palatinatus officii debito requirente, destinasset nosque universitati nobilium et alterius (cuiusvis) status et condicionis hominum eiusdem comitatus pro compescendis furibus et latronibus ac quibuslibet malefactoribus extirpandis, cuilibetque querulanti iusticia impendenda congruenti, feria secunda proxima post festum nativitatis beati Johannis Baptiste, prope villam Mandhyda ipsam congregacionem celebrassemus generalem, in ipsaque congregacione (. . . . . .) ciam per universitatem nobilium dicti comitatus, magistrum Gyula de Ratolth, Gregorium Anyos de Fayz, Stephanum filium Abrahe de Kezy, Paulum de Thomay, Ladislaum de Zewleus, Jacobum filium Pethew de Hozyutoty, Stephanum filium Chernyl de Zenthiacab, Stephanum de Rayk, Anthonium filium Johannis de Zenthmarton (. . . .) filium Nicolai de Salamonuara, Petrum filium Johannis de Bebes, Nicolaum de Bede, Michaelem filium Nicolai de Eguruar et Gregorium de Kavas pro iuratis assessoribus nobis petivissemus assignari, tandem idem iurati assessores unacum Petro de Lengel et Nicolao Bors de Zenthelesebeth vicecomitibus, item Stephano de Kal, (Johanne) filio Georgii de Kerezthwr, Johanne literato de Kyslyzko et Stephano de Gethye iudicibus nobilium eiusdem comitatus, ad fidem eorum deo debitam fidelitatemque dicto domino nostro regi et sue sacre corone regie conservandam, pro dicenda veritate et iusticia observanda, in eo ut cunctis iusticiam observarent, veritatem non opprimerent, falsitatem non rectificarent, sed quoslibet malefactores et nocivos homines nobis nominatim

enarrarent, tacto dominice crucis ligno nobis prestitam, habito inter se deliberato et maturo tractatu, Bartholomeum filium Pauli de Zelych furem et latronem, Benedictum filium Stephani de Lyzko furem, Anthonium rufum in villa Lengel post uxorem suam nobilem furem, Georgium et Nicolaum filios Georgii de Pathov furem, Ladislaum rufum in villa Bakonok nobilem post uxorem suam furem, Andream filium Ladislai de Bakonok furem, Ladislaum Sarkan de Akushaza furem et latronem, Johannem Turuk de Kwkuth in villa Zygeth post nobilem puellam filiam Johannis filii Ladislai de eadem lege sibi desponsatam furem et latronem, Vyda post uxorem suam nobilem de Hon furem et latronem, Johannem dictum Bekcheu de Sagod furem, Andream dictum Cheke post uxorem suam in villa Sykefalwa nobilem furem, Nicolaum filium Gregorii de Gyepw furem et latronem, Nicolaum Nemeth post uxorem suam nobilem de Hon furem et latronem, Georgium de Vathka furem et latronem, Nicolaum Kos de Ollar furem et latronem, Stephanum filium Andree de Venthee furem, Johannem filium Vyd de Tekenye et Dominicum filium Clementis de eadem Thekenye fures et latrones, Petrum dictum Mor de dicta Thekenye furem et latronem, Georgium filium Beud de Vytha furem, Andream dictum Pethe de Enereh furem, Ladislaum dictum Heze de Mantha hospitem furum, Jacobum Fabry cusorem falsarum monetarum vagabundum, Stephanum de Wassper furem et latronem, Clementem filium Petri de Bagod furem et latronem, Jacobum Toth alias in Bagod commorantem nunc vero vagabundum furem, Anthonium molendinatorem nobilium de Bagod furem, Johannem de Dyzl famulum Anthonii de Erdel furem, Mathe Leueger furem vagabundum, Bartholomeum de Hethys post uxorem suam nobilem de eadem furem, Nicolaum Horpaz in villa Bodogazonfalwa Nobilium de eadem commorantem hospitem furum, Nicolaum dictum Bakonch de Orozthon furem, Paulum de Irssa cuius iura possessionaria essent impignorata, furem et hospitem furis, Howsmester famulum Pauli de Irssa vagabundum furem, Johannem Fabry dictum Archel Janus et Jacobum dictum Rugew sub castro Zeglygeth Johannis filii condam

Simonis bani commorantes fures, Johannem rurum filium (. . . . . .) de Zenthelesebeth furem et latronem, ac ante tempus disturbii proxime sedati cudifactorem existere falsarum monetarum, Johannem dictum Erethlen cusorem falsarum monetarum vagabundum, Paulum dictum de Vathka iobagionem domini Eberhardi episcopi Varadiensis in possessione sua Zantho residentem furem, Georgium dictum Bubek iobagionem Peronis de Enyereh ibidem commorantem hospitem furi, Mosa vagabundum furem, Johannem Pap dictum latitantem furem, Petrum filium Nicolai iobagionem Gregorii filii Osl in villa sua Harkach residentem furem et hospitem furi, Colmannum filium Petri iobagionem abbatis de Almad in possessione sua Fathasyahaza commorantem furem et hospitem furis, Thomam et Michaelem dictos Nog iobagiones dicti domini Eberhardi episcopi Varadiensis in villa sua Bak residentes fures et latrones, Andream dictum Ewr post nobilem dominam coniugem suam nobilem de Sarhyda furem, Valentinum de Kerechen furem et latronem, Petrum Mood dictum post uxorem suam in Kerechen residentem furem, Paulum dictum Chythe iobagionem Johannis filii Lachk et Symonis Kapafok de Isabor in villa eorum Medus residentem furem, Stephanum dictum Chonka latitantem furem, Stephanum Toth in Charytha commorantem iobagionem prefati Gregorii filii Osl furem, Gallum filium Johannis iobagionem eiusdem Gregorii filii Osl in villa sua Iwahon residentem furem, Georgium dictum Tinos iobagionem Sigismundi de Alsolindua in possessione sua Kuthus commorantem furem, Stephanum dictum Peres iobagionem prelibati Gregorii filii Osl in villa sua Zenthcozmadamyan residentem furem, Latha furem vagabundum, Simonem sclavum et Johannem filium eiusdem Simonis iobagiones iamfati Gregorii filii Osl in possessione sua Jan residentes fures, Michaelem Chonka alias in villa Dobronch, nunc vero in possessione nostra Vassan residentem furem et hospitem furi, Nicolaum dictum Kwz post uxorem suam nobilem de Zagorhyda furem, Petrum dictum Fafeyew de Beechuelg ibidem post nobilem dominam uxorem suam nobilem furem, Philippum carnificem iobagionem episcopalem Vesprimien-

sem in villa Symeg commorantem furem, Elyam dictum ..... upach latitantem furem, Bala iobagionem episcopalem Vesprimiensem in pertinenciis castri Symeg commorantem furem, Gregorium magnum latitantem furem, Bochor vagabundum furem, Michaelem villicum iobagionem domine relicte Mychk in villa sua Nogkuthus commorantem hospitem furi, Johann(em filium) Thome alias in Zenthlazlo commorantem nunc vero latitantem furem, Petrum filium Both vagabundum furem, Jacobum dictum de Rezy iobagionem prefati domini Eberhardi episcopi Varadiensis in villa sua Kezy commorantem furem et latronem, Johannem dictum Varyw iobagionem pretitulati Gregorii filii Osl in possessione sua (Har)kal prope Salamonuara existente commorantem furem, Michaelem dictum Pap iobagionem Vinchlo de Bederfalwa ibidem residentem furem, Benkus iobagionem Nicolai de Zeech magistri ianitorum reginalium in villa sua Letenye residentem furem, Georgium sponsum Benedicti filii ..... iobagionem Johannis de dicta Zeech in eadem Lethenye commorantem furem et hospitem furi, Paulum dictum Cheke iobagionem pretacti Nicolai de Zeech in villa sua Oltharch residentem furem, Johannem dictum Chuturthek latitantem furem, Mathyam dictum Vytez iobagionem domini ..... de Kanysa alias magistri thavarnicorum regalium in villa sua Zenthgyurgh commorantem furem, Andream Fabri alias in Zemenye residentem nunc vero vagabundum cusorem falsarum monetarum, Paulum dictum Gwba famulum Nicolai filii Bodyzlo de Zakan furem, Stephanum filium H ..... onem Gyule de Bagod ibidem commorantem furem et combustorem domorum, Stephanum filium Jopal iobagionem Anthonii filii Laurencii de Zenthpal in eadem residentem furem et combustorem domorum, Bartholomeum dictum Bak latitantem furem, Nicolaum carnificem et Sebastianum filium ..... iobagiones episcopales Vesprimienses in villa Egerzek commorantes hospites furi, dominam relictam Fygus ac dominam consortem Laurencii dicti Teke vagabundas fythonysas inthoxicatrices hominum, dominam relictam Andree iudicis hospitam furi vagabundam, Michaelem dictum .....

iobagionem Peronis de Enereh in possessione sua impignoraticia Cheb vocata commorantem furem, Paulum dictum Tar iobagionem episcopalem Vesprimiensem in villa Erek residentem furem, Stephanum dictum Pupus latitantem furem, Blasium et Dominicum filios Myke ac Anthonium filium Petri villici iobagiones episcopales Vesprimienses in Base commorantes fures, Dominicum dictum Sos iobagionem Petri dicti Hercheg de Lindua in villa Gerek residentem furem, Paulum dictum Chyten iobagionem Pauli de Aury in possessione sua impignoraticia Zenthvinchlo commorantem furem, Johannem d(. . . . .) iobagionem Johannis filii Lachk et Simonis Kapafok de Isabor in possessione eorum Medus residentem furem, Thomam sartorem iobagionem Gasparis de Rytheuara ibidem residentem furem, Jacobum filium Volf iobagionem Gregorii et Ladislai filiorum Osl in villa Zabar commorantem (. . . . . .) onum sub castro Pelyske in villa Pelyske residentem furem, Lorandum sclavum pridem castellanum de Pelyske furem et latronem, Johannem de Ebergen nunc castellanum de dicta Pelyske furem et latronem, Mathyam Tar famulum Michaelis similiter Castellani ipsus castri furem et latronem (. . . . . .) dictum Kwuagu de Bakonok furem, Kornis post uxorem suam in villa Bachanak residentem alias vicecastellanum dicti castri Pelyske furem et latronem, Mathe iobagionem Georgii Kaloz de Kalozfalwa ibidem commorantem furem, Mathiam filium Martini iobagionem Petri Hercheg in possessione sua Perdefelde residentem hospitem furi, Georgium dictum Baak iobagionem Stephani dicti Teryek de Zenthelesebeth in villa sua Jegenye residentem furem, Georgium dictum Dobos iobagionem Petri Hercheg in villa sua Kurbew commorantem furem, Isak latitantem furem, Nicolaum (filium) Thuruk vagabundum furem, Moda de Chaford furem, Mark villicum iobagionem Stephani de Kanysa alias magistri ianitorum regalium in possessione sua Sarmas commorantem furem, Fabianum dictum de Chyplak iobagionem Laurencii de Chyplak ibidem residentem furem, Michaelem rufum famulum Johannis filii Andree de Vsa furem, Jacobum filium Georgii de Gyepw in valle *(igy)* Kwkenyes

furem, Stephanum dictum Kenth iobagionem domine relicte Mykch in possessione sua Nagkuthus residentem furem, Georgium dictum Vasas iudicem curie domini abbatis de Almad furem, Johannem dictum Churnek iobagionem Ladislai et Georgii filiorum Nicolai de Zenthgyrolth in villa Puzthapakod commorantem furem, Andream filium Egidii iobagionem Stephani dicti Theryek de Zenthelesebeth in villa sua Kuthus residentem furem et latronem, Johannem sclavum iobagionem Jacobi filii Gyuke de Chab ibidem residentem furem, retulerunt eciam idem iurati quod predictum castrum Pelyske nunc erga manus dictorum domini Eberhardi episcopi et domine relicte Mykch habitum esset domus, ex qua multa furticinya *(igy)* latrocinia facta potenciaria, possessionum devastaciones, virginum defloraciones, violencie nobilium dominarum, incendia seu combustiones nobilium et ignobilium detenciones et eorumdem taxaciones commisse fuissent et perpetrata, Andream dictum Vyg iobagionem eiusdem domini Eberhardi episcopi in possessione sua Falud commorantem furem, Benedictum dictum Gvneh iobagionem filii Fabiani dicti Bychkele de Zelne in villa sua Kwthusi Zenthpeter residentem furem, Johannem filium Valentini iobagionem Pauli de Budafalwa ibidem commorantem furem, Cosmam dictum de Fyred iobagionem abbatis de Tykonio in villa Fyred residentem furem et interfectorem hominum, Sebastianum alias in Hassag residentem nunc vero latitantem furem, Johannem filium Valentini iobagionem domine relicte Nicolai de Kanysa alias magistri tavarnicorum regalium in villa Zenthgyurgh commorantem furem, Andream dictum Vak colonum Stephani de Kanisa alias magistri ianitorum regalium in villa Gerechen residentem furem, Gregorium dictum Zeke alias in villa Kohar dicti comitatus Zaladiensis commorantem nunc vero iobagionem nostrum de Vassan comitatus Castriferrei furem, Benedictum Ebe(. . .) latitantem furem, Blasium dictum Sarkan iobagionem prefati Petri Hercheg in villa Varalmad commorantem furem, Nicolaum dictum Vrdug iobagionem eiusdem Petri Hercheg in possessione Nogberzenche residentem furem, Anthonium dictum de Maroth iobagionem prefate domine relicte Mykch

in villa Maroth residentem furem, Franciscum filium Petri iobagionem Stephani de Lindua inferiori in possessione sua Gabrianhaza commorantem furem, Gallum dictum Chwf iobagionem domine relicte Benedicti de Fudy in villa sua Tarnok commorantem furem et combustorem domorum, Benedictum Kopaz iobagionem prefati Petri Hercheg in villa sua Cheztreg commorantem furem, Valentinum dictum Chwnegk iobagionem Simonis de Sambok in possessione sua Zalazeg commorantem furem, Benche dictum Vuel iobagionem prelibati domini Eberhardi episcopi in possessione sua Lyktherpen residentem furem, Briccium magistrum iobagionem pretitulati Petri Hercheg in villa Perdefelde commorantem furem, Gregorium dictum Vew in curia Ladislai dicti Sarkan de Akushaza commorantem furem, Petrum dictum Porkolap iobagionem Nicolai de Dobronch in eadem residentem furem et hospitem furi, et Petrum magnum iobagionem prefatorum Johannis filii Lachk et Simonis Kapafok in dicta possessione eorum Medws residentem furem, pro puplicis furibus, latronibus et malefactoribus et nocivis hominibus nominantes, ad debitam vindictam proscriptorum supportandam in eorum regestro nobis assignarunt, qui quidem proscripti malefactores in sue culpabilitatis manifestum indicium a facie iuris et iusticie se penitus absentantes, ad eandem congregacionem nostram venire vel mittere et . . . . . pare non curarunt. Unde nos cum predictis vicecomitibus iudicibus nobilium ac iuratis assessoribus dicte nostre congregacionis pari arbitrio, eosdem proscriptos malefactores superius nominatos in sentencia capitali et in amissione omnium possessionum proprietatumque et bonorum ipsorum quo(cunque) et ubilibet existencium, ipsos precise concernencium, vigore presencium decrevimus convictos extitisse atque aggravatos, et ne ipsorum proscriptorum malefactorum et nocivorum hominum numerus augeatur, sed ipsi pocius de regno penitus evellerentur, commissimus statuentes ut quandocunque et . . . . . uscunque in tenutis castrorum item civitatibus, liberis villis regalibus et reginalibus ac possessionibus nobilium et aliorum possessionatorum hominum iidem pro-

scripti malefactores simul aut singillatim per quempiam seu per quoscunque poterunt reperiri, extunc ipsi eosdem proscriptos (inter)ficiendi, suspendendi ac quolibet alio supplicio iuxta demeritum feriendi, ac res et bona eorumdem quelibet pro se habendi et reservandi tutam habeat facultatem. Nec quispiam ex proximis et generacionibus eorumdem proscriptorum ullo unquam tempore super interfeccionibus (. . . . . .) bus bonorum ipsorum materiam quescionis valeat suscitare aliqualem; preterea decrevimus ut quicunque nobilium et alterius cuiusvis status et condicionis hominum ipsis proscriptis malefactoribus hospitalitatem prebuerint, penam eorum proscriptorum subportabunt. Nos itaque vicecomites et (iudices) nobilium ac iurati assessores prescripti comitatus, premisse congregacioni ipsius palatini interfuimus, omnia premissa cum eodem communi consensu ordinantes; et in horum testimonium sigilla nostra iuxta sigillum ipsius domini palatini duximus apponenda. Datum octavo (die diei con)gregacionis nostre antedicte in loco memorato anno domini M° quadringentesimo octavo.

Papiron, hátlapján a nádor pecsétjének és körülötte négy kisebb pecsétnek nyomai; eredetije Keszthelyen a gr. Festetics cs. lban, Zaladien. 25 e. Nagy Imre.

143. *Garai Miklós nádor előtt a megye közgyűlése alkalmával az alispán és a szolgabírák bizonyságot tesznek, hogy a szent lászlai nemesek, 'szent-lászlai birtokukon régi idők óta vámjoggal bírnak. Mándhida mellett, 1408. jul. 6.*

(N)os Nicolaus de Gara regni Hungarie palatinus et iudex comanorum memorie commendantes tenore presencium significamus quibus expedit universis, quod in congregacione nostra generali universitati nobilium comitatus Zaladiensis, feria secunda proxima post festum nativitatis beati Johannis Baptiste prope villam Mandhyda celebrata, David et Thomas filii Egidii filii Bas de Zenthlazlo de medio aliorum exurgendo, proposuerunt eo modo, quomodo in eadem possessione eorum Zenthlazlo ab antiquo cuius memoria non haberetur, iustum tributum pontis exactum fuisset et exigeretur de presenti; et hoc vicecomtibus

iudicibus nobilium iuratisque assessoribus ipsius nostre congregacionis constaret evidenter; petentes nos cum instancia, ut idem vicecomites, iudices nobilium iuratique assessores qualem de premissis scirent, per nos requisiti faterentur veritatem. Cumque nos eosdem vicecomites, iudices nobilium iuratosque assessores super premissis requisitos habuissemus, iidem ad fidem eorum deo debitam fidelitatemque domino nostro regi et suo sacro diademati conservandam, pro dicenda veritate et iusticia observanda tacto dominice crucis ligno nobis prestitam, taliter affirmarunt, quod in prescripta possessione Zenthlazlo nobilium de eodem modo prehabito ab antiquo cuius memoria non haberetur, iustum tributum pontis exactum fuisset et exigeretur de presenti, nullam tamen haberet viam falsam. In cuius assercionis testimonium presentes literas nostras privilegiales, pendentis autentici sigilli nostri munimine roboratas eisdem David et Thome duximus concedendas, communi iusticia requirente. Datum duodecimo die congregacionis nostre predicte, in loco memorato, anno domini Millesimo quadringentesimo octavo.

Hártyán, függő pecsét nyomaival; eredetije Keszthelyen, a gr. Festetics cs. ltárában. Zaladien. 67. Nagy Imre.

144. *Garai Miklós nádor előtt a megye közgyűlésében Lengyeli János fiának Péternek, Medvei Peterman, Peliskei Mykch özvegye, Ákosházi Sárkány László s mások ellen hatalmaskodás miatt tett panasza dolgában az alispán és a szolgabirák bizonyságot tesznek. Mándhida mellett, 1408. jul. 6.*

Nos Nicolaus de Gara regni Hungarie palatinus et iudex comanorum memorie commendamus, quod in congregacione nostra generali universitati nobilium comitatus Zaladiensis feria secunda proxima post festum nativitatis beati Johannis Baptiste prope villam Mandhyda celebrata, Petrus filius Johannis de Lengel de medio aliorum exurgendo, proposuit eo modo, quod Michael filius Petri de Vytheez, famulus Petermanni de Medve, cum familiaribus et complicibus eiusdem domini sui ac Henslini fratris eiusdem Petermani, nec non nobilis domine relicte condam Mykch de Peliske

et Ladislai dicti Sarkan filii Stephani de Akushaza, ex consensu et voluntate ac permissione eorumdem, noctis in silencio ad feriam quartam proximam ante festum beati Georgii martyris, cuius proxime preterisset revolucio annualis, diescente, manibus armatis et potenciariis ad domum suam in eadem Lengyel habitam hostiliter irruendo, ipsum captivassent, captumque cum omnibus suis rebus in domibus suis repertis, nec non literalibus instrumentis, ad castrum Thadyka deduxissent, ibique tribus septimanis conservassent in tormentis, donec dominus Eberhardus episcopus advenisset, qui scilicet Michael de talibus factis erubescens et pertimescens, ipsum scilicet Petrum ad conventum Zaladiensem adducendo, super omnibus premissis ipsis literas expeditorias per ipsum fateri et dari procurasset, et sic ipsum libere abire permisissent; et hoc vicecomitibus, iudicibus nobilium iuratisque assessoribus dicte nostre congregacionis constaret evidenter; petens nos cum instancia, ut iidem vicecomites, iudices nobilium et iurati assessores qualem de premissis scirent, per nos requisiti faterentur veritatem. Cumque nos eosdem vicecomites, iudices nobilium et iuratos assessores super premissis requisitos habuissemus, iidem ad fidem eorum deo debitam fidelitatemque domino nostro regi et suo sacro dyademati conservandam, pro dicenda veritate et iusticia observanda tacto dominice crucis ligno nobis prestitam, premissa per prefatum Michaelem filium Petri de Vytheez modo prehabito, ex voluntate et commissione prefatorum Petermani, Henslini et nobilis domine relicte Mykch, Ladislai Sarkan, demto facto dictorum literalium instrumentorum, prout per eundem Petrum de Lengel proposita sunt, eidem Petro irrogata extitisse unanimiter affirmarunt. In cuius assercionis testimonium presentes literas nostras patentes eidem Petro filio Johannis duximus concedendas communi iusticia svadente. Datum duodecimo die congregacionis nostre antedicte, in loco memorato, anno domini M° quadringentesimo octavo.

Hátlapján pecsét maradványaival; eredetije Keszthelyen, a gr Festetics cs. lban, Zaladien. 67. *b.* Nagy Imre.

145. *Garai Miklós nádor előtt a megye közgyűlésében, az alispán és a szolgabírák a pakodi hídvám dolgában nyilatkoznak. Mándhida mellett, 1408. jul. 6.*

Nos Nicolaus de Gara regni Hungarie palatinus et iudex comanorum, memorie commendantes tenore presencium significamus quibus expedit universis, quod Gerardus de Wagh pro domino nostro Sigismundo rege cum procuratoriis literis eiusdem in congregacione nostra generali universitati nobilium comitatus Zaladiensis feria secunda proxima post festum nativitatis beati Johannis Baptiste prope villam Mandhyda celebrata, exurgendo, proposuit eo modo, quomodo ipse in persona regia de eo experiri vellet, ut quo iure et titulo in possessione Pokod *(igy)* tributum pontis exigeretur, petens nos cum instancia, ut vicecomites, iudices nobilium et iuratos assessores super premissis requisitos habere dignaremur; qui quidem vicecomites, iudices nobilum et iurati assessores dicte nostre congregacionis, ad fidem eorum deo debitam fidelitatemque domino nostro regi et sue sacre corone regie conservandam, pro dicenda veritate et iusticia observanda, tacto dominice crucis ligno nobis prestitam, taliter affirmarunt, quod in dicta possessione Pokod ab antiquo cuius memoria non extaret, ipsum tributum pontis exactum fuisset et de presenti iusto modo exigeretur, sed nullam haberet falsam viam. In cuius rei testimonium presentes literas nostras privilegiales duximus concedendas. Datum duodecimo die congregacionis nostre predicte in loco memorato, anno domini M° quadringentesimo octavo.

Hártyán, lila-téglaszín selyem zsinóron függő pecséttel; eredetije a hg. Batthyány cs. lban. Véghely D.

146. *Garai Miklós nádor a megye közgyűléséből, Tomaji János fiát András Udvarnokfölde birtokába iktattatja. Mándhida mellett, 1408. jul. 6.*

Nos Nicolaus de Gara regni Hungarie palatinus et iudex comanorum memorie commendantes tenore presencium significamus quibus expedit universis, quod cum ad instantem et legitimam peticionem Andree filii Johannis de

Thomay nobis factam, unacum Andrea de Papuch regio et Isaya capituli ecclesie Albensis hominibus, nostrum hominem, videlicet Georgium de Simigio ad infrascriptam possessionariam statucionem faciendam de congregacione nostra generali universitati nobilium comitatus Zaladiensis feria secunda proxima post festum nativitatis beati Johannis Baptiste prope villam Mandhyda celebrata destinassemus, demum iidem exinde ad ipsam congregacionem nostram ad nos reversi, nobis uniformiter retulerunt, quod ipsi feria quarta, decimo scilicet die dicte nostre congregacionis, ad faciem possessionis seu terre Wduarnakfelde vocate, vicinorum et commetaneorum legitimis convocacionibus factis accedendo, eandem cum cunctis suis utilitatibus et pertinenciis quibuslibet, in perpetuum possidendam nullo contradictore apparente prefato Andree statuissent. Quorum quidem regii nostri et dicti capituli Albensis hominum relacione facta et percepta, quia sicut in facie iamdicte possessionis seu terre Wduarnakfelde vocate statucioni eiusdem sic et nunc in dicta congregacione nostra nobis seriem ipsius possessionarie statucionis coram dicta universitate nobilium alta voce prout moris est, tribus vicibus promulgari facientibus nullius penitus contradiccio obviavit, pro eo nos cum vicecomitibus, iudicibus nobilium iuratisque assessoribus ipsius nostre congregacionis eandem possessionem Wduarnakfelde prefato Andree ipsiusque heredibus universis modo premisso statutam, cum cunctis suis utilitatibus et pertinenciis quibuslibet reliquimus et committimus eidem suisque posteritatibus quibuslibet in sempiternum possidere, tenere et habere, auctoritate nostra iudiciaria mediante, salvo iure alieno. In cuius rei memoriam firmitatemque perpetuam presentes literas nostras privilegiales pendentis autentici sigilli nostri munimine roboratas eidem Andree duximus concedendas. Datum duodecimo die congregacionis nostre predicte, in loco memorato, anno domini Millesimo quadringentesimo octavo.

Hártyán, sötét-kék czérna-sodraton függött pecsét nyomaival; eredetije Keszthelyen a gr. Festetics cs. ltárában. Zaladien. 68. Nagy Imre.

147. *Garai Miklós nádor a megye közgyűlése alatt Kutasi Györgynek, László fiának, a maga- és Kutasi Sárhajó Pál fia Miklós nevében kutasi jószáguk jogtalan és hamis megkérése miatt Saali Erdös János, Telekesi Demeter fia Bálint s mások ellen indított peres ügyében halasztó végzést hoz. Mándhida mellett, 1408. jul. 10.*

Nos Nicolaus de Gara regni Hungarie palatinus et iudex comanorum memorie commendamus, quod in congregacione nostra generali universitati nobilium comitatus Zaladiensis, feria secunda proxima post festum nativitatis beati Johannis Baptiste prope villam Mandhyda celebrata, Georgius filius Ladislai filii Johannis de Kuthus in sua ac Nicolai filii Pauli dicti Sarhayo filii Martini de eodem Kuthus de medio aliorum exurgendo proposuit eo modo, quomodo Johannes dictus de Poch aliter Johannes dictus Erdeus de Saal et Valentinus filius Demetrii de Thelekes ac Paulus filius Andree de Korlathfalva, ipsos, scilicet Georgium et Paulum in disturbio proxime sedato, contra culmen regium rebelliter procecisse referentes, porciones ipsorum possessionarias in eadem Kuthus habitas, tamquam per notam infidelitatis per regiam maiestatem sibi in perpetuum dari et conferri procurassent, cum tamen ipse et dictus Paulus Sarhayo servata forma decreti ipsius domini nostri regis Sigismundi generalis, Bude feria secunda proxima post festum beati Francisci confessoris anno domini M° quadringentesimo tercio pro sedacione ipsius disturbii et reformacione status reipublice ex consensu fidelium suorum baronum cum utrisque Nicolao vaivodis inter alia in eo, ut universi rebelles inter fluvium Drave et partes Transilvanas commorantes a die ipsius decreti domini regis usque continuos octo dies ab eorum ulterioribus perniciosis actibus et gressibus nocitivis *(így)* supersedere et ab illacione cuiuslibet mali peramplius fiendi cessare, seque in signum fidelitatis ipsi domino nostro regi servande infra unius integri anni revolucionem ipsi regie maiestati presentare, et exinde literas suas graciosas pro se emanari facere deberet et teneretur, stabiliti et initi, ab huiusmodi processibus infidelitatem concernentibus ante exspiracionem dictorum octo dierum subsequencium nil mali

cuipiam regnicolarum peramplius inferendo; super qua quidem infidelitate idem dominus noster Sigismundus rex ipsis graciam et misericordiam fecisset specialem, ipsique easdem pro se ipsis debito tempore emanari facere procurassent, quas tandem literas graciosas quidam homines, interfectores scilicet ipsius Pauli simulcum aliis rebus eiusdem recepissent et asportassent. Quo audito, Johannes filius Mathei pro annotatis Valentino filio Demetrii, Johanne Kerehtheu et Johanne Erdeus ac Paulo filio Andree cum procuratoriis literis nostris et conventus Zaladiensis in nostram exurgendo presenciam, et exhibicione literarum ipsius domini nostri regis privilegialium sub moderno dupplati *(igy)* suo sigillo novo communitarum, anno domini M° quadringentesimo sexto ..... das Maii, regni autem sui anno decimo octavo emanatarum habencium in se confirmative de verbo ad verbum tenorem dictarum literarum, unius ipsius domini nostri regis donacionalis, Alberegali, feria tercia proxima post festum Omnium Sanctorum, et alterius conventus ecclesie Zaladiensis statutorie, sexto die ferie quarte proxime post festum beati Martini confessoris omnino anno domini M° quadringentesimo tercio emanatarum, porciones possessionarias annotatorum Georgii filii Ladislai et Pauli dicti Sarhayo, propter notam infidelitatis eorum, in quam in dicto disturbio ipsi incurrissent, ipsis videlicet Joanni dicto Erdeus de Saal ac Johanni filio Mathei de Poch, Valentino filio Demetrii de Thelekes et Paulo filio Andree de Korlathfalva per ipsum dominum regem datas et collatas, per suum regium et conventus Zaladiensis homines statutas exstitisse comprobantes, allegavit eo modo, quod licet ipse Georgius se et annotatum Paulum Sarhayo dictum, formam dicti decreti ipsius domini nostri regis servasse, exindeque literas graciosas eiusdem domini nostri regis debito tempore pro se emanari facere procurasse assereret, tamen iidem Georgius et Paulus ipsi decreto regio contravenientes, usque exspiracionem dictorum octo dierum, imo peramplius, contra culmen regium processissent, plurima mala infidelitatem respiciencia regnicolis perpetrando; ipsas autem literas graciosas pro se ipsis minime emanari facere procurassent. Et quia ipse partes se

in premissis earum obieccionibus et allegacionibus veridice attestacioni vicecomitum et iudicum nobilium iuratorumque assessorum dicte nostre congregacionis nobis legitime requirentibus benivole submittebant; pro eo cum nos eosdem vicecomites, iudices nobilium iuratosque assessores super premissis requisitos habuissemus, iidem ad fidem eorum deo debitam, fidelitatemque domino nostro regi et suo sacro diademati conservandam, pro dicenda veritate et iusticia observanda tacto dominice crucis ligno nobis prestitam, prefatos Georgium et Paulum dictum Sarhayo servata forma dicti decreti ipsius domini nostri regis, ante exspiracionem dictorum octo dierum ab eorum perniciosis actibus supersedisse et omnino cessasse, perampliusque nemini regnicolarum quidquam mali irrogasse et perpetrasse, ipsumque Paulum Sarhayo prescriptas literas domini nostri regis graciosas emanari facere procurasse, et tandem eundem Paulum per quosdam homines interfectores ipsas literas graciosas simul cum aliis rebus ipsius Pauli per eosdem interfectores receptas et asportatas exstitisse unanimiter affirmarunt; sed si eedem litere graciose debito tempore videlicet usque expiracionem unius integri anni emanate exstitissent, et si ipse Georgius prenotatus literas graciosas pro se emanari facere procurasset vel ne, se ignorare retulerunt. Quibus perceptis, adhuc prefatus Georgius subiunxit in hunc modum, quomodo prefatus dominus noster rex sibi ac annotato Paulo ipsam graciam simul et semel fecisset, et ut prediceretur ipse litere graciose . . . . . emanate exstitissent, et in eo ipse se ac prefatum Nicolaum filium Pauli Sarhayo regestro ipsius domini nostri regis exinde notato submitteret. Unde quia absque revisione ipsius regestri inter ipsas partes iudicium facere non poteramus, pro eo causam ad octavas festi Epiphanie domini . . . . . venturas in curiam regiam in specialem eiusdem presenciam prorogative commissimus eo modo, ut medio tempore ipse Georgius ipsum regestrum regale super forma dicte gracie sibi et annotato Paulo facte notatum requiri et copiam eiusdem sub sigillo regio excipi et emanari faciendo producere (debeat et) teneatur contra in causam attractos prenotatos. Datum sedecimo die congrega-

cionis nostre predicte, in loco memorato, anno domini M° quadringentesimo octavo.

Zsigmond királynak 1409. febr. 24-én kelt oklevéléből, melyben a kérdéses birtokot a panaszos félnek itéli vissza; ennek eredetije meg van a szent-erzsébeti Terjék cs. ltárában. Nagy Imre.

148. *A vasvári káptalan előtt Lengyeli János fia Péter, Bedei Pál fia Benedek és társaik, Vorhota, Ságod és Ebergény nevű birtokaikban osztályt vallanak. 1408. jul. 16.*

Nos capitulum ecclesie Castriferrei . . . . . commendamus, quod Petrus filius Johannis de Lengel, Benedictus filius Pauli de Bede, Georgius filius Dominici et Petrus filius Gregorii de (Petry) ac Johannes filius Deseu de Eguruelgh nostri in presencia personaliter constituti, organo vive vocis confessi extiterunt eo modo, ut ipsi matura inter se deliberacione prehabita, in possessionibus ipsorum Vorhota, Sagod et Eburgen vocatis, regio donacionis titulo ipsos concernentibus, propter meliorem conservacionem earumdem hanc fecissent divisionem perpetuo duraturam: quod dicta possessio ipsorum Vorhota vocata omnino et integraliter, nec non tres fundi curiarum iobbagionales in eadem . . . . . Sagod in linea aquilonari vicinatim existentes, in quibus nunc Michael filius Nicolai, Clemens filius Michaelis et Stephanus Perehtolth dictus resi . . . . . cum omnibus earumdem utilitatibus, pertinenciis quibusvis, ipsi Benedicto, item duo fundi curie in eadem Sagod existentes in quibus Petrus filius . . . . Demetrius personalem facerent residenciam, in eadem vero possessione Eburgen quatuor fundi curie, tres scilicet in occidentali et unus in orientali lineis simul cum cunctis ipsarum utilitatibus, ipsi Petro de Lengel, item in eadem possessione Sagod duo fundi curiarum, in quibus Thomas et Blasius residerent, simul cum quatuor fundis curiarum in dicta possessione Eburgen, quorum duo in fine a meridie, duo vero in medio eiusdem possessionis haberentur, memorato Georgio, duo vero fundi curiarum in eadem Sagod habiti in quibus Petrus villicus et Cosmas commorarentur, in ipsa vero possessione Eburgen quatuor fundi curiarum, duo in fine ab aquilone, duo vero in medio in orientali linea exis-

tentes prefato Petro de, Petry, item in eadem possessione Sagod tres fundi curiarum, unus desertus in fine ab aquilone, alter in medio ab oriente, in quo nunc Johannes filius Jacobi, tercius vero similiter in medio, in quo scilicet Gregorius filius Johannis residerent, in ipsa autem possessione Eburgen vocata similiter tres fundi curiarum, unus in fine meridionali ab oriente, alter in medio ab occidente nunc desertus, tercius autem similiter desertus in linea occidentali penes finalem fundum a meridie existens annotato Johanni filio Deseu cum omnibus earumdem utilitatibus et pertinenciis quovis nominis vocabulo vocitatis, iure perpetuo et irrevocabiliter in filios filiorum et heredum per heredes possidende tenende et habende cessissent et provenissent, imo miserunt coram nobis vigore presencium mediante. Datum secundo die festi Divisionis apostolorum, anno domini M° quadringentesimo octavo.

Rongyolt papiron, hátlapján pecsét-nyommal; eredetije a vasvár-szombathelyi kápt. lban. fasc. 52. Nro 2. Nagy Imre.

149. *Garai Miklós nádor ítélete, a király által Kalaznói Mihálynak, Keresztúri Garázda Péter fiainak s társaiknak adományozott Szent-Balázs, Edelics és Kisfalud nevű birtokok iránt a nevezett adományozók ellen Tomaji Miklós neje Ilona által indított perben. Mándhida mellett, 1408. jul. 26.*

Nos Nicolaus de Gara regni Hungarie palatinus et iudex comanorum, memorie commendantes tenore presencium significamus quibus expedit universis, quod cum serenissimus princeps dominus noster Sigismundus rex, Johanne filio Petri filii Johannis filii Dionisii filii Petherke de Apar ex hoc medio sine heredum solacio defuncto, possessiones eiusdem Johannis filii Petri de Apar predicta Kweznye alio nomine Zomborfalva in Tolnensi, item Zenthbalas, Edelych et Kysfalwd vocatas in Zaladiensi comitatibus habitas, suis regiis manibus devolutas sueque regie collacioni pertinentes, Michaeli filio Sebastiani de Kaloznyo, Ladislao Demetrio et Georgio filiis partim, partim autem Dionisio et Petro filiis Petri dicti Garazda de Kereszthur eorumque heredibus universis, simulcum universis earumdem pertinenciis et utilita-

tum integritatibus, sub eisdem metis antiquis, quibus ab olim tente fuissent et possesse, nove sue regie donacionis titulo et omni eo iure, quo eedem rite sue pertinuissent collacioni, in perpetuum tenendas et habendas, serie literarum suarum donacionalium, in Wylak, feria sexta proxima post festum beatorum Philippi et Jacobi apostolorum, anno domini Millesimo trecentesimo nonagesimo octavo subortarum, salvis iuribus alienis contulisset, et eosdem in dominium earumdem possessionum prefati condam Johannis filii Petri iuxta laudabilem dicti regni sui Hungarie consvetudinem inducendos fore decrevisset, tandem statucioni earumdem possessionum iamdictis Michaeli filio Sebastiani, Ladislao Demetrio et Georgio filiis suis, item Dionisio et Petro filiis Petri dicti Garazda faciende, nobilis domina Elena vocata consors Nicolai filii Laurencii de Thomay, filia prefati Petri filii Johannis filii Dionisii soror scilicet uterina iamfati Johannis filii Petri sine heredibus orbati contradictorie obviasset; que ad reddendam racionem ipsius sue prohibicionis regiam in presenciam citata, dictam prohibicionem se pro eo fecisse retulisset, quia prefate possessiones paterne et fraterne antelatis Michaeli filio Sebastiani et filiis suis Dionisio eciam et Petro collate, emticie, iurique femineo pertinentes haberentur, quas dicta regalis clemencia in sui iuris preiudicium in forma dicte nove sue donacionis ab ipsa alienare non valuisset, litere autem in factis earumdem possessionum emanate, erga memoratos Michaelem filium Sebastiani et Ladislaum filium eiusdem essent. Ipso Ladislao filio Michaelis coram dicto domino nostro rege personaliter adherente, hoc ut aliqua literalia instrumenta predicti condam Petri de Apar factum dictorum possessionum concernencia, erga ipsum et predictum Michaelem patrem suum haberentur non abnegante; quare memoratus dominus rex prefatis Michaeli et Ladislao commisisset, ut ipsi prescripta instrumenta annotati Petri circa eorum manus habita, sui in presencia exhibere tenerentur. Denique tandem causa prefata inter dictos Michaelem filium Sebastiani et Ladislaum filium suum, nec non Dionisium dictum Garazda ab una, parte siquidem ex altera inter prefatam deminam Elenam, in curia ipsius regie

maiestatis diucius ventillata, eandem iamfatus dominus noster rex non obstante ipsius litis ventillacione, in dicta sua curia regia habita, nobis literatorie precipiens in congregatione nostra generali in dicto comitatu Zaladiensi celebranda per nos debito fine terminari demandavit; qua quidem congregacione nostra generali universitati nobilium dicti comitatus Zaladiensis feria secunda proxima post festum nativitatis beati Johannis Baptiste prope villam Mandhyda celebrata occurrente, prefati Dionisius Garazda et Ladislaus filius Michaelis personaliter, pro dicto autem Michaele Johannes de Bykad cum procuratoriis literis conventus Saxardiensis ab una, parte siquidem ex alia pretaxata domina Elena similiter in figura nostri iudicii comparentes, eadem domina Elena sicuti prius sic et nunc, prefatas possessiones Apar, Kweznye alio nomine Zomborfalua, item Zenthbalas, Edelych et Kysfalwd appellatas emticias, iurique femineo pertinentes fore, dictaque instrumenta easdem possessiones concernencia erga prescriptos Michaelem filium Sebastiani et Ladislaum filium suum haberi recitavit vicibus pluribus replicatis; in quarum contrarium iidem Dionisius et Ladislaus necnon procurator annotati Michaelis allegabant ex adverso, quomodo prescriptas possessiones prefatus condam Johannes filius Dionisii filii Petherke avus ipsius domine acquisivisset, et ideo eedem non emticie iurique femineo pertinentes, sed collacioni regie attinentes existerent; nulle eciam tales litere que easdem possessiones vel aliquam ex ipsis sin particulas earum emticias esse vel ius femineum concernere declararent, erga ipsos Michaelem et Ladislaum filium suum fuissent et essent de presenti. Et ibidem iidem Dionisius et Ladislaus ac procurator dicti Michaelis in huius documentum, ut eedem possessiones acquisite fuerint, quasdam tres literas, unam domini Nicolai filii Gelethy olim similiter palatini privilegialem, et alias duas domini nostri regis Lodovici in bona memoria defuncti similiter privilegiales, duobus suis sigillis duplicibus pendentibus, uno in partibus Uzure deperdito et alio novo consignatas, nostrum produxerunt ad examen, que quidem due litere ipsius domini regis Lodovici, ambe anno domini Millesimo trecentesimo quinquagesimo tercio, quinto kalen-

das Januarii, regni autem sui anno duodecimo suborte, prefatas possessiones Apar necnon Kueznye alio nomine Zomborfalua in comitatu Tolnensi habitas, per prefatum Johannem filium Dionisii filii Petherke, avum prefate domine Elene acquisitas et inventas extitisse declarabant evidenter; dicta quoque litera prefati domini Nicolai filii Gelethy palatini Bude, feria tercia proxima post dominicam Ramispalmarum, anno domini Millesimo trecentesimo quadragesimo sexto suborta, totam porcionem possessionariam Emerici Stephani et Mauricii filiorum Johannis in dicta Edelych habitam, preterea (porcionem) eorumdem Emerici Stephani et Mauricii, quantitatem duorum locorum sessionalium continentem, circa ecclesiam sancti Blasii fundo curie ipsius Johannis filii Dionisii contiguam, a parte aquilonis sitam, in Zenthbalas, cum suis utilitatibus ad prefatum Johannem filium Dionisii, Nicolaum et Thomam filios Nicolai dicti Orros acquisitive deventas fuisse explicabant. Quarum quidem literarum exhibicionibus factis, cum nos dictam Elenam super eo ut si ipsa aliquibus literalibus vel aliis evidentibus probabilibus documentis, dictas possessiones paternas et fraternas simul vel divisim, aut aliquam partem ex eisdem antelatis actoribus condonatas, emticias extitisse iurique femineo pertinentes fore comprobare valeret, requisitam habuissemus, eadem domina hec nullis racionibus probabilibus declarare valuit et nec in futurum assumsit comprobare. Unde licet dictas possessiones ex seriebus prescriptorum privilegiorum annotatorum domini Lodovici regis et Nicolai filii Gelethy palatini collacioni regie pertinentes fore reperierimus, tamen pro removendo omni dubio in facto prescriptorum instrumentorum adversus dictos Michaelem et Ladislaum per pretactam dominam asserto, eisdem Michaeli et Ladislao super eo, ut circa ipsos nulla talia instrumenta que prescriptas possessiones in toto vel in parte emticias aut iuri femineo pertinentes fore declarare possent non fuerint, nec sint, nec quoquam fecerint, nec ubi et in quo loco sint sciant, iuramenta per ipsos centesimo se nobilibus deponenda duxeramus imponenda, ut tandem habitis dictis iuramentalibus deposicionibus compertoque valore estimacionis dictarum

possessionum, ius quartalicium ipsius domine Elene, dotemque et res parafernales domine matris sue de iamfatis possessionibus sibi provenire debentes, ad solucionem earumdem ipsi domine per dictos impetratores faciendam, terminum deputare valuissemus competentem; cum itaque nos ipsis Michaeli et Ladislao ad deposicionem huiusmodi iuramentorum terminum assignare cepissemus, mox eedem partes, se, petita a nobis concordandi licencia et optenta, ad pacis reformacionem per nos transmitti postularunt prece subiectiva; quas dum nos ad ipsam pacem faciendam leto animo admisissemus, postmodum prefati Dionisius et Ladislaus personaliter, pro prefato autem Michaele antedictus Johannes de Bykad cum prescriptis literis procuratoriis annotati conventus Saxardiensis, pro Georgio autem filio eiusdem Michaelis, idem Ladislaus frater suus, qui tam onus ipsius Georgii quam annotati Michaelis insuper super se assumsit, pro Johanne namque Nicolao Stephano et Petro filiis annotati Petri filii Petri pretaxatus Dionisius patruus eorum sine literis procuratoriis, gravamina ipsorum in subscriptis super se recipiens ab una, parte vero ex alia pretaxata domina Elena consors prefati Nicolai filii Laurencii de Thomay cum eodem Nicolao marito suo, onera Andree et Georgii filiorum, puellarum eciam Susanna Dorothea et Afra vocatarum filiarum eorum ad se recipientes, exinde ad nostram regressi presenciam proposuerunt et sponte confessi fuerunt in hunc modum, quomodo ipsi componentibus et ordinantibus probis viris pro parte inter eos laborantibus, in premissis omnibus et singulis eorum taliter concordassent et concordarunt coram nobis, eo modo, ut ipsi videlicet Dionisius et Ladislaus et Johannes de Bykad nominibus quibus supra, orphaneitati ipsius domine Elene dictorumque filiorum et filiarum suarum compacientes, ne iidem iuribus paternis omnino frustrati et exheredati haberentur, prescriptam totam porcionem possessionariam ipsius Johannis fili Petri de Apar fratris dicte domine in predicta Edelych habitam, cum cunctis ipsius porcionis utilitatibus, terris scilicet arabilibus, vineis, pratis, aquis et aliis, eatenus veluti ipsam dictus condam Johannes possedisset, eidem domine suisque filiis et filiabus

antedictis in heredum per heredes iure perennali possidere permisissent, quin pocius dedissent et contulissent; viceversa vero ipsa domina Elena se undique ascultans, consideransque, quod ipsa dictique filii sui in preallegatis possessionibus Apar, Zomborfalua alio nomine Kueznye, item porcionibus in dictis possessionibus Zenthbalas et Kysfalwd vocatis habitis per prefatos Petrum patrem et Johannem fratrem suos tentis et possessis, prescriptis impetratoribus condonatis, nullam penitus aliam iurisdiccionem, preterquam dotem maternam quartamque suam puellarem, pecuniaria solucione mediante ab eisdem impetitoribus optinere et habere posset, dicte liti sue racione previa mote cedendo, toti eciam et omni proprietati suis, quam forsitan possessionibus et porcionibus eisdem, quoquomodo se habere debere pretendisset, prorsus abrenunciando, easdem possessiones Apar, Kueznye alio nomine Zomborfalua, necnon porciones possessionarias in dictis possessionibus Zenthbalas et Kysfalud habitas, paternas et fraternas, regie collacioni de iure pertinentes, prefatis Michaeli filio Sebastiani, Ladislao et Georgio filiis suis, Dionisio filio Petri dicti Garazda, Johanni Nicolao Stephano et Petro filiis prefati Petri filii Petri sub ipso titulo regalis collacionis in filios filiorum perennaliter possidendas, cum omnibus suis utilitatibus admisisset et reliquisset iure perpetuo tenere et habere, quamlibet iurisdiccionem earum si quam habere debuissent vel potuissent, in prescriptos Michaelem Dionisium et Ladislaum aliosque prenarratos ipsorumque posteros pleno cum effectu transmutando; assummentes iidem Dionisius et Ladislaus eandem dominam filiosque et filias ipsius suprascriptos in pacifico dominio prescripte porcionis in prefata Edelych habite, eis per ipsos derelicte et donate, conservare et a dictis patre et fratribus eorum solum expedire laboribus eorum et expensis, ac nihilominus iidem Ladislaus et Dionisius eidem domine dictisque suis prolibus dum iidem per extraneos pretextu eis condonate (porcionis) infestarentur, et hoc eis notificaretur, caritativum subsidium eorum iuxta posse prebere spopondissent, imo dederunt, donarunt et assumserunt, reliquerunt et commiserunt nostro in conspectu, eo condi-

cionis articulo interiecto, quod ubi ipsam dominam prescriptosque filios et filias suos aut eorum heredes sine heredibus decedere contingerit, tunc dicta donaticia porcio in prescripta porcione adiacens rursus et iterum in preallegatos Michaelem et Dionisium ac Georgium et Ladislaum, necnon Johannem Nicolaum Stephanum et Petrum et heredes eorum pleno cum effectu redundaretur, si autem iidem Ladislaus Georgius Dionisius et Michael prescriptique filii Petri sin eis succedentes prolibus orbati de medio tollerentur, tunc antedicte porciones pretaxati Johannis filii Petri in pretaxatis possessionibus Zenthbalas et Kysfalud situate, in plenum et realem dominium ipsius domine dictorumque filiorum et filiarum eiusdem aut posteritatum ipsorum mox et ibidem redacte haberentur; hoc non pretermisso, quod ubi aliquo casu accidente iamfata domina filii et filie sui aut eorum posteri prefatam porcionem in dicta Edelych habitam eis donatam impignorare vel vendere ac alio modo distrahere vellent, hoc non aliis preterquam ipsis Michaeli Georgio Dionisio et Ladislao filiisque Petri pretaxati, sobolibusque ipsorum faciendi haberent facultatem. Et ut dicta composicio inter partes modo previo stabilita robur optineat perpetue firmitatis, iamfata domina Elena cuncta et singula instrumenta in facto predictorum iurium paternorum et fraternorum sub quibusvis verborum formis ubicunque emanata, integraliter dolo et fraude quibuslibet relegatis, sub firmamento sue fidei prefatis Ladislao Michaeli Dionisio filiisque prefati Petri in specie reddere, nilque erga se ex eisdem retinere spopondit et assumsit, si qua vero reddere non valeret aut negligenter remanerent et reddi non possent, talia vana, cassa et frivola, exhibitoribusque nocitura semper et ubique haberentur. His itaque habitis et finitis, nobis dictas possessiones Apar, Kueznye alio nomine Zomborfalua vocatas memoratis Michaeli Georgio Dionisio et Ladislao filiisque Petri per alias literas nostras statuere committentibus, quia prescripte porciones possessionarie annotati condam Johannis filii Petri in prefatis possessionibus Zenthbalas, Kysfalud et Edelych habite, partibus antelatis statuende fore cernebantur, pro eo cum nos ad eandem faciendam cum Thoma filio Michaelis de Hene

regio, et Thoma literato capituli ecclesie Albensis hominibus nostrum hominem, videlicet Georgium filium Petri de Gersafalva de dicta nostra congregacione destinassemus, demum iidem exinde ad eandem congregacionem nostram cum partibus prescriptis reversi, nobis concorditer retulerunt, quod ipsi feria secunda, vigesimo scilicet secundo die dicte nostre congregacionis et diebus ad id aptis, ad facies memoratarum possessionum Zenthbalas, Kysfalud et Edelych vocatarum, convocatis vicinis et commetaneis, accedentes, prefatam porcionem iamfati condam Johannis filii Petri in dicta Edelych habitam totam prescripte domine Elene sorori ipsius condam Johannis nec non dictis filiis et filiabus ipsius domine, preallegatas autem porciones eiusdem condam Johannis possessionarias similiter totales in prefixis possessionibus Zenthbalas et Kysfalud situatas, ipsius scilicet possessionis Zenthbalas medietatem a parte aquilonari adiacentem, dicte quoque possessionis Kysfalud similiter medietatem ex parte meridionali sitam, iamfatis Michaeli filio Sebastiani, Georgio et Ladislao filiis suis partim, partim vero Dionisio filio Petri dicti Garazda, Nicolao Johanni Stephano et Petro filiis Petri filii eiusdem Petri Garazda, cum omnibus earum utilitatibus in perpetuum possidendas statuissent, nullo contradictore apparente. Quorum quidem regii, nostri et capituli Albensis hominum premissa relacione facta et percepta, nobis seriem dicte possessionarie statucionis iamfate universitati nobilium congregacionis nostre predicte ut moris est publicari facientibus, quia sicut in faciebus dictarum possessionum sic et nunc in iamfata nostra congregacione ipsi possessionarie statucioni partibus pretaxatis modo previo facte nullius penitus contradiccio obviavit, pro eo nos prescriptam porcionem possessionariam in dicta Edelych habitam, iamfate domine Elene suisque filiis et filiabus, dictas autem alias porciones possessionarias sepefati condam Johannis filii Petri totales in prescriptis possessionibus Zenthbalas et Kysfalud habitas pretactis Michaeli filio Sebastiani, Ladislao et Georgio filiis suis, necnon Dionisio filio Petri, Johanni Nicolao Stephano et Petro filiis prefati Petri filii eiusdem Petri Garazda, ordine quo supra statutas, reliquimus et commisimus

ipsis eorumque heredibus universis cum dictis ipsarum porcionum utilitatibus et pertinenciis universis, iure eis ex premissis attinentibus in eviternum *(így)* possidere, tenere et habere, auctoritate nostra iudiciaria mediante, salvo iure alieno. In cuius rei memoriam firmitatemque perpetuam presentes literas nostras privilegiales, pendentis autentici sigilli nostri munimine roboratas, eidem domine Elene duximus concedendas. Datum tricesimo secundo die congregacionis nostre predicte, in loco memorato, anno domini Millesimo quadringentesimo octavo.

Hártyán, zöld és piros selyem sodraton függött pecsét nyomaival; eredetije Ménfőn, Győr vármegyében, a Bezerédj cs. ltárában. Nagy Imre.

150. *Zsigmond király Gersei Pethő János zalai főispánnak és Tamásnak, Kemend vár és tartománya iránt Henrik fia András és Kakas László fia János ellen folyt perükben az előbbiek javára ítél. 1409. apr. 22.*

Sigismundus dei gracia Hungarie, Dalmacie, Croacie, Rame, Servie, Gallicie, Lodomerie, Comanie, Bulgarieque rex, marchio Brandenburgensis, sacri romani imperii archicamerarius, Bohemie et Lucemburgensis heres, universis Christi fidelibus presentibus pariter et futuris, presencium noticiam habituris, salutem in omnium salvatore, iura dictant et recta vult racio, ut que in iudicio sentencialiter dirimuntur, ad perpetue rei memoriam legitimis perennentur scripturarum documentis, ne effrenata cupiditas sui prodiga captata opportunitate, temporis in negociis in statera equitatis recto tramite terminatis, nova in posterum valeat litigia generare. Proinde ad universorum tam presencium quam futurorum noticiam harum serie volumus pervenire, quod cum lis et causa inter magistros Johannem comitem comitatus nostri Zaladiensis ac Thomam filios Petheu de Gerse ab una, et inter Andream filium Henrici ac Johannem filium Ladislai dicti Kakas parte ab altera, super facto castri Kemend et suarum pertinenciarum, ipsis magistris Johanni et Thome racione et pretextu infidelitatis note, quam iidem Andreas

et Johannes filius Ladislai in proximo elapsi disturbii tempore contra culmen nostrum regium incurrissent, per nos donati et collatarum, mota, nostramque in presenciam personalem deventa, et postremo ad octavum diem festi Epiphaniarum domini proxime preteriti deducta fuisset, ipso denique octavo die festi Epiphaniarum domini instante, prefati magistri Johannes et Thomas filii Pethew ab una, parte vero ab altera prelibati Andreas filius Henrici et Johannes filius Ladislai nostri personaliter adherentes in presencia, iidem Johannes et Thomas allegarunt eo modo, quomodo ipsi Andreas et Johannes filius Ladislai unioni et concordie per nos unacum utrisque Nicolao vaivodis pro sedando dicto disturbio reformacioneque status reipublice, Bude, in eo, ut quilibet noster regnicola inter partes Transilvanas et fluvium Drave commorans, a die ipsius unionis infra seu spacium octo dierum immediate sequencium a quibuslibet suis pravis et perniciosis actibus supersedere deberet et cessare, inite et firmate contravenientes, in eademque suscepta perfidia et infidelitate persistentes, homines advenas ac forenses, teutonicos scilicet et australes et regnicolas nostre maiestatis infideles in dictum castrum Kemend induxissent, de quo non solum usque ipsorum octo dierum expiracionem, verum eciam per spacium quasi trium annorum per eosdem plurima mala et incommoda nostris fidelibus regnicolis perpetrari et irrogari nostrum regium in contentum fecissent et fieri procurassent; quibus dictis, quasdam tres literas, unam videlicet nostram et aliam viri magnifici Nicolai de Gara regni nostri palatini affirmatoriam, terciam vero capituli Castriferrei, nostrum produxerant in conspectum; quarum prima, videlicet nostra privilegiails litera, anno domini Millesimo quadringentesimo sexto, septimo kalendas Februarii regni autem nostri anno decimo octavo emanata, tenorem duarum literarum, unius videlicet nostre patentis, in Albaregali, feria tercia proxima post festum Omnium Sanctorum, anno domini Millesimo quadringentesimo tercio, et alterius conventus Zaladiensis privilegialis, tricesimo sexto die ferie tercie proxime ante festum nativitatis Christi, anno eiusdem Millesimo quadringentesimo quarto subortarum confirma-

tive in se continentes, prescriptum castrum Kemend appellatum in comitatu Zaladiensi existens simul cum ipsius pertinenciis et utilitatibus universis ad nostram pretextu premisse note infidelitatis memoratorum Andree filii Henrici et Johannis filii Ladislai Kakas devolutum et redactum maiestatem, ipsis magistris Johanni et Thome ac ipsorum heredibus pro eorumdem Johannis et Thome fidelitatibus et fidelium serviciorum meritis nove nostre donacionis titulo perpetuo per nos donatum, mediantibusque nostri et ipsius conventus hominibus legitime statutum eisque confirmatum extitisse manifestabat. Altera autem earumdem prefati Nicolai palatini affirmatoria, octavo die congregacionis sue generalis universitati nobilium comitatus Zaladiensis, feria secunda proxima post festum nativitatis beati Johannis Baptiste de novo elapsum prope villam Mandhida celebrate, privilegialiter exorta declararat, quod iudices nobilium iuratique assessores ipsius congregacionis palatinalis per ipsum palatinum ad peticionem dictorum Johannis et Thome ad fidem eorum deo debitam fidelitatemque nobis et sacro nostro diademati conservandam, pro dicenda veritate et iusticia observanda tacto vivifice crucis ligno prestitam requisiti affirmassent, ut prefati Andreas filius Henrici et Johannes filius Ladislai Kakas, prescripte stabilite et firmate unioni contravenientes, in premissaque infidelitate perseverantes, forenses homines teutonicos videlicet et regnicolas nostre maiestatis infideles in dictum castrum eorum Kemend inducentes, et in eodem non tantum usque evolucionem predictorum octo dierum, verum eciam quasi per spacium trium annorum servando, per ipsos castro de eodem plures ex regnicolis nostris derobare et immaniter depredari fecissent, et alia diversorum malorum genera nostrum in contentum fieri procurassent; quod quidem castrum ipsi Johannes et Thomas a dictis detentoribus infidelibus nostris non aliter nisi per obsessionem ipsius et preparacionem castelli contra idem castrum facti rehabere et pro se recuperare valuissent. Ex serie autem tercie ipsarum, prefati scilicet capituli Castriferrei ad nostrum literatorium preceptum nobis rescripte, secundo die festi beati Jacobi apostoli similiter de novo elapsi suborte

litere reperiebatur, quod ipsum capitulum ad ipsum nostrum edictum sibi iniunctum nostre celsitudini taliter respondisset, ut cum ad peticionem prefati magistri Thome sua et dicti Johannis fratris sui in personis factam, dominum Jacobum ecclesie eorum custodem et magistrum Michaelem seniorem socios et concanonicos ipsorum, feria quarta proxima post festum Exaltacionis sancte crucis, in anno domini Millesimo quadringentesimo quinto preteritum, tempore videlicet redemcionis et reobtencionis castri Kemend predicti destinassent, iidem tandem ad ipsum capitulum reversi, eidem uniformiter retulissent, quod ipsi die in eodem unacum prefato Thoma filio Pethew, Antonio Erdely dicto castellano de Somlyo, aliisque quampluribus nobilibus et alterius status hominibus subtus dictum castrum Kemend accessissent, idemque castrum ipse Thomas unacum eisdem nobilibus et aliis hominibus obsedisset, tandem nobilis domina relicta ac prefatus Johannes filius Ladislai Kakas et quidam advene teutonici australes, stipendiarii castro in eodem existentes, receptis ab eodem Thoma quibusdam quantitatibus pecuniarum, equis, bobus et curru pendenti, idem castrum eidem restituissent. In quarum contrarium prenarrati Andreas et Johannes quasdam literas prefati capituli Castriferrei, feria quinta proxima post predictum festum Exaltacionis sancte crucis, in preallegato anno domini Millesimo quadringentesimo quinto patenter editas nostro culmini demonstrarant, quarum series prefatum castrum Kemend memoratorum Andree filii Henrici ac Johannis filii Ladislai Kakas, antefatis Johanni ac Thome filiis Pethew, ob premissam infidelitatis notam eorumdem Andree et Johannis per nos modo prenotato donatum, per ipsos Johannem et dominam matrem eisdem Thome et Johanni cum universis ipsius castri utilitatibus et pertinenciis, modo et ordine literis in eisdem expressis, restitutum extitisse denotarat. Quibus presentatis, quia in ampliorem verificacionem et comprobacionem premisse infidelitatis ipsorum Andree et Johannis ipsis Johanni et Thome filiis Pethew iuramentum adversus eosdem Andream et Johannem et vigore dicte litere affirmatorie modo intrascripto per ipsos deponendum adiudicari et imponi debere nobis ac prelatis,

baronibus et regni nostri nobilibus nobiscum in sede nostra iudiciaria sedentibus visum fuerat, pro eo unacum eisdem iudicantes commiseramus eo modo, ut prenominatus Johannes et Thomas centesimo se nobilibus octavo die diei medii Quadragesime tunc venturo coram sepefato capitulo Castriferrei super eo, ut prelibati Andreas filius Henrici et Johannes filius Ladislai Kakas premisse unioni per nos unacum pretactis vaivodis ut est prehabitum inite stabiliteque et firmate contravenientes et in eadem infidelitate perseverantes, iamfatos forenses homines, teutonicos scilicet et regnicolas nostros infideles in dictum castrum eorum Kemend introduxerint, eosdemque non solum usque expiracionem predictorum octo dierum, verum eciam quasi per spacium trium annorum in ipso castro servando per eosdem, castro de eodem plures ex regnicolis nostris derobari et depredari fecerint, alia eciam diversorum malorum genera fieri procuraverint, idemque castrum ipsi Johannes et Thomas a dictis eius detentoribus, nostris scilicet infidelibus non aliter nisi per obsessionem ipsius et preparacionem predicti castelli rehabere et pro se ipsis recuperare valuerint, sacramenta prestare, et tandem huiusmodi iuramentalium deposicionum series, partes in literis ipsius capituli ad octavum diem predicti octavi diei nostre maiestatis presencie ubi pro tunc deo duce personaliter constitueremur, tenerentur reportare. Tandem ipso octavo die dictarum octavarum diei medii Quadragesime instante, prefatus magister Thomas filius Pethew de Gerse pro se personaliter, et pro dicto magistro Johanne fratre suo uterino cum procuratoriis literis capituli ecclesie Castriferrei in nostram veniendo presenciam, literas prescripti capituli Castriferrei super premissa iuramentali deposicione memorialiter confectas nobis presentavit; quarum series memoratos magistros Johannem et Thomam in dicto octavo die diei medii Quadragesime prescripta eorum iuramenta coram prescripto capitulo Castriferrei iuxta premissam nostram iudiciariam commissionem super premissis contra prefatos, Andream filium Henrici et Johannem filium Ladislai dicti Kakas ut debuissent rite et legitime deposuisse explicabat. Sane quia prelibati Andreas filius Henrici et Johannes filius

Ladislai decretum nostrum generale cum fidelibus prelatis, baronibus et regni nostri proceribus, predictis nostris regnicolis nobis rebellantibus generaliter super eo, ut quisque eorum a die dicte unionis nostre usque expiracionem unius integri anni, pro fidelitate nobis servanda, literas nostras graciosas, pro se emanari facere deberet, stabilitum et firmatum minime advertentes, sed in perfidia prenarrata persistentes, easdem literas nostras graciosas pro eorum parte emanatas producere non potuerunt, imo si ipsas produxissent, eedem ex eo, quia ipsi non ut solum infra dictos octo dies pro resipiscendis a dictis eorum actibus perniciosis eis inter alios rebelles deputatos, verum eciam deinceps, per plurima temeraria mala malis ut id in superioribus clare continetur, augmentare non formidarunt, eos aliquatenus expediendo minime defendissent; prefati autem magistri Johannes et Thomas premissas ipsorum Andree et Johannis infidelitates, in quas iidem ordine quo supra incurrissent, contra eosdem tam dictis literis palatinalibus affirmatoriis, ac prefati capituli Castriferrei per ipsosmet Andream et Johannem exhibitis, que dicta eorum iuramentali deposicione evidenter comprobarunt; qui quidem Andreas et Johannes nunc videlicet reportacione seriei premissorum se in eorum culpabilitatis indicium a facie iuris et iusticie penitus absentarunt, et his ex racionibus prelibatum castrum Kemend cum prescriptis utilitatibus et pertinenciis suis per nos antelatis magistris Johanni et Thome de iure et legitime collatum, ac iuxta prelibatam novam nostram collacionem eis adiudicari nobis, item prelatis, baronibus et regni nostri nobilibus in iudicio existentibus videbatur, pro eo eorumdem prelatorum etbaronum et regni nostri nobilium quesito consilio assumto, prelibatum castrum Kemend cum prescriptis suis pertinenciis et utilitatibus, antedictis magistris Johanni et Thome adiudicantes relinquimus et committimus eis, ipsorumque heredibus universis, eo iure quo racione previa ipsis dignoscitur pertinere in eviternum possidere et habere, salvo iure fidelium nostrorum in eodem permanente, preallegatis Andree et filio Henrici et Johanni filio Ladislai in facto castri predicti

a modo in posterum perpetuum silencium imponentes. In cuius rei memoriam firmitatemque perpetuam presentes concessimus literas privilegiales, pendentis autentici sigilli nostri novi duplicis munimine roboratas. Datum per manus reverendi in Christo patris domini Eberhardi episcopi Varadiensis, aule nostre summi cancellarii, fidelis nostri dilecti, anno domini Millesimo quadringentesimo nono, decimo kalendas mensis Maji, regni autem nostri anno vigesimo primo. Venerabilibus in Christo patribus et dominis Johanne Strigoniensi, Nicolao electo Colocensi, Jadrensi sede vacante, Andrea Spalatensi et altero Andrea Ragusiensi archiepiscopis, eodem domino Eberhardo Varadiensi, Stephano Transsilvaniensi, Andrea Zagrabiensi, Johanne Jauriensi, Philippo Vaciensi, Dousa Chanadiensi, Johanne electo Vesprimiensi, Hynkone Nitriensi, Ladislao Tinniniensi, ac Thoma Segniensi ecclesiarum episcopis, ecclesias dei feliciter gubernantibus, Agriensi, Quinqueecclesiensi, Boznensi, Sirmiensi, Traguriensi, Sibinicensi, Noviensi, Scardoniensi, Makariensi, Pharensi et Corbaviensi sedibus vacantibus; nec non magnificis viris Nicolao de Gara regni nostri palatino, Johanne et Jacobo vaivodis nostris Transilvaniensibus, comite Simone de Rozgon iudice curie nostre, comite Carolo de Corbavia Dalmacie et Croacie predictorum regnorum nostrorum, Johanne de Maroth Machoviensi banis, tocius Slavonie et Zevriensis banatuum honoribus vacantibus, Nicolao de Zeech tavernicorum, Simone condam Konye bani ianitorum, Johanne Groff dapiferorum, Johanne filio Gregorii de Alsan pincernarum, Petro Cheh agazonum nostrorum magistris, et Georgio Groff de Bazin comite Posoniensi, aliisque quampluribus regni nostri comitatus tenentibus et honores.

Hártyán, zöld selyem zsinóron függő pecsét maradványaival; eredetije Keszthelyen, a gr. Festetics cs. ltárában. Zaladien. 70. Nagy Imre.

151. *Eberhard zágrábi püspök, keszthelyi jobbágyainak az általuk fizetni szokott különféle adókból ötven arany forintot elenged. Zágráb, 1409. sept. 14.*

Nos Eberhardus divina miseracione episcopus Zagrabiensis regieque maiestatis summus cancellarius etc. memorie commendamus per presentes, quod nos ad supplicaciones ac peticiones universorum nostrorum civium hospitum ac iobagionum in civitate nostra Kezthel vocata residencium, nobis humiliter porrectas, de taxis seu daciis, ex parte eorumdem nobis et nostris fratribus, singulis annis perpetuis temporibus provenire debentibus, eisdem civibus hospitibus ac iobagionibus nostris de predicta Kezthel, quolibet anno quinquaginta florenos puri auri, nostrum duntaxat usque beneplacitum duximus remittendum et relaxandum, imo presencium serie ipsos quinquaginta florenos auri remittimus et relaxamus, quocirca vobis exactoribus predictarum taxarum seu collectarum per nos pro tempore constitutis, presentibus firmiter committimus, quatenus memoratos nostros cives hospites ac iobagiones racione seu pretextu predictorum quinquaginta florenorum, tempore exaccionis huiusmodi taxarum ex parte eorumdem proveniendarum, uti prediximus nostrum usque beneplacitum, impendere aut quovismodo perturbare non debeatis nec ad solucionem eorumdem astringere presummatis, et aliud non facturi; presentes quoque post lecturam reddi iubemus presentanti; Datum Zagrabie, feria sexta proxima post festum nativitatis Marie, anno domini Millesimo CCCC° nono.

Hártyán, belől vörös viaszba nyomott gyűrüspecséttel; eredetije Keszthelyen a gr. Festetics cs. ltárában. Zalad. 72. *a.* Nagy Imre.

152. *Az alispán és szolgabírák bizonyítják, hogy Aszófői Lőrincz mester aszófői, kövesdi és örményesi jobbágyai a tihanyi apát füredi révén vámot adni nem tartoznak. Tapolcza, 1410. mart. 12.*

Nos magistri Nicolaus Bors de Zenthelsebet ac Johannes de... velgh vicecomites et iudices nobilium comitatus Zaladiensis, memorie commendantes tenore presencium signi-

ficamus quibus expedit universis, quod prout ex relacione Stephani filii Thome de Kuveskal iudicis nobilium unius ex nobis percepimus, dominus Demetrius abbas de Tykonio ab (una), parte vero ex altera magister Laurencius filius Petri de Azoufeu, presente ipso ac aliis multis probis et nobilibus viris, annotatus dominus Demetrius abbas . . . . . iobagiones prefati magistri Laurencii in Azoufeu predicta, Kuvesd et Ewrmenes vocatis residentes, in telonio in possessione dicti domini (abbatis) Fyred vocata exigi consveto, semper telonium dare debuissent et deberent, dictus autem Laurencius filius Petri se in eo ut dicti iobagiones sui ullo unquam tempore retrolapso telonium seu tributum ac dacionem tributariam in dicta Fyred nec dare debuissent nec deberent, attestacionibus universorum nobilium prescripte (sed)is nostre iudiciarie pertinencium, feria quarta proxima post dominicam Judica tunc venturam fieri debendis coinquisissent. Tandem autem ipsa feria quarta instante, prescripti universi nobiles dicte sedis nostre iudiciarie in simul previa racione congregantes, per nos requisiti, ad fidem eorum deo debitam fidelita-(temque) domino nostro regi sueque sacre corone conservandam id affirmarunt, quod prescripti iobagiones prefati Laurencii filii Petri de dicta Azoufeu in dictis suis possessionibus residentes, ullounquam tempore retrolapso in dicto tributo in dicta Fyred exigi consveto tributum persolvissent nec persolvere deberent. Datum in Tapolcha, feria quarta prenotata anno, domini M° quadringentesimo decimo.

Eredetije rongált hártyán, a veszprémi káptalan házi levéltárában, Capsula III. «Aszófő» csomagban őriztetik. A két kis viaszpecsét szederjes selyem zsinóron függ, de mi sem vehető ki belőlök. — Kiadva, de hibásan, Magyar Történelmi Tár II. kötet, 199. 200. ll. Véghely D.

153. *A zalavári convent Garai Miklós nádor ítélete alapján, Gyrolthi Mihály leányait, Salamonvári András és János ellenében, Salamonvára, Keresztúr, Taás, Szentmárton, Tompa, Erdőfalva s több más helységek fele részének birtokába törvényesen beiktatja. 1410. apr. 9.*

Omnibus Christi fidelibus presentibus pariter et futuris, presencium noticiam habituris, conventus monasterii beati Adriani martiris de Zala, salutem in salutis largitore. Quum primi parentis prevaricacione suborta tocius humane labilitatis conditor cirographum incidit mortalitatis, ita ut eius tam foret fuscata labilitas, ut nusquam virtutem valeat apprehendere perpetuitatis. Illustris igitur decrevit antiquitas, ut gesta preteritorum presenciumque laudabilia, ne mundi labescentibus curriculis mola oblivionis opprimantur, sed pocius iubare radioso elucescant, literarum patrocinio debeant commendari. Ad universorum igitur noticiam harum serie volumus pervenire, quod nos iuxta continenciam literarum viri magnifici domini Nicolai de Gara regni Hungarie palatini et iudicis comanorum adiudicatoriarum pariter sequestratoriarum et statutoriarum, formam et seriem sue iudiciarie deliberacionis in se exprimencium, pro nobilibus dominabus Katherina, Dorothea et Scolastica vocatis, filiabus Michaelis filii Johannis de Gyrolth actricibus, contra Andream et Johannem filios Nicolai filii Stephani filii dicti Johannis de Salamonwara in causam attractos nobis directarum, amicabiliter receptarum, et iuxta earumdem continenciam unacum magistro Martino de Koltha curie palatinalis notario, in eisdem literis suis adiudicatoriis inter alios nominatim conscripto, nostrum hominem, videlicet religiosum virum fratrem Michaelem sacerdotem, unum ex nobis, ad contenta earumdem literarum ipsius domini palatini adiudicatoriarum, nostro pro testimonio transmisissemus fide dignum, qui demum ad nos exinde reversi, nobis uniformiter retulerunt, quod ipsi in festo Annunciacionis virginis gloriose proxime preterito et aliis diebus ad id aptis et sufficientibus, ad facies possessionum Salamonwara, Kerezthwr, Taas Januspanfalua, Zenthmarthon, Thompa, Erdewfalwa, Bench

Gyerchyanagh, Nemethfalu, Wegzalathnuk, Kezeplak, Hermanfalua et Akwsfalua vocatarum, et per consequens medietatum earumdem, vicinis et commetaneis earum universis inibi legitime convocatis et presentibus accessissent, quas in duas rectas et quoequales partes dividendo, unam earumdem duarum parcium cum cunctis suis utilitatibus, videlicet pratis, silvis, nemoribus, aquis, montibus ac moncium tributis, et generaliter quibusvis pertinenciis medietatem ad eandem rite spectantibus, prefatis dominabus Katherina, Dorothea et Scolastica vocatis statuissent et commisissent perpetuo possidendam, contradiccione annotatorum Johannis et Andree filiorum Nicolai et aliorum quorumlibet non obstante, modo et ordine taliter declarato: quod primo in dicta possessione Salamonwara vocata, linea orientali versus meridiem protracta, demtis duobus fundis curiarum penes domum balnei linea in eadem existentibus usque finem; item medietas linee meridionalis, incipiendo inclusive a fundo Georgii filii Nicolai usque occidentem usque rivulum Harkalpathaka; item ultra ipsum rivulum Harkalpathaka sessio Dominici, que condam Philippi de dicta Salamonwara prefuisset, cum omnibus suis utilitatibus et duobus fundis curiarum, in quibus Jacobus Lewbel dictus, Georgius filius Jacobi et Gewregh residerent, usque occidentem adiacentibus; item medietas quatuor molendinorum, duorum promtorum, quatuor rotas continencium, ac duorum desertorum intra metas eiusdem possessionis Salamonwara vocate existencium, ipsis nobilibus dominabus, videlicet Katherine, Dorothee et Scolastice vocatis, filiabus Michaelis filii Johannis de dicta Gyrolth, nec non filiis et filiabus ipsarum ac posteritatibus earumdem universis cessissent et devenissent; in possessione Akwsfalua appellata in linea occidentali versus aquilonem et meridiem protracta tres fundi deserti a parte meridiei existentes; in possessione Kerezthwr vocata, in linea orientali ab ecclesia ibidem constructa versus meridiem contracta unus fundus cum medio deserti a parte meridiei; item medietas situs ville Tako deserte a parte meridiei adiacens, in possessione autem Januspanfalua nominata medietas linee a fundo curie Petri filii Michaelis inclusive iuxta cursum eius-

dem aque in medio eiusdem ville existentem, a parte orientis situato, usque finem versus eandem plagam orientalem, cum uno molendino a parte eiusdem ville ab infra in fluvio Monyaros decurrente; in possessione vero Zenthmarthon vocata duo fundi in linea orientali inter porciones filiarum Johannis filii Salamonis de dicta Salamonwara existentes, nec non alter fundus ultra rivulum a parte ecclesie sancti Martini situatus, omnino deserti; in possessione Thompa appellata duo fundi cum medio in linea orientali incipiendo ab aquilone a fundo curie Andree filii Johannis dicti Chygan inclusive usque meridiem; in possessione Erdewfalu vocata quinque fundi, incipiendo in linea occidentali a fundo curie Benedicti dicti Chygan inclusive versus aquilonem adiacentes; in possessione autem Gywrchanagh duo fundi cum medio in linea occidentali, incipiendo a fundo Nicolai filii Marci inclusive versus aquilonem, et ex opposito eiusdem linee occidentalis ultra rivulum ibidem habitum tres fundi deserti; in possessione vero Benche vocata duo fundi in fine línee orientalis a parte aquilonis, ac tres fundi in linea occidentali penes porcionem filiarum dicti Johannis filii Salamonis habiti; item medietas particule terre ex opposito prefate linee orientalis habite tridecim iugera terre continentis, pro locis sessionalibus apte, a parte aquilonis existens; in possessione vero Nemethfalu appellata in linea orientali quatuor fundi incipiendo exclusive a fundo Detrici filii Jekkel versus aquilonem usque finem; in possessione Wegzalathnuk nominata unus fundus a parte possessionis Bede vocate situatus; in possessione Lak appellata una sessio a parte videlicet aquilonis existens; in possessioneque Hermanfalua vocata unus fundus, in linea meridionali situatus, in quo Jacobus dictus de Kuthy resideret, ac duo fundi in eadem linea deserti annotatis nobilibus dominabus Katherine, Dorothee et Scolastice filiabus Michaelis filii Johannis de dicta Gyrolth, nec non Stephano et Anthonio ipsius nobilis domine Katherine, ac Andree annotate nobilis domine Dorothee filiis et filiabus ac heredibus et posteritatibus ipsarum universis perpetuo possidende cessissent et devenissent, contradiccione prefatorum Andree et Johannis filiorum

Nicolai et aliorum quorumlibet non obstante, easdem cum omnibus ipsarum utilitatibus, prefatis nobilibus dominabus ac filiis et filiabus heredibusque et posteritatibus ipsarum universis, ex racionibus in dictis literis palatinalibus adiudicatoriis contentis et expressis, statuissent et commisissent possidere semper et habere, alia medietate dictarum possessionum predictis Andree et Johanni filiis Nicolai de predicta Salamonwara remanente. In cuius rei memoriam firmitatemque perpetuam, presentes eisdem concessimus literas nostras privilegiales pendentis et autentici sigilli nostri munimine roboratas. Datum sedecimo die diei divisionis et statucionis predictarum, anno domini Millesimo quadringentesimo decimo.

Az elveszett pecsét szederjes szinű selyemsodraton függött. Eredetije a Terjék cs. ltárában. Nagy Imre.

154. *A vasvári káptalan Zala vármegyében fekvő Vitenyéd nevű birtokát elzálogosítja Gersei Pethő János főispánnak. 1410. jul. 13.*

Nos Egidius prepositus et capitulum ecclesie Castriferrei memorie commend amus,quod nos urgente necessitate, imo verius pro factis ecclesie nostre predicte, possessionem nostram Wythenyed vocatam in comitatu Zaladiensi adiacentem, cum universis et singulis ipsius utilitatibus ac pertinenciis, nihilo demto, egredio *(így)* viro magistro Johanni filio Petheu de Gerse comiti dicti comitatus Zaladiensis pro sex marcis denariorum viennensium plene persolutis pignori obligavimus, imo obligamus isto modo, ut idem magister Johannes a iobagionibus de dicta Wythenyed iustas ac consvetas collectas et census duntaxat et non inconsvetas, utputa ewsterado exigere et extorquere valeat atque possit; ita scilicet ut quandocunque poterimus et valebimus dictam possessionem nostram a manibus dicti magistri Johannis vel filiorum suorum redimere, eandem idem rehabitis premissis sex marcis denariorum, sine ulla contradiccione et renitencia nobis et ecclesie nostre pacifice remittere et resignare teneatur, vigore et testimonio presencium me-

diante. Datum in festo beate Margarete virginis et martyris, anno domini M° quadringentesimo decimo.

Hátlapján pecsét maradványaival; eredetije Keszthelyen a gr. Festetics cs. ltárában. Nagy Imre.

155. *Rozgonyi Simon országbíró, Chapy Andrásnénak bizonyos nagyörsi palota iránt Szentgyörgyi Vincze Tamás fia László ellen folyó perét, ez utóbbinak hadba szállása miatt későbbi határnapra halasztja. Pest, 1411. oct. 10.*

Nos comes Simon de Rozgon iudex curie domini Sigismundi dei gracia regis Hungarie, damus pro memoria, quod causam quam nobilis domina Katherina consors Andree de Chapy alias relicta Georgii parvi de Bathyan, pro qua Demetrius literatus cum procuratoriis literis conventus cruciferorum de Alba astitit, contra Ladislaum filium Thome dicti Vynche de Zenthgyurg, iuxta continenciam literarum nostrarum prorogatoriarum, super factis in quibusdam literis capituli ecclesie Wesprimiensis recaptivatoriis et evocatoriis, super facto contradiccionis statucionis cuiusdam pallacii in territorio possessionis Nagurs vocate, in comitatu Wesprimiensi habite a parte meridionali existentis, in octavis festi nativitatis beate Marie virginis movere habebat coram nobis, de regio literatorio mandato pro ipso in causam attracto nobis allato, eo quod idem Ladislaus filius Thome unacum viro magnifico Pipone de Ozora comite Themesiensi domino suo, more exercituancium, contra nonnullos regni emulos foret profecturus, ad octavas festi Epiphaniarum domini nunc venturas duximus prorogandam. Datum in Pesth, vigesimo sexto die termini prenotati, anno domini Millesimo quadringentesimo undecimo.

Kivül: Pro nobili domina Katherina vocata consorte Andree de Chapy, contra Ladislaum filium Thome dicti Winche de Zenthgyurg ad octavas festi Epiphaniarum progroatorie.

Zárlatán kerek pecsétnyommal. Eredetije a hg. Batthyány cs. körmendi ltárában. Véghely D.

156. *Vörüi Pál és Becsvölgyi Antal szolgabírák, Gersei Pethő Jánosnak és Tamásnak egy jobbágyuk megölése dolgában, Polcha András és társai ellen vizsgálatot tartanak. Kapornak, 1412. jan. 14.*

Nos Paulus filius Ladislai de Veruh ac Anthonius filius Dominici de Bechuelg iudices nobilium comitatus Zaladiensis memorie commendamus, quod cum nos ad instantem et legitimam peticionem egrediorum *(így)* virorum magistrorum Johannis et Thome filiorum Petheu de Gerse comitum comitatus Zaladiensis, feria tercia proxima post festum Epiphaniarum domini proxime preteritum personaliter accedendo, sicut a nobilibus alteriusque cuiusvis status et condicionis huius Zaladiensis comitatus hominibus, a quibus decuisset ac licuisset ..... conscienciosa inquisicione palam et occulte facta, scire veritatem infrascriptarum ..... sic scivissemus, quod ..... faber alias sub nomine Andreas Polcha in literis rescripcionalibus falsam monetam concussorem extradedissent, et ab ipso tempore sub nomine nobilis domine relicte magistri Mychk de Peleske in possessione sua Nagkuthus vocata residenciam habuisset, unacum Johanne filio Petri dicti Kaliber ac Matheo filio eiusdem, Stephano et Michaele filiis dicti Johannis filii Petri, Thoma Bucheu, Johanne Vago, Petro filio Dominici Vy dicto, Ladislao et Michaele filiis eiusdem Petri, iobagionibus reverendissimi in Christo patris domini Eberhardi episcopi in dicta possessione Nagkuthus commorantibus, feria secunda proxima post festum Circumcisionis domini proxime preteritum, Johannem Pyrohtholch dictum iobagionem et familiarem dictorum magistrorum Johannis et Thome in dicta Kuthus in libera via sua procedentem reperiendo, misera nece interemissent, potencia eorum mediante, in preiudicium dictorum magistrorum Johannis et Thome valde magnum. Datum in Kapornuk, tercio die inquisicionis predicte, anno domini M° CCCC° duodecimo.

Papíron, hátlapján két pecséttel; eredetije Keszthelyen a gróf Festetics cs. ltárában. Zalad. 72. *c.* Nagy Imre.

157. *A zalavári convent előtt Megyesi Bertalan alispán, Gersei Pethő János és érdektársai nevében, Szenterzsébeti Terjék Ferencz fiait bizonyos csathari részbirtoktól óvásképen tiltja. 1412. jan. 26.*

Nos conventus monasterii beati Adriani martyris de Zala memorie commendamus, quod Bartholomeus de Megyes vicecomes Zaladiensis in personis magistri Johannis filii Petw de Gerche ac Blasii et Stephani dictorum Baroch de Jary coram nobis personaliter constitutus, Stephanum et Anthonium filios Francisci dicti Theriech de Zenthelzebeth, ab occupacione, detencione, utilitatumque percepcione porcionis ipsorum possessionarie in possessione Chathari vocate habite ipsos videlicet continentem *(így)*, se ipsosque de eadem intromissione aut sibi statuifaccione factis vel faciendis, prohibuit contradicendo et contradixit inhibendo in personis quibus supra Bartholomeus prenotatus coram nobis vigore presencium mediante. Datum secundo die festi conversionis beati Pauli apostoli, anno domini Millesimo CCCC° duodecimo.

Papiron, hátlapján pecsét maradványaival; eredetije Keszthelyen a gr. Festetics cs. ltárában. Zalad. 73. Nagy Imre.

158. *A zalavári convent előtt egy részről Szepetki Jakab neje Rajki Mihály leánya Ilona és Kuthusi Miklós, más részről Rajki György fiai, Rajk, Petrethe, Bezegd, Beken és Terek nevű birtokaik iránt egyezkednek. 1412. apr. 17.*

Omnibus Christi fidelibus presentibus pariter et futuris, presencium noticiam habituris, conventus monasterii beati Adriani martyris de Zala, salutem in omnium salvatore, cum mundi labilis condicio sit caduca et geste rei memoria propter vitam brevem hominum caligine oblivionis obfuscata nequeat in evum perdurare, proinda mens et solicitudo adinvenit, ut que in tempore geruntur ne simul labantur cum eodem, literarum testimonio solent solidari. Proinde ad universorum noticiam harum serie volumus pervenire, quod nobilis domina Elena vocata filia Michaelis filii Pauli de Rayk, coniux magistri Jacobi de Zepethk, et Nicolaus filius Pauli

filii Martini de Kwthus ab una, parte vero ex altera magister Stephanus filius Georgii de Rayk in sua ac Thome filii Thome et Ladislai filii Beke filii dicti Georgii de eadem Rayk personis, quorum onera et gravamina si iidem in infrascripta conposicione persistere nollent super se assummendo, coram nobis personaliter constituti, proposuerunt et ministerio vive vocis communiter sunt confessi in hunc modum, quod quia inter ipsos in factis possessionum Rayk predicta, Petrethe, Bezegd, Beken et Terek vocatarum, in presencia viri magnifici domini Nicolai de Gara regni Hungarie palatini et iudicis comanorum, litis materia et contencionis discordia mota fuisset et exorta ac diucius ventilata, tamen ipsi composicione quamplurimorum proborum et nobilium virorum pacem parcium zelancium, ut omnis fomes invidie, ire, rixe et odii de medio ipsorum evelleretur, et eterne pacis pulcritudine ipsi et eorum heredes ac posteritates universi in evum valeant gratulari, taliter in factis dictarum possessionum concordassent et concordarunt coram nobis, eo modo: quod primo annotatus magister Stephanus sua et nominibus quibus supra, predictos nobilem dominam Elenam et Nicolaum filium Pauli in eorum porcionibus possessionariis dict Michaelis filii Pauli et Joannis filii Ladislai in predictis possessionibus Rayk, Beken et Terek vocatis et habitis, que usque nunc iidem possedissent et usi fuissent, pacifice et quiete relinquissent; insuper in predicta possessione Terek vocata, exceptis porcionibus possessionariis predictorum Michaelis filii Pauli et Johannis filii Ladislai, duos fundos curiarum iobagionalium in eadem possessione Terek in fine eiusdem ville a plaga occidentali habitarum, cum viginti quatuor iugeribus terrarum arabilium ac quatuor falcastrorum feni, necnon loco unius molendini in fluvio Lesenche existentis, aliisque utilitatibus ad easdem spectantibus, prefatis nobili domine Elena vocate filie Michaelis, et Nicolao filio Pauli ipsorumque heredibus universis, perpetuo et irrevocabiliter in filios filiorum ipsorum possidere, tenere semper et habere dedisset, tradidisset et contulisset, imo dedit eisdem, tradidit et contulit nostri in conspectu, tali moderaminis vinculo interposito, quod si predicti nobilis domina Elena vocata et Nicolaus ac

heredes eorumdem utriusque sexus universi temporis in processu in premissis persistere nollent vel premissam composicionem revocari niterentur, extunc ipsi et eorum heredes utriusque sexus, predictas ipsorum porciones possessionarias in sepedictis possessionibus Rayk, Beken et Terek habitas et existentes amitterent et perderent, vel aliquas lites super dictis possessionibus Rayk, Petrethe, Bezegd, Beken et Terek concitarent et movere conarentur contra eundem magistrum Stephanum ac fratres suos supradictos et heredes eorumdem universos, ante litis ingressum in facto calumnie convincerentur eo facto, porcionesque possessionarie eorumdem nobilis domine Elene et Nicolai ad prefatum magistrum Stephanum et fratres suos antedictos et heredes eorumdem eo facto condescendi, revolvi et redundari debeant pleno iure; universa eciam literalia instrumenta eorum sub quacunque formá verborum vel firmitate, quovis colore aquisito forent emanata, predictas possessiones Rayk, Petrethe, Bezegd, Beken et Terek appellatas eorumdem magistri Stephani Thome et Ladislai tangencia, cassa redderentur et inania viribusque suis caritura et suis exhibitoribus calumniose nocitura; hoc eciam adiecto, quod si aliqua pars parcium prescriptarum nutu divino volente absque heredibus utriusque sexus ante partem alteram ab hac luce decederet, vel decedere contingeret, extunc universa iura possessionaria ipsius partis decedentis ad partem superviventem seu superstitem revolvi et condescendi teneantur. In cuius rei memoriam firmitatemque perpetuam presentes eidem magistro Stephano et fratribus suis antedictis concessimus literas nostras privilegiales, pendentis et autentici sigilli nostri munimine roboratas. Datum die dominica proxima post octavas festi Pasce domini, anno eiusdem Millesimo quadringentesimo duodecimo.

Hártyán, a pecséttöredék hártyaszalagon függ; eredetije a Rajky cs. ltárában, Felső-Rajkon. Véghely D.

159. *Zsigmond király meghagyja a zalavári conventnek, hogy Teleki Miklós fiait és társaikat, Telek más néven Kisbezdred birtok negyed részének birtokába iktassa. Buda, 1412. jun. 5.*

Sigismundus dei gracia Romanorum rex semper augustus ac Hungarie Dalmacie Croacie etc. rex, marchioque Brandenburgensis etc. Fidelibus suis conventui ecclesie Zaladiensis salutem et graciam. Dicitur nobis in personis Demetrii magni et Blasii filiorum Nicolai de Telek ac Anthonii et Thome filiorum Johannis nec non Andree filii Stephani et Stephani filii Petri de eadem, quod ipsi in dominium quarte partis predicte possessionis Telek alio nomine Kysbezdred vocate, que condam Nicolai sartoris filii Dominici de dicta Telek in comitatu videlicet Zaladiensi, ac medietatis unius iugeris terre iuxta sessionem eiusdem Demetrii magni a parte meridionali habite, ipsos omnis iuris titulo concernentis legitime vellent introire; super quo fidelitati vestre firmiter precipiendo mandamus, quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio fidedignum, quo presente Jacobus dictus Florentes de Florentheshaza vel Antonius dictus Bak aut Dominicus de Therpen aliis absentibus, homo noster, ad facies predictarum quarte partis prefate possessionis Thelek, nec non iugeris terre medietatis, vicinis et commetaneis universis inibi legitime convocatis et presentibus accedendo, introducat prefatos Demetrium magnum et Blasium ac alios supradictos in dominium earumdem, statuatque easdem ipsis cum omnibus ipsarum utilitatibus et pertinenciis iure eisdem incumbenti perpetuo possidendas si non fuerit contradictum, contradictores vero si qui fuerint, evocet ipsos contra annotatum Demetrium magnum (aliosque quospiam) nostram in presenciam ad terminum competentem, racionem contradiccionis eorum reddituros. Et post hec ipsarum introduccionis et statucionis seriem cum nominibus contradictorum et evocatorum si qui fuerint, terminoque assignato, nobis fideliter rescribatis. Datum Bude, die dominico proximo post festum sacratissimi corporis Christi, anno eiusdem Millesimo quadringentesimo duodecimo.

A zalavári conventnek 12° die diei introduccionis (festum

beatorum Viti et Modesti) 1412-ben kelt bizonyságleveléből, mely szerint a beiktatás minden ellenmondás nélkül megtörtént; a convent levele megvan eredetiben a Bezeredj cs. ménfői levéltárában. Ugyanott őrzik a kapornoki conventnek 1434-ben kelt levelét, mely szerint Zsigmond király Budán 1434-ben, in festo Barbare kelt meghagyásában a kapornaki conventet kiküldötte, hogy «Andree et Michaelis filiorum Stephani et Petri filii Blasii de Telek necnon Georgii filii prefati Andree» kérésére őket néhai Teleki Nemes Domokos teleki birtokába iktassa be. Királyi emberek: Clemens de Kysbezdred, Johannes de Kysgyrws, Nicolaus de Florentwshaza; ellenmondás nem történt. Nagy Imre.

160. *A zalavári convent egyfelől Alsó-Gyertyanagh más néven Sebechke, másfelől Azywagh (Szilvágy) birtokok közt határt járat. 1412. aug. 13.*

Omnibus Christi fidelibus presentibus pariter et futuris, presencium noticiam habituris salutem in vero salutis largitore, conventus beati Adriani martyris de Zala. Ad universorum noticiam harum serie volumus pervenire, quod cum nos literis viri magnifici domini Nicolai de Gara regni Hungarie palatini et iudicis comanorum adiudicatoriis, nobis per ipsum directis, honore quo decuit receptis, iuxta earumdem continenciam unacum magistro Valentino de Zenthgywrgh homine et notario ipsius domini palatini ad id specialiter de curia regia transmisso, nostros homines, videlicet fratrem Johannem custodem dicte ecclesie nostre pro parte Nicolai filii Gregorii de Kavas actoris, item magistrum Stephanum subnotarium nostrum pro parte magistrorum Stephani et Ladislai ..... wa in causam atractorum, ad ea que in eisdem literis ipsius domini Palatini continentur peragenda nostris pro testimoniis duxissemus destinandos, demum iidem exinde ad nos reversi, nobis consona voce retulerunt, quod ipsi in quindenis festi beati (Jacobi) apostoli proxime preteritis et diebus ad id aptis, ad facies possessionum Alsogyrchyanagh alio nomine Sebechke ipsius actoris, necnon utrarumque Azywagh ipsorum in causam attractorum, et per consequens terre litigiose sex aratrorum ac fenetorum viginti falcastrorum, inter easdem possessiones utrarumque parcium existencium, partibus predictis necnon vicinis et

commetaneis earumdem presentibus accessissent, ubi licet dictus actor super ipsa terra litigiosa iuxta iudiciariam commissionem ipsius palatini iurare debuisset, tamen ipsi inita composicione, easdem possessiones a sese metaliter taliter sequestrassent: quod primo incepissent iuxta magnam viam qua veniret de Salamonvara et iret ad Nova secus quasdam arbores ilicum, ubi a parte occidentali ipsius vie duas metas novas erexissent, quarum una dictis possessionibus Azywagh et alia Sebechke separarent, inde versus plagam occidentalem in terris arabilibus ad iactum unius sagitte descensive procedendo, in eisdem terris arabilibus duas metas terreas novari fecissent, inde ad plagam occidentalem yemalem in bono spacio procedendo, in terris arabilibus duas metas novas erexissent, abhinc ad eandem plagam pertransitis quibusdam berch et valle, in latere alterius berch in terris arabilibus duas metas terreas novas fecissent, dehinc ad eandem plagam ipsum berch ascendendo et iterum descendendo et per silvam in bono spacio transeundo, secus quandam viam qua de ipsa villa Azywagh exiret ad silvam, a plaga orientis duas metas terreas novas cumulassent, abhinc silva in eadem ad eandem plagam occidentalem descendendo venissent ad quoddam pratum seu nemus pratosum Chehpathak nuncupatum, secus quod a plaga orientali duas metas novas terreas fecissent, et ibi intraret cursus ipsarum metarum in medium ipsius Pathak et in medio eiusdem diverteretur ad plagam aquilonis, et parvum eundo saliret ad dictam plagam occidentalem ubi inter viam et ipsum Pathak sub quadam arbore magna ilicis duas metas terreas novas erexissent, inde ad dictam plagam occidentalem in bono spacio ascendendo venissent usque metas possessionis Apathy, ubi iuxta quandam magnam viam iuxta quam a parte orientali duas metas terreas novas cumulassent et ibi terminassent et per ipsarum metarum erecciones easdem possessiones reliquissent eisdem partibus iure eis attinenti perpetuo possidendas. In cuius rei testimonium presentes literas nostras privilegiales pendentis sigilli nostri munimine roboratas eidem Nicolao filio Gregorii duximus concedendas. Datum sexto die

diei execucionis premissorum, anno domini Millesimo quadringentesimo duodecimo.

Hártyán, a kerek pecsétrom hártyaszalagról függ; eredetije a hg. Batthyány cs. körmendi ltárában. Véghely D.

161. *Zsigmond király néhai Sárosbodorfalvi László leányát Ilonát, elhalt atyja sárosbodorfalvi részbirtokában fiusítja. Székes-Fehérvár, 1412. oct. 19.*

relacio Mathyus de Palocz
comitis Borsodiensis.

Nos Sigismundus dei gracia romanorum rex semper augustus ac Hungarie etc. rex, memorie commendantes tenore presencium significamus quibus expedit universis, quod nos tum ad humilime et devote supplicacionis instanciam viri magnifici Nicolai de Gara regni nostri Hungarie predicti palatini fidelis nostri grate et sincere dilecti nobis porrecte, tum etenim consideratis paupertatis inopiam et orphanitatem nobilis puelle Elena vocate filie scilicet condam Ladislai filii Nicolai de Sarosbodorfalva, ac eidem pie compacientes ne ipsa in dedecus sue nobilitatis perpetuam luat ignobilitatis ignominiam et sub tectis cogatur latitare alienis, de plenitudine nostre regie potestatis et gracia speciali ipsam nobilem puellam Elenam in porcione possessionaria ipsius condam Ladislai patris sui in eadem possessione Sarosbodorfalua in comitatu Zaladiensi existentis *(igy)* habita, in quantum ad id de iure et de consvetudine dicti regni nostri Hungarie ab antiquo observari solita admittimur, in verum heredem masculinum et legitimum successorem prefecimus, creavimus et instituimus, nihilominusque eandem porcionem possessionariam ipsius condam Ladislai patris ipsius nobilis puelle Elene in predicta possessione Sarosbodorfalua habitam, simul cum universis suis utilitatibus et pertinenciis quibuslibet quovis nominis vocabulo vocitatis, sub eisdem veris metis et antiquis limitibus, quibus eadem per annotatum condam Ladislaum hucusque rite et legitime tenta fuit et possessa, ex certa sciencia nostre maiestatis prelatorumque et baronum nostrorum superinde pre-

habito consilio, eidem nobili puelle suisque heredibus et posteritatibus universis, nove nostre donacionis titulo ac omni eo iure quo eadem nostre rite incumbit collacioni, duximus conferendam, imo conferimus iure perpetuo et irrevocabiliter per ipsam et suos heredes possidendam, tenendam pariter et habendam, salvis iuribus alienis, presencium nostrarum vigore et testimonio literarum mediante, quas in formam nostri privilegii redigi faciemus dum nobis in specie fuerint reportate. Datum Alberegalis, feria quarta proxima post festum beati Luce evangeliste, anno domini Millesimo quadringentesimo duodecimo, regnorum nostrorum anno Hungarie etc. vigesimo sexto, romanorum vero tercio.

Hártyán, belől pecsét nyomaival, a pecsét alatt e szavak: «relacio Mathyus de Paloch comitis Crisiensis» *(így)*; eredetije a Máriássy cs. ltárában. Idegen okm. 421. Nagy Imre.

162. *Zsigmond király Halápi Fekechnek, Ujlaki Imre macsói bán szolgájának, Rendes birtokban három jobbágy-telket adományoz. Vallis kastély mellett, 1413. febr. 13.*

Nos Sigismundus dei gracia romanorum rex semper augustus, ac Hungarie etc. rex, memorie commendamus tenore presencium significantes quibus expedit universis, quod nos consideratis fidelitatibus et fidelium obsequiorum gratuitis meritis et sinceris complacenciis nobilis Fekech de Halaap magnifici viri Emerici de Wylak bani nostri Machoviensis familiaris, fidelis nostri grate dilecti, quibus a iuventutis sue gadibus in pleris nostris et regni nostri arduis negociis cum sua et familiarium suorum personis offensione, rerumque et bonorum amissione, in locis diversis et temporibus opportunis, presertim autem in expedicione nostra exercituali contra nostros rebelles et publicos hostes, utputa venetos mota, sub banderio prefati Emerici bani domini sui, diligencia et sollerti cura ad id admissis totis nisibus et conamine, nostre studuit complacere maiestati, an(he)latque seipsum nostre gratum offerre claritati, cupientes sibi ex animo premissorum suorum serviciorum intuitu regio nostro occurrere cum favore, quandam porcionem

possessionariam in possessione Rendes vocata in comitatu Zaladiensi existenti habitam, tres sessiones iobagionales in se continentem, quam scilicet ut idem Fekech nobis asserit, Johannes et Blasius filii Colomanni de eadem tanquam ius nostrum regium sub taciturnitatis silencio occupative tenuissent, simul cum universis suis utilitatibus, puta terris arabilibus cultis et incultis, pratis, fenetis, pascuis, agris, nemoribus, aquis aquarumque decursibus, generaliter quarumlibet integritatibus utilitatum, quovis nominis vocabulo vocitatis sub suis veris metis et antiquis limitibus, quibus eadem ab olim rite tenta fuit et possessa, ex certa nostra sciencia, prelatorumque et baronum nostrorum sano exinde prehabito consilio, prefato Fekech et per eum Lewkus filio Petri de Laad ipsorumque heredibus et posteritatibus universis, nove nostre donacionis titulo ac omni eo iure quo eadem rite nostre spectare incumbit collacioni, dedimus, donavimus, contulimus, imo damus, donamus et conferimus iure perpetuo et irrevocabiliter tenendam, possidendam pariter et habendam, salvis iuribus alienis, harum nostrarum testimonio literarum mediante, quas dum nobis in specie fuerint reportate, in formam nostri privilegii redigi faciemus. Datum in descensu nostro campestri, prope castellum Vallis, feria secunda proxima ante festum beati Valentini martyris, anno domini Millesimo quadringentesimo tredecimo, regnorum nostrorum anno Hungarie etc. vigesimo sexto, Romanorum vero (terc)io.

Zsigmond királynak 1423-ban 6° kal. Dec. kiadott jeles alakú oklevelében átírva és ugyancsak Nicolaus dictus Fekech de Halaap részére kiállítva. — Ugyanezen jeles alakú oklevélben átír Zsigmond király egy másik oklevelet, mely szerint a szalavári convent Zsigmond királynak in Wyssegrad in festo beati Margarethe virginis 1413-ban kelt meghagyására Halápi Fekech Miklósnak a rendesi birtokrészbe való beiktatását Tamás barát által Ecséri János fia Miklós kir. ember közbenjöttével teljesítteté, és pedig Magdolna nap előtt való hétfőn; a többi kijelelt kir. emberek ezek valának: Petrus filius Petri de Toty vel Nicolaus aut Petrus filius Johannis de Echyr, Laurencius literatus de Azofew; Zsigmond király jeles alakú oklevele megvan eredetiben a kismartoni ltárban. A. 19. 36. Nagy Imre.

163. *A zalavári convent jelenti Zsigmond királynak, hogy a budai káptalant bizonyos nagypécseli curiák és telkek iránt a veszprémi káptalan ellen törvénybe idéztette. 1413. apr. 1.*

Serenissimo principi domino Sigismundo dei gracia inclito regi Romanorum semper augusto, ac Hungarie regi etc. domino ipsorum metuendo, conventus monasterii Zaladiensis, oracionum suffragia devotarum, Literas vestras nobis directas noveritis nos summa cum obediencia recepisse in hec verba: Sigismundus dei gracia Romanorum rex semper augustus, ac Hungarie etc. rex, fidelibus suis conventui monasterii Zaladiensis, salutem et graciam. Dicitur nobis in persona honorabilis capituli ecclesie Wesprimiensis, quod prepositus et capitulum ecclesie Budensis, temporibus iam preteritis, sex sessiones seu curias, in possessione Nagpechel existentes, ipsum capitulum ecclesie Wesprimiensis vigore certorum instrumentorum concernentes occupassent et occupatas conservarent de presenti potencia mediante, in preiudicium eiusdem valde magnum. Super quo fidelitati vestre firmiter precipiendo mandamus, quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio fidedignum, quo presente Stephanus de Zenthbenedekkaly, vel Dominicus sive Ladislaus seu Andreas de Kwues aliis absentibus, homo noster, scita premissorum mera veritate, evocet prefatos prepositum et capitulum ecclesie Budensis contra ipsum capitulum ecclesie Wesprimiensis nostram in presenciam ad terminum competentem, racionem de premissis reddituros, litis pendencia si qua foret inter ipsos non obstante; et post hec ipsarum inquisicionis et evocacionis seriem cum nominibus evocatorum, terminoque assignato, nobis fideliter rescribatis. Datum in Wissegrad, feria quinta proxima post festum beati Mathie apostoli, anno domini Millesimo quadringentesimo tredecimo. Unde nos mandatis vestre sublimitatis in omnibus obedire cupientes ut tenemur, unacum prefato Stephano de Zenthbenedekkaly, homine vestre maiestatis, nostrum hominem, videlicet religiosum virum fratrem Stephanum dicti monasterii nostri priorem, unum ex nobis ad premissa exequenda et peragenda nostro pro testimonio destinavimus fide-

dignum, qui demum exinde ad nos reversi, nobis uniformiter retulerunt quod ipsi feria (sec)unda proxima post dominicam (Oculi) proxime preterita, ab omnibus nobilibus et ignobilibus ac ab aliis cuiusvis status et condicionis dicti comitatus Zaladiensis hominibus, a quibus decuisset et licuisset, diligenti inquisicione palam et occulte facta, de premissis veritatem scire potuissent, sic scivissent, prout per omnia tenor continet literarum vestrarum predictarum, et sicut vestre dictum extitit maiestati, expertaque premissorum mera veritate, die eodem annotatos prepositum et capitulum ecclesie Budensis in possessione Budavary vocata habita, contra ipsum capitulum ecclesie Wesprimiensis, ad octavas festi beati Georgii martiris nunc venturas, in vestre maiestatis presenciam evocassent, racionem super premissis reddituros, litis pendencia si qua foret inter ipsos non obstante. Datum sexto die diei inquisicionis et evocacionis predictarum, anno domini supradicto.

Kivül: Domino regi, pro honorabili capitulo ecclesie Wesprimiensis, contra dominos prepositum et capitulum ecclesie Budensis, ad octavas festi beati Georgii martyris inquisitoria et evocatoria rescripcionalis.

Rávezetve: pro A. Georgius literatus de Kezy cum Wesprimiensis pro I. Thomas.

Kerek pecséttel, eredetije a veszprémi káptalan ltárában Capsula VII. «Nagy-Pécsel» csomagban őriztetik. Véghely D.

164. *A csornai convent előtt Rajki István és Rajki László, a király által nekik adományozott Petrethe nevű birtokban Rajki Tamas fiát Tamást szintén osztályos atyjokfiának vallják 1413. május 5.*

Omnibus Christi fidelibus presentibus pariter et futuris, presens scriptum inspecturis, conventus monasterii beati Michaelis archangeli de Chorna, salutem in salutis largitore, quum memorie novercatur oblivio, dignum est, ut temporaliter acta literarum patrocinio et fidelium testium aminiculo in statum solidum redigantur. Proinde ad universorum noticiam harum serie volumus pervenire, quod magistro Ste-

phano filio Georgii et Ladislao filio Beke filii eiusdem Georgii de Rayk ab una, parte vero ab alia Thoma filio Thome de eadem, coram nobis personaliter constitutis, per eosdem magistrum Stephanum et Ladislaum viva voce spontaneaque ipsorum voluntate confessum extitit nostri in presencia, pariter et relatum, quod ipsi scilicet magister Stephanus et Beke frater eiusdem uterinus, alias quandam possessionem Petrethe vocatam in comitatu Zaladiensi in contigua vicinitate dicte possessionis Rayk adiacentem, a serenissimo principe domino nostro rege Sigismundo nove donacionis titulo sibi et eorum heredibus perpetuo dari et conferri impetrassent, ipsumque Thomam fratrem ipsorum patruelem in ipsas literas regias donacionales casualiter conscribi et inseri facere neglexissent, attendentes nihilominus et intenta mentis consideracione pie revolventes, quomodo ipse Thomas in propinqua consanguineitatis linea ipsis foret adunatus, nolentes ipsum in premissa donacione fieri imporcionatum, igitur matura inter se deliberacione prehabita, de unanimi et pari consensu ac voluntate eorum, prefatum Thomam et successores eiusdem universos in predicta possessione eorum Petrethe acquisiticia, perpetuis futuris temporibus, tamquam se ipsos porcionatum facientes, in fratrem ipsorum condivisionalem et verum heredem assumsissent, ipsum in dominium directe tercie partis ipsius possessionis et utilitatum eiusdem intromisissent, imo assumserunt et intromiserunt, coram nobis patrocinio presencium mediante; in cuius rei memoriam firmitatemque perpetuam presentes concessimus literas nostras privilegiales, pendentis sigilli nostri munimine roboratas. Datum feria sexta proxima post festum Invencionis sancte crucis, anno domini M° quadringentesimo tredecimo.

Eredetije ép hártyán a Rajky cs. levéltárában, Felső-Rajkon. Nr. 37. Véghely D.

165. *A zalavári convent előtt egyfelől Rajki Tamás és Rajki Beke fia László, másfelől Albert rajki prépost, az Alsó-, Felső- és Közép-Rajk között vitás határok iránt egyezséget vallanak. 1413. aug. 10.*

Conventus monasterii beati Adriani martiris de Zala, omnibus Christi fidelibus tam presentibus quam futuris, presencium noticiam habituris, salutem in omnium salvatore; ad universorum noticiam harum serie volumus pervenire, quod Thomas filius Thome et Ladislaus filius Beke de Rayk ab una, parte vero ex altera religiosus vir dominus Albertus prepositus ecclesie beate virginis de Rayk coram nobis personaliter constituti, proposuerunt et ministerio vive vocis communiter sunt confessi in hunc modum, quod licet inter ipsos in facto metis *(így)* pessessionum superiori mediocri et inferiori Rayk vocatarum litis materia et contencionis discordia mota fuisset et exorta, diuciusque ventillata, tamen ipsi propter bonum pacis et concordie unionem, ut ipsi et eorum successiva posteritas in evum valeant gratulari, in talem pacis et concordie unionem devenissent imo devenerunt coram nobis, eo modo, quod iura parcium predictarum possessionaria a se se per metas et cursus metales infrascriptas hoc ordine sequestrassent: quod prima meta incipit de medietate fluvii Kanisa seu alveo, exitque de eodem directe ad partem orientalem, pervenit ad quandam arborem ilicis quam meta terrea circumfodissent, deinde in quodam permissorio ad eandem partem orientalem modicum pergendo pervenit ad aliam arborem ilicis, quam meta terrea circumdedissent . . . . . eodem permissorio, ad eandem plagam orientalem eundo, pervenit ad quandam arborem ilicis, quam pro meta consignassent, deinde ad eandem plagam orientalem inter terras arabiles . . . . . pervenit ad quoddam pratum et arborem ilicis, subtus quam metam terream de novo erexissent, ubi ad partem meridionalem dicto domino preposito et ecclesie beate virginis, ad plagam vero septemtrionalem predictis Thome et Ladislao separantes et distingentes; in eodemque prato ad eandem plagam orientalem modicum eundo, pervenit ad (unam metam) terream,

quam renovassent, adhuc ad eandem partem orientalem in quadam valle eundo, pervenit ad quandam arborem cerasii in latere eiusdem existentis, adhuc . . . . . am unamque viam saliendo, ubi penes ipsam ab orientali plaga unam metam terream cumulassent, abhinc in quodam rubeto ad eandem plagam . . . . . endo pervenit ad unum truncum meta terrea circumfusum, de quo due arbores ilicee procreate existerent, in eodemque rubeto ad eandem plagam orientalem . . . . . spacium eundo, unamque viam graminosam ad eandem plagam saliendo, descendit ad quandam arborem ilicis meta terrea circumfusam, adhuc ad eandem partem orientalem descendendo, inter terras arabiles annotatorum Thome et Ladislai ac pratum dicti domini prepositi et ecclesie beate virginis pervenit ad unam vallem Egerwelgh dictam, ubi penes arborem ilicis novelli metam terream erexissent; dehinc declinat ad partem septemtrionalem in rubeto, pervenit ad quandam viam penes quam a plaga meridionali unam metam terream erexissent, deinde in eadem via et valle declinat ad partem septemtrionalem, per longum spacium pergendo pervenit ad quasdam duas arbores iliceas et unam viam, quas pro metis consignassent, quarum una ad plagam meridionalem predicto domino preposito et ecclesie beate virginis, alia autem ad plagam septemtrionalem et occidentalem annotatis Thome et Ladislao separantes; prescriptaque via ducit de possessione Vngh ad possessionem Felsew-Rayk, deinde ipsam viam saliendo, in eadem valle transit ad plagam septemtrionalem, inter quasdam duas vias sub arbore spinee unam metam terream erexissent, adhuc in eadem via ad eandem plagam per bonum spacium eundo, pervenit ad quandam arborem iliceam et metam terream antiquam subtus eandem inter duas vias habitam et erectam; deinde inter silvam et terras arabiles ad eandem plagam in cacumine montis eundo, pervenit ad quandam arborem iliceam et metam antiquam angularem, quarum una ad orientalem eidem domino preposito et ecclesie sue antedicte et ad occidentalem et septemtrionalem plagas annotatis Thome et Ladislao sequestrantes et ibi determinassent. Universas eciam literas eorum causales

et prohibicionales ac alias quaslibet usque nunc inter ipsas partes quovis colore acquisito emanatas, cassas vanas et frivolas reliquissent, ac viribus earumdem carituras committendo; insuper alter alterum super universis causis, controversiis, damnis et nocumentis factis potenciariis mutua vicissitudine reddidissent expeditum atque satisfactum, imo reddiderunt nostro in conspectu in perpetuum. In cuius rei memoriam firmitatemque perpetuam presentes eisdem Thome et Ladislao concessimus literas nostras privilegiales pendentis et autentici sigilli nostri munimine roboratas. Datum in festo beati Laurencii martyris, anno domini Millesimo quadringentesimo tredecimo.

Hártyán, violaszínű selyem zsinóron függött pecsét nyomaival; eredetije a Rajky cs. ltárában. Nagy Imre.

166. *A vasvári káptalan Garai Miklós nádor ítélete alapján, Ságod és Nezele birtokok közt határt járat. 1413. aug. 12.*

Nos capitulum ecclesie Castriferrei, memorie commendantes tenore presencium significamus quibus expedit universis, quod cum nos literis viri magnifici domini Nicolai de Gara regni Hungarie palatini et iudicis comanorum, modum et formam iudiciarie deliberacionis eiusdem exprimentibus reverencia condecenti receptis, iuxta earumdem continenciam unacum magistro Michaele de Egerwar homine eiusdem per ipsum dominum palatinum de curia regia partibus infrascriptis adhuc specialiter transmisso, in dictis literis adiudicatoriis inter alios conscripto, nostros homines discretos viros Johannem pro parte Michaelis filii Pauli filii Jacobi de Sagud actoris, et Michaele chori ecclesie nostre presbiteros pro parte Stephani filii Bekew de Arachya in causam attracti, ad contenta premissarum literarum adiudicatoriarum ipsius domini palatini peragenda nostris pro testimoniis transmisissemus fidedignos, qui tandem ad nos reversi, nobis uniformiter retulerunt, quod ipsi in octavis festi beati Jacobi apostoli proxime preteritis, iuxta continenciam earumdem literarum adiudicatoriarum ad facies possessionum Sagud predicte prefati Michaelis filii Pauli actoris, et Nezele vocata-

rum dicti Stephani filii Bekew in causam attracti, vicinis et commetaneis earumdem universis illuc legitime convocatis, ipsisque et partibus predictis presentibus accedendo, primo premissam possessionem Sagud iuxta demonstracionem prefati Michaelis filii Pauli actoris a parte predicte possessionis Nezele hoc modo reambulassent: quod primo incepissent in magna valle penes rivulum wlgo Sagudpotaka vocatum ab oriente, ubi videlicet ex alia parte ipsius vallis mete alterius possessionis Sagud et eiusdem possessionis Nezele essent posite, ibique signum metale terreum consignassent, et abinde de ipsa valle ad plagam orientalem parvum eundo pervenissent ad arborem pomi silvestris in rubetis existentem, ubi sub ipsa arbore signum metale consignassent, et abhinc aliubi *(igy)* iuxta rubetosas indagines et aliubi secus spinosas indagines, quibus indaginibus ex utraque parte terre arabiles adiacerent, quasi ad orientem usque quandam magnam viam eundo ex(tra) . . . . . eiusdem vie unum signum ab occidente et aliud ab oriente de terra fecissent, et deinde ulterius directe in terris arabilibus similiter ad orientem usque ad quandam aliam magnam vallem procedendo in d . . . . . s earumdem terrarum in indagine super dumum iliceum signum metale terreum consignassent, ubi dictus Michael actor suam terminasset reambulacionem et demonstracionem. Et quia annotatus Stephanus in causam attractus in premissis reambulacioni et metarum consignacionibus ipsius Michaelis actoris non contradixisset, ideo predicta signa metalia in modum apparencium metarum in eisdem locis erigi faciendo, predicta(m possessionem a part)e aquillonari dictarum metarum prefato Michaeli actori, a parte vero meridionali predicto Stephano in causam attracto cum omnibus earum utilitatibus et pertinenciis quibuslibet iure perpetuo et irrevocabiliter in filios filiorum . . . . . possidendas, utendas, tenendas et habendas statuissent et commisissent. In cuius rei memoriam firmitatemque perpetuam, presentes literas nostras privilegiales pendenti sigillo nostro consignatas median . . . . . dictis Michaeli et Stephano duximus concedendas. Datum duodecimo die octavarum festi beati Jacobi apostoli predictarum, anno

domini M° quadringentesimo tredecimo, honorabili viro domino Egidio preposito, viris discretis ..... Nicolao cantore, Stephano custode, Thoma de Nema decano ceterisque canonicis ecclesie nostre existentibus.

Kivül (későbbi írás): Litere metales possessionis Nemessagod. Anno domini Millesimo quingentesimo octuagesimo nono, penultima die Octobris per me Gabrielem Sagody a manu aliena florenis quinquaginta hungaricalibus redempte sunt. Idem manu propria. 1697. redemptae per me Michaelem Tarrodi a domino iudice nobilium comitatus Simigiensis Sigismundo Kovach florenis 12.

Eredetije a Szenterzsébeti Terjék család levéltárában őriztetik. Nagy Imre.

167. *János zalavári apát és a convent, egyházuk jobbágyait felszabadítják s jövőre szolgáltatandó adózásaikat meghatározzák. 1413. nov. 1.*

Nos Ioannes miseracione abbas et conventus monasterii beati Adriani martyris de Zala memorie commendantes tenore presencium significamus, quibus expedit universis, quod nos desolacioni possessionis ecclesie nostre Zalawar vocate, et paupertati iobagionum nostrorum in eadem commorancium compacientes, matura deliberacione inter nos prehabita, eisdem pro restauracione ipsius possessionis ecclesie nostre, unanimi voluntate per execucionem providorum virorum Michaelis rufi filii Joannis et alterius Michaelis Patren filii Pauli magni iobagionum nostrorum in eadem commorancium, ad scitum nobilium virorum Stephani de Gethye, Andree magni de Mendzenth et alterius Andree Safar familiarium nostrorum, item Petri de Egri et alterius Petri de Zegy, temporibus virorum religiosorum dominorum fratrum Ladislai de Myle prioris, et Joannis Chernel de Zenthiacab custodis ecclesie nostre predicte, eosdem ab omni onere servitutis et census eximentes et alleviantes, hanc libertatis graciam perpetuo duraturam duximus facien-

dam, quod populi et iobagiones nunc in eadem possessione residentes et residendi, annuatim nobis et ecclesie nostre nil plus dare et solvere teneantur, nisi singulis annis octavo die festi beate Lucie virginis et martyris viginti quatuor florenos presentis monete et unam pecudem saginatam, quam pro centum denariis emere possent, ac octavo die festi beate Elene regine similiter totidem viginti quatuor florenos et unam pecudem saginatam centum denarios valentem, aut valorem earumdem pecudum, ac de qualibet porta unum cubulum pabuli et unum pullum dare et solvere, ac pontem de dicta Zalawar usque ad predictum nostrum monasterium, exceptis duobus pontibus ligneis inibi existentibus, cum ramis bene ut decet conservare teneantur, et quod iudicem inter se eligere et constituere valeant, qui omnes et singulas causas, demptis causis concremacionis domus et heresis, ac aliis mortem hominum concernentibus officiali nostro seculari relictis, inter se iudicare et diffinire valeant atque possint. In causis eciam eorum alias exequendis volumus et permittimus eosdem adiuvare. Si quis autem hanc libertatem prefatis nostris iobagionibus per nos modo premisso factam infringere et violare attentaverit, indignacionem dei omnipotentis eiusque genitricis gloriose Marie virginis ac sancti Adriani et omnium sanctorum senciat se incursurum. In cuius rei memoriam, perpetuamque firmitatem presentes concessimus literas nostras privilegiales, pendentis et autentici sigilli nostri conventus munimine roboratas. Datum in festo Omnium Sanctorum, anno domini Millesimo quadringentesimo tredecimo.

Zsigmond királynak 1414. évi, a zalavári convent ltárában őrzött átiratából. Nagy Imre.

168. *Zsigmond király előtt egy részről Asszonyfalvi Osl Gergely és neje Agatha, más részről Gersei Pethő Tamás és János s társaik, a köztük fenforgó peres ügyekre nézve egyezséget vallanak. Buda, 1414. jan. 13.*

Nos Sigismundus dei gracia romanorum rex semper augustus ac Hungarie etc. rex, memorie commendamus, quod magistris Gregorio filio Osl de Azzonfalva, Johanne et

Thoma filiis Pethew de Gelse *(így)*, Nicolao filio Gregorii de Kawas et Georgio dicto Kaloz de Kalozfalva coram nobis personaliter constitutis, confessum extitit per eosdem in hunc modum, quod quamvis inter ipsos, puta magistrum Gregorium et nobilem dominam Agatha vocatam consortem suam ex una, nec non alios supranominatos ex altera partibus nonnulle discordie, controversie, rixe, iurgia, facta potenciaria, hominum interfecciones, vulneraciones, verberaciones, captivaciones, rerum et bonorum ablaciones et cetera malorum genera emersissent et hinc inde commisse fuissent et patrata, nonnullas eciam inquisiciones, protestaciones et quosdam alios processus contra se se fecissent et fieri procurassent, postremoque se ipsos in presenciam prelatorum et baronum nostrorum diversis querimoniis provocando perduxissent, tamen reverendissimo in Christo patre domino Johanne archiepiscopo Strigoniensi ac aule nostre regni Hungarie cancellario etc. magnifico viro Paulo de Ezdege alias bano Sclavonie, magistris Johanne preposito Bachiensi vicecancellario nostro et Jacobo causarum in speciali presencia nostra vertencium diffinitoret, pluribusque aliis probis et nobilibus viris inter ipsos de pace tractantibus, ad talem composicionem et unionem concordie devenissent, imo tam idem magister Gregorius filius Osl onus predicte domine consortis sue in subscriptis penitus et omnino in se assumendo, quam prefati magistri Johannes, Thomas, Nicolaus et Gregorius personaliter, devenerunt nostro in conspectu: quod ipse magister Gregorius filius Osl quosdam duos homines nunc familiares suos, videlicet Johannem et Dominicum Edeuch dictos, quos antefati magistri Johannes et Thomas filii Petev eorum familiares et procuratores domorum curiarum et bonorum ipsorum extitisse et ab eis non obtenta licencia contra ipsorum voluntatem, imo ipsis per dictum magistrum Gregorium abductos fuisse asserebant, nec apud se nec in suis et dicte domine consortis sue curiis et possessionibus quibuscunque ulterius conservare seu retinere, sed quamprimum ad suam domum pervenire eosdem licenciarie et a se abire facere, de ceteroque eosdem aut aliquem ipsorum nusquam ad se et ad suas ac dicte domine consortis

sue curias et possessiones recipere et admittere, eis in nullo penitus publice vel occulte directe vel indirecte quocunque favore vel auxilio prodesse vel adesse, ex parte vero aliorum duorum iobagionum suorum, videlicet Stephani filii Kala et Georgii filii Mathie, per quos iidem magistri Johannes et Thomas nonnullas fruges in allodio ipsorum in possessione eorum Mendzenth vocata habito existentes in anno proxime preterito combustas fore asserebant, eisdem magistris Johanni et Thome octavo die octavi diei festi Pasche domini proxime venturo, iuxta cognicionem et arbitrium quatuor proborum et nobilium virorum per partes equanimi voluntate eligendorum et adducendorum, in possessione sua Salamonvara vocata iudicium facere, ubi eciam de cetero antefati Stephanus filius Kala et Georgius eisdem magistris Johanni et Thome quidquam damni seu nocumenti inferre presumserint, ex parte eorumdem semper tocies quocies expedierit, iuxta arbitrium et intelligenciam consimilium quatuor proborum et nobilium virorum iudicium et iusticiam facere assumsisset, imo assumsit tenebiturque ac debebit. Item quia prelibatus Nicolaus filius Gregorii quosdam duos iobagiones suos per homines et iobagiones ipsius magistri Gregorii, signanter vero Gallum clavigerum, Stephanum filium Kala, Georgium filium Mathie in Lwe, ac Emericum sartorem in Salamonvara possessionibus eorumdem magistri Gregorii et domine consortis sue commorantes, aliosque nonnullos in libera via procedentes letaliter vulneratos de mandato et commissione eorumdem magistri Gregorii et domine consortis, eodem magistro Gregorio se et dictam dominam in eo penitus inscios et inculpabiles esse referente, ipse vero magister Gregorius hoc ut prefatus Nicolaus filius Gregorii missis quibusdam suis familiaribus et iobagionibus, manibus armatis ad possessionem suam Salamonvara predictam, ibidem unum familiarem suum diris verberum et vulnerum plagis sauciari fecisset, eodem Nicolao in hoc se ipsum similiter innoxium fore referente, contra invicem asserebant. Ideo quilibet eorum, videlicet idem magister Gregorius in eo, quod ipse et dicta domina consors sua in premissa accione et acquisicione annotati Nicolai innocentes sint et immunes,

tercio se nobilibus, ipse vero Nicolaus similiter in eo quod ipse in tota]i premissa accione et aquisicione eiusdem magistri Gregorii contra ipsum proposita innocens existat et immunis, similiter tercio se nobilibus, octavo die dicti festi Pasche domini proxime venturi coram capitulo Castriferrei iuramenta prestare, et tandem octavo die dicti octavi diei idem magister Gregorius ex parte prenominatorum Galli clavigeris, Stephani filii Kala, Georgii filii Mathie et Emerici sartoris ceterorumque omnium iobagionum et famulorum impossessionatorum suorum et dicte domine consortis sue in premissis pro culpabilibus denotandorum, in possessione sua Salamonvara, et immediate die crastino antefatus Nicolaus filius Gregorii consimiliter ex parte omnium iobagionum et famulorum suorum impossessionatorum pro culpabilibus nominandorum, signanter vero Andree de Kwthys et generi sui in Kawas residencium, qui in premissa vulneracione precipue fuisse culpabiles dicebantur, in eadem possessione sua Kawas, semper et ambo iuxta cognicionem et arbitrium quatuor proborum et nobilium virorum per partes equaliter eligendorum et adducendorum, ac coram testimonio dicti capituli iudicium et iusticiam facere teneantur; preterea idem magister Gregorius super eo, quod ipse in interemcione cuiusdam iobagionis annotati Georgii dicti Kaloz, ut idem Gregorius asserebat in fine ville sue Kaloz predicte per Johannem Mathees, Jacobum filium Mathei in Jakou et Vallentinum villicum in Gywrkefalva residentes, iobagiones eorumdem magistri Gregorii et domine consortis sue, alios iobagiones familiares eorum de mandato et voluntate ipsorum magistri Gregorii et domine consortis sue, prout idem Georgius dicebat interfecti, ipse scilicet magister Gregorius et domina consors sua innocentes sint et immunes, tercio se nobilibus in eodem octavo die festi Pasche domini proxime venturo coram dicto capitulo iuramentum prestare, et demum in predicto octavo die octavi diei ipsius festi Pasche prenotate ex parte annotatorum Johannis, Jacobi et Valentini aliorumque omnium iobagionum et famulorum impossessionatorum eiusdem magistri Gregorii et domine consortis sue pro culpabilibus nominandorum, secundum cognicionem et

arbitrium quatuor proborum et nobilium virorum per partes equaliter eligendorum, in dicta possessione sua Salamonvara coram testimonio prefati capituli iudicium et iusticiam facere teneatur, tam super interemcione prenotata quam super annihilacione et depascione frugum eiusdem in porcione sua possessionaria seminatorum, prout idem asserebat factis per iobagiones eiusdem magistri Gregorii prenotatos; super universis autem et singulis aliis discordiis, controversiis, rixis, iurgiis, factis potenciariis, hominum vulneracionibus, verberacionibus, interemcionibus, captivacionibus, rerum et bonorum ablacionibus et quibusvis malorum et damnorum illacionibus, quandocunque et quociescunque ac quomodocunque hucusque inter partes prenotatas hincinde factis, patratis et commissis, demtis tantummodo factis possessionariis et capitalibus sentenciis, se se mutua vicissitudine expeditos convictos et omnimodo absolutos commisissent et reddidissent, imo commiserunt et reddiderunt coram nobis. Cunctis literis inquisicionalibus protestatoriis, causalibus et iurgiosis ac aliis quibusvis, demtis solum factum possessionarias et finitas sentencias capitales concernentibus, viribus destitutis, cassatis et annullatis presencium literarum nostrarum patrocinio et testimonio mediante, quas sigillo nostro maiori quo ut rex Hungarie utimur, fecimus consignari. Datum Bude, octavo die festi Epiphaniarum domini, anno eiusdem M° CCCC° quartodecimo; regnorum autem nostrorum anno Hungarie etc. XX-mo septimo, Romanorum vero quarto.

Hátlapján pecsét maradványaival; eredetije a gróf Festetics cs. ltárában, Keszthelyen. Castrifer. 134. Nagy Imre.

169. *Az alispánok és szolgabírák bizonyítják, hogy Alsólindvai Bánfi István, birtokai után a kamara haszna czímén ötven arany forintot megfizetett. Kapornak, 1414. mart. 8.*

Nos magister Bartholomeus de Megyes ac Benedictus de Bede vicecomites magistri Johannis filii Petheu de Gerse comitis comitatus Zaladiensis et iudices nobilium eiusdem comitatus, memorie commendamus, quod quia magister Stephanus filius condam Johannis bani de Alsolyndva quinqua-

ginta florenos auri puri racione lucri camare regalis de suis tenutis et possessionibus magistro Luce de Alba regali, officiali magistrorum Valentini, Dominici et Ladislai filiorum Vynche comitum ipsius lucri camare regalis plene persolvit et integre, ideo ipse magister Lucas exactor dicti lucri camare eundem magistrum Stephanum super premissa solucione ipsius lucri camare, videlicet quinquaginta florenis auri puri, expeditum reddidit atque satisfactum, modis omnibus absolutum coram nobis, presencium testimonio mediante. Datum in Kapornuk, feria quinta proxima post dominicam Reminiscere, anno domini M° quadringentesimo quartodecimo.

Hátlapján több pecsét nyomaival, melyek azonban papirral leragasztatván, nem látszanak; eredetije az Orsz. Ltárban, dipl. oszt. 10183. Nagy Imre.

170. *Zsigmond király, Ákosházi István fiait: Lászlót, Lőrinczet és Benedeket, Ákosháza nevű birtokukban új adomány czímén megerősíti. Pontestura, 1414. jun. 24.*

propria commissio domini regis.

Nos Sigismundus dei gracia Romanorum rex semper augustus, ac Hungarie etc. rex, memorie commendamus tenore presencium significantes quibus expedit universis, quod nos consideratis et in armario nostri pectoris digna mentis meditacione pensatis multimodis fidelitatibus et fidelium obsequiorum innumeris ac laude attolendis meritis, virtuosis gestis et sinceris complacenciis, quibus fidelis noster dilectus familiaris Ladislaus filius Stephani de Akushaza a iuventutis sue gadibus nobis et sacro nostro diademati sub diversitate locorum et temporum, integra fide, pervigili sollicitudine, alacri voluntate, nec damna curando, nec pericula advertendo, sicut in prosperis sic et adversis nostris et regni nostri arduis agendis, diebus non diutine elapsis, considerata presencium nostrorum negociorum arduitate, de regno nostro Hungarie predicto non vocatus non coactus, sed sincere fidelitatis devocione, qua semper nostro in conspectu summopere maluit prepollere comitatus, assumtis secum decenti familiarium caterva et aliis ad id necessariis, de bonis suis

propriis discedens, ad nostram in has Italie partes se transferendo, maiestatem non cessavit neque desinit toto mentis affectu complacibiliter ad nutum nostre voluntatis familiari, racione quorum licet ipse a nobis multoplura antidotorum premia digne et merito enancisci meretur, in aliqualem tamen premissorum suorum serviciorum recompensam, volentes sibi benevolenciam nostram munificam ostendere et graciosam, et ut aliis huiusmodi facti sui execucio notabile cedat in exemplum, eandem possessionem ipsorum Akushaza in comitatu Zaladiensi existentem, in cuius dominio progenitores eorum pacifice perstitissent, forent et ipsi de presenti, simul cum universis suis utilitatibus et pertinenciis, signanter terris arabilibus cultis et incultis, silvis, nemoribus, pratis, fenetis, aquis aquarumque decursibus, et generaliter cunctarum utilitatum integritatibus, quovis nominis vocabulo vocitatis, sub suis veris et antiquis metis, quibus ab olim rite tenta fuit et possessa, ex certa nostra sciencia, prelatorum et baronum nostrorum ad id accedente consilio, prefato Ladislao et per eum Laurencio et Benedicto carnalibus fratribus suis eorumque heredibus et successoribus universis, denuo et de novo, nove nostre donacionis titulo, omne ius nostrum quod in eadem nostram quibusvis modis et causis concernere posset maiestatem, in ipsos et eorum heredes et successores prenotatos plenarie transferendo, dedimus, donavimus et contulimus, imo damus, donamus et conferimus perpetuo et irrevocabiliter possidendam, tenendam et habendam, salvo iure alieno, harum nostrarum vigore et testimonio literarum mediante, quas nos in formam nostri privilegii redigi faciemus, dum nobis in specie fuerint reportate. Datum in Pontestura, in festo nativitatis Johannis Baptiste, anno domini Millesimo quadringentesimo decimo quarto, regnorum nostrorum anno Hungarie etc. vigesimo octavo, Romanorum vero IV-to.

Koppi-féle kézírati gyűjt. N. Muzeum. 2301. fol. lat. 279. l.; u. ott megvan 281. l. Zsigmond király hasonló kelettel kiadott másik oklevele, melyben Ákosházi László érdemei között felsorolja, hogy nevezett László «unacum fidelibus nostris pro certorum castrorum et fortaliciorum conservacione et gubernacione, in subsidium

nonnullorum nostrorum fidelium Italicorum seu Lombartorum et presertim famosi et egregii Lancztorh de Byaria et ad refrenandos ibidem nonnullos nostros rebelles inibi remanente, laudabiliter studuit (nobis et sacro diademeti regio) famulari.» Az oklevelek eredetijei, Koppi jegyzeteiből következtetve, valószinüleg a jászai convent ltárában létezhetnek Nagy Imre.

171. *Zsigmond király meghagyja a zalavári conventnek, hogy Vátkai Dénes fiát Miklóst és fiait, Fenék nevü Zala vármegyei birtokukba iktassa. Visegrád, 1415. apr. 7.*

Sigismundus dei gracia Romanorum rex semper augustus ac Hunorum *(igy)* etc. rex, fidelibus suis conventui ecclesie Zaladiensis salutem et graciam. Dicitur nobis in personis Nicolai filii Dionisii de Wathka, Emerici, Michaelis, Demetrii et Dionisii filiorum eiusdem, quod ipsi in dominium cuiusdam possessionis Fenek in comitatu Zaladiensi existentis et ipsos perennali concambiali permutacionis titulo concernentis . . . . . vellent introire; super quo fidelitati vestre firmiter precipiendo mandamus, quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio fidedignum, quo presente Sebastianus filius Laurencii de Karmach, vel Sigismundus de eadem, aut Johannes filius Laurencii ab eadem aliis absentibus, homines nostri, ad facies dicte possessionis, vicinis et commetaneis eiusdem universis inibi legitime convocatis et presentibus accedendo, introducat prefatum Nicolaum et alios prescriptos in dominium eiusdem, statuatque eandem eisdem cum omnibus utilitatibus et pertinenciis iure ipsis incumbenti perpetuo possidendam si non fuerit contradictum, contradictores vero si qui fuerint, evocet ipsos contra ipsum Nicolaum et alios prescriptos nostram specialem in presenciam ad terminum competentem, racionem contradiccionis eorum reddituros; et post hec ipsarum introduccionis et statucionis seriem cum nominibus contradictorum et evocatorum si qui fuerint, terminoque assignato, eidem nostre speciali presencie fideliter rescribatis. Datum in Wysegrad, in dominica Quasimodo geniti, anno domini Millesimo quadringentesimo quinto decimo.

A zalavári convent bizonyságleveléből, mely szerint Balázs szerzetes Karmacsi János kir. emberrel 2° die f. Ascensionis domini 1415. a beiktatást teljesítették, ellenmondás nem történt; a convent

levelét eredetiben Keszthelyen a gr. Festetics cs. levéltárában őrzik. Zaladien. 76. Nagy Imre.

172. *Eberhard zágrábi püspök megkéri Gersei Pethő János főispánt s az alispánt és szolgabírákat, hogy szolgáját Fenéki Miklóst, kit bizonyos dolgaiban Tátika és Rezi várak vidékére küldött, a török ellen elrendelt általános felkeléstől mentsék fel. Csazma, 1415. május 18.*

Nos Eberhardus dei et apostolice sedis gracia episcopus Zagrabiensis summusque cancellarius regie maiestatis. Vos nobilem virum magistrum Johannem filium Pethew de Gelse *(így)* comitem Zaladiensem fratrem nostrum karissimum vestrosque vicecomites et officiales ac iudices nobilium comitatus eiusdem, requirimus et sinceris affectibus deprecamur, Nicolaum filium Dionisii de Feneek, familiarem nostrum specialem, quem in nostris agendis circa castra nostra Tadyka et Rezy vocata dimisimus et deputavimus, a processu presentis exercitus contra turkos generaliter instaurati, velitis habere expeditum et supportatum, nullam sibi iniuriam, damnum et impedimentum in possessionibus, rebus atque bonis racione previa inferendo seu inferri faciendo aut permittendo, nostri intuitu et amore; in Christo valete. Datum Chasme, in vigilia festi Penthecostes, anno domini Millesimo CCCC° quinto decimo.

Vörös viaszba nyomott gyűrűs pecséttel; eredetije a gr. Festetics cs. ltárában, Keszthelyen. Zaladien. 77. Nagy Imre.

173. *Zsigmond király hívének, Szécsi Miklósnak bizonyos lovászi részbirtokot adományoz. Konstancz, 1415. aug. 11.*

comissio propria domini regis.

Nos Sigismundus dei gracia Romanorum rex semper augustus, ac Hungarie etc. rex, memorie commendamus tenore presencium significantes quibus expedit universis, quod nos recensitis et in regalibus precordiis digna mentis meditacione revolventes preclaras fidelitates, eximia virtutum merita et laudedigna obsequia, sinceras et virtuosas complacencias fidelis nostri dilecti magnifici Nicolai de Zeech pridem ianitorum nostrorum regalium magistri, nunc vero comi-

tis, Castriferrei quibus idem maiestati nostre in quampluribus nostris et regni nostri negociis et agendis, prosperis scilicet et adversis, sub diversitate locorum et temporum, non parcendo rebus suis et persone, se et sua pro nostri regii honoris incremento et uberrimo comodo fortune casibus submittendo, per suorum laudabilium operum efficacem et indefessam sollicitudinem fervide et intrepide studuit anhelatque in futurum se nostre gratum offerre maiestati, cupientes eidem premissorum suorum serviciorum intuitu regio occurrere cum favore, quasdam septem sessiones cum media iobagionales, in possessione Lowaz vocata in comitatu Zaladiensi existenti habitas, iuxta fluvium Karda appellatum adiacentes, iuxta regni nostri consvetudinem ad manus nostras regias rite et legitime devolutas, nunc per quosdam uti iurium nostrorum regalium celatores sub taciturnitatis silencio ut asseritur tentam et possessam, simulcum universis suis utilitatibus et pertinenciis quibuscunque, utputa terris arabilibus cultis et incultis, pratis, fenetis, silvis, virgultis, campis, pascuis, vineis, montibus, vallibus, aquis, molendinis aquarumque decursibus, et generaliter utilitatum *(igy)* integritatibus, quovis nominis vocabulo vocitatis, sub eisdem veris et antiquis limitibus quibus eedem ab olim rite tente fuerint et possesse, ex certa nostra sciencia, prelatorumque et baronum nostrorum sano exinde prehabito consilio, annotato Nicolao de Zeech et per eum Johanni, Stephano et Nicolao filiis eiusdem ipsorumque heredibus et posteritatibus universis, nove nostre donacionis titulo ac omni eo iure quo eedem nostre rite et legitime incumbunt collacioni, dedimus, donavimus et contulimus, imo damus, donamus et conferimus iure perpetuo et irrevocabiliter possidendas, tenendas pariter et habendas, salvo iure alieno, harum nostrarum vigore et testimonio literarum mediante, quas dum nobis in specie reportate fuerint, in formam nostri privilegii redigi faciemus. Datum Constancie, in festo beati Tiburcii martyris, anno domini Millesimo quadringentesimo quintodecimo, regnorum nostrorum anno Hungarie etc. XXIX-mo, romanorum vero quinto.

Hártyán, belől pecséttel; eredetije a herczeg Batthyány család levéltárában, Körmenden őriztetik. Ugyanott megvan 1415.

évről a vasvári káptalannak a beiktatásról szóló jelentése is, mely szerint Nicolaus filius condam domini Nicolai de Zeech palatini de Felseu-Lendva, Johannes, Stephanus et Nicolaus filii eiusdem domini Nicolai de eadem, a föntírt birtokba beiktattattak; a kijelelt kir. emberek valának: Gregorius de Kalusfalua, Gregorius de Bessenew, Stephanus literatus de Pacha, Stephanus de Rathk. A beiktatás minden ellenmondás nélkül megtörtént. Nagy Imre.

174. *A vármegye szolgabírái bizonyítják, hogy Gersei Pethő János és Tamás, Apáti Kopasz Péter fiát Miklóst bizonyos malom és a Peleske folyón túl fekvő földek elzálogosításától tiltották. Kapornak, 1416. febr. 20.*

Nos Anthonius filius Dominici de Bechuelg ac Georgius filius Nicolai de Bebus iudices nobilium comitatus Zaladiensis memorie commendamus, quod nobis feria quinta proxima post festum beati Valentini martyris in sede nostra iudiciaria sedentibus causalesque processus iusto iuris tramite discernentibus, magister Benedictus de Bede in persona egrediorum *(így)* virorum magistrorum Johannis et Thome filiorum Petheu de Gerse, ac Ladislai et Dionisii filiorum eiusdem magistri Johannis, in figura nostri iudicii comparendo, Nicolaum filium Petri dicti Copaz de Apaty ab impignoracione cuiusdam molendini sui Twlmalon vocati in fluvio Zala decurrentis, ac terris arabilibus ultra fluvium Peleske ab occidente existentibus, alios vero universos et quoslibet pro pignore recepcione earumdem, specialiter magistrum Benedictum de Bucha in dominium eiusdem molendini ac terrarum predictarum se quoquomodo vel qualitercunque intromissione, usuum fructuum et quarumlibet utilitatum earumdem percepcione factis vel faciendis, nominibus quibus supra prohibuit contradicendo et contradixit inhibendo coram nobis, lege regni requirente. Datum in Kapornak, feria quinta antedicta, anno domini Millesimo CCC° sedecimo.

Hátlapján két pecsét nyomaival; eredetije Keszthelyen a gróf Festetics cs. ltárában. Zaladien. 79. *a.* Nagy Imre.

175. *De Vicedominis Máté esztergomi vicarius, Demeter tihanyi apátnak az arácsi, kéki, füredi, kövesdi, örményesi, dörgicsei stb. tizedek miatt fenforgó vitás ügyében ítél. Esztergom, 1416. mart. 31.*

Nos Matheus de vicedominis de Placencia, utriusque iuris doctor, archidiaconus Nitriensis et canonicus in ecclesia Strigoniensi, necnon reverendissimi in Christo patris et domini Johannis miseracione divina et apostolice sedis gracia archiepiscopi Strigoniensis locique eiusdem comitis perpetui primatis et dicte sedis legati nati etc. vicarius in spiritualibus et causarum auditor generalis, notum facimus tenore presencium quibus expedit universis, quod nuper in dicti domini nostri archiepiscopi et nostri pro parte venerabilium dominorum de capitulo ecclesie Wesprimiensis noticiam deducto, quomodo venerabilis et religiosus dominus frater Demetrius abbas monasterii de Tykonio ordinis fratrum sancti Benedicti Wesprimiensis diocesis, certas decimas cum earum quartis possessionum suarum, in quibus ipsum capitulum et domini ex eodem in pacifica possessione levandi et percipiendi fuissent et essent, nisus fuisset et niteretur pro se certarum literarum nostrarum vigore occupare, diceretque eas(dem) ad se pertinere; super quo inter easdem partes eciam alie litere nostre fuissent obtente, sed tandem in ipsa causa in nonnullis actibus ulterioribus propter suspensionem causarum in recessu eiusdem domini nostri archiepiscopi versus Constanciam et sacrosanctam synodum que in eadem celebratur fuisset processum, ipseque dominus frater Demetrius abbas medio tempore horum respectu taliter laborasset, quod propter dicti domini nostri archiepiscopi et legati ac nostram absenciam et causarum . . . . . suspensionem ius eiusdem capituli absorberi niteretur, et quia dicti domini nostri archiepiscopi et legati non fuerat nec est intencionis ut aliqua . . . . . cium in suis iuribus debuisset et debeat difraudari, commisit et mandavit idem dominus noster archiepiscopus, et nos commisimus et mandavimus honorabili (viro dom)ino Andree archidiacono de Kamaron et canonico in dicta ecclesia Strigoniensi, de quo singulariter gessit et nos gerimus in hac parte fiduciam, advocatis par-

tibus . . . . . competenti eisdem utrisque partibus in sui presenciam et cognosceret, que . . . . . anno proximo preterito et retro in ipsarum decimarum et quar . . . . . possessione extitisset diligenter . . . . . et oculata fide cognoscere debuisset et quam parcium in ipsarum decimarum p . . . . . pacifice permittere debuisset accione super proprietate et perpetuitate earumdem divisa in suspenso, qui dominus Andreas archidiaconus ipsius domini (nostri archiepiscopi) et noster in hac parte commissarius, volens ut tenebatur mandatis sibi in hac parte iniunctis obedire, vocatis partibus ad certum locum adhoc . . . . . esserat et deinde ad nos regrediendo nobis referebat, quod ipse feria secunda proxima ante festum annuncciacionis beate Marie virginis gloriose proxime preteritum, vocatis ipsis partibus, ad villam Fyred ad episcopatum Wesprimiensem et predictos abbatem et capitulum pertinentem accessisset, ubi per diligentem p . . . . . m et aliis que adhoc pertinere dinoscebantur visis et intuitis, ipsum capitulum in possessione integrarum decimarum, super quibus quescio movebatur, videlicet (possessione) Apati extra murum et fossatum ibidem existenti et aliarum porcionum possessionariarum ipsius domini abbatis, scilicet in Arach, Kek, Fyred predicta, Syske, A(ssofew), Kewesd, Ermenes, Odwary, Zewles, Kyspechel et Dergeche sancti Petri vocatis habitarum, in possessione vero integrarum decimarum intra predictum murum et fossatum dictum dominum abbatem reperisset, propter quod ipsas ambas partes reliquisset in possessione modo superius declarato integrarum decimarum earumdem et partibus eisdem iure possessorio perfrui permisisset, in quibus et nos easdem partes sic in huiusmodi iure possessorio dimittimus et relinquendas esse et debere volumus et decernimus; inhibicion es, suspensionem et omnes processus, videlicet domini nostri predicti et nostros super premissis qualitercunque emanatas revocando in his scriptis, in quantum duntaxat essent contra premissam commissionem prefato domino Andree archidiacono ut premittitur factam. Datum Strigonii, feria tercia proxima post predictum festum annuncciacionis beate Marie virginis, nostro

minori sub sigillo pendenti, anno domini Millesimo quadringentesimo decimo sexto. Conradus notarius.

Eredetije rongált hártyán, a veszprémi káptalan levéltárában, Capsula II. «Arács» csomagban őriztetik. A pecsét kék és piros selyemről függött. Véghely D.

176. *Abetzier János prépostnak mint a szent-széktől kiküldött egyházi bírónak ítélete ugyanazon ügyben. Konstancz, 1416. jun. 17.*

Johannes Abetzier prepositus ecclesie Warmiensis, apostolice sedis capellanus, sacrique palacii apostolici causarum et cause ac partibus infrascriptis auditor specialiter deputatus, universis et singulis dominis abbatibus, prioribus, prepositis, decanis, archidiaconis, scolasticis, cantoribus, custodibus, sacristis, canonicis tam cathedralium quam collegiatarum, parochialiumque rectoribus ecclesiarum et locatenentibus eorumdem, plebanis, viceplebanis, capellanis curatis et non curatis, clericis, notariis et tabellionibus publicis quibuscunque per civitatem et diocesim Vesprimiensem ac alias ubilibet constitutis et eorum cuilibet in solidum ad quem vel ad quos presentes nostre litere pervenerint, salutem in domino, et mandatis nostris huiusmodi imo verius apostolicis firmiter obedire. Nuper reverendissimus in Christo pater et dominus dominus Johannes miseracione divina episcopus Ostiensis, sancte Romane ecclesie cardinalis et vicecancellarius ad hoc tam prout sibi suo ex officio incumbebat quam ex ordinacione et determinacione sacrosancte generalis sinodi Constanciensis specialiter deputatus, quandam commissionem sive snpplicacionis cedulam nobis per certum apostolice sedis cursorem presentari fecit, quam nos cum ea qua decuit reverencia recepimus huiusmodi sub tenore: Dignetur V. R. p. causam et causas quam et quas devoti vestri prepositus, lector cantor et custos ac canonici et capitulum ecclesie Vesprimiensis movent seu movere intendunt contra et adversus venerabilem patrem Demetrium abbatem et conventum monasterii beati Aniani de Tichonio Vesprimiensis diocesis, de et super decimis provenientibus ex villis Arach, Kyk, Fired, Sewles, Kyspechel, Vaason, Asofew, Apathy, Kewesd, Urminis, Udwari dicte diocesis, et ipsarum occasione parte ex altera alicui de

dominis auditoribus sacri palacii apostolici causarum committere audiendas, cognoscendas et fine debito terminandas, cum omnibus et singulis suis emergentibus incidentibus dependentibus et connexis, et cum potestate citandi dictos dominos abbatem et conventum coniunctim et divisim in curia et extra curiam partes quociens opus erit, non obstante quod cause huiusmodi non sint de ipsarum natura ad curiam Romanam legitime devolute, neque in ea de iuris necessitate tractande seu finiende in contrarium editis non obstantibus quibuscunque; in fine vero dicte commissionis sive supplicacionis cedule scripta erat de alterius manus litera superiori litere ipsius cedule penitus et omnino dissimili et diversa hec verba, videlicet: audiat magister Johannes Abetzier, citet ut petitur et iusticiam faciat. Post cuiusquidem commissionis sive supplicacionis cedule presentacionem et recepcionem nobis et per nos ut premittitur factas, fuimus per honorabilem et circumspectum virum dominum Nicolaum de Liptovia prepositum ecclesie Vesprimiensis, unus ex principalibus principaliter pro se ipso et sindicatorio et procuratorio nomine venerabilium et circumspectorum virorum dominorum lectoris, cantoris, custodis ac canonicorum et capituli ecclesie Vesprimiensis, prout de ipsius sindicatus et procuracionis mandato nobis legitima extitit facta fides, coram nobis constitutum, debita cum instancia requisiti, quatenus sibi citacionem extra Romanam curiam et ad partes contra et adversus venerabilem et religiosum virum dominum Demetrium abbatem et conventum monasterii beati Aniani de Tichonio Vesprimiensis diocesis, ex adverso principales in dicta nobis facta et presentata commissione, ex adverso principaliter nominatos iuxta vim formam et tenorem commissionis prenarrate in forma solita et consveta decernere et concedere dignaremur. Nos igitur Johannes auditor prefatus attendentes requisicionem huiusmodi fore iustam et consonam racioni, volentesque in causa et causis huiusmodi rite et legitime procedere ac partibus ipsis dante domino iusticiam ministrare ut tenemur, idcirco auctoritate apostolica qua fungimur in hac parte, vos omnes et singulos supradictos et vestrum quemlibet in solidum tenore presencium primo

secundo, tercio et peremtorie coniunctim et divisim requirimus et monemus, vobisque nihilominus et vestrum cuilibet in virtute sancte obediencie et sub excommunicacionis pena, quam in vos et vestrum quemlibet canonica monicione premissa ferimus in his scriptis, si non feceritis quod mandamus, districte precipiendo mandamus, quatenus infra sex dierum spacium post presentacionem seu notificacionem presencium vobis vel alteri vestrum factas immediate sequencium, quorum sex dierum duos pro primo, duos pro secundo, et reliquos duos dies vobis universis et singulis pro tercio et peremtorio termino ac monicione canonica assignamus, prefatum dominum Demetrium abbatem in eius propria persona si ipsius presenciam comode habere poteritis, alioquin in hospicio habitacionis sue si ad id tutus pateat accessus, ac in parachiali *(igy)* sub qua deget et moratur, sin autem in cathedrali Vesprimiensi et dicta parachiali ecclesiis conventum vero in loco conventuali conventualiter congregatum, sin autem in eodem et in dicta cathedrali aliisve ecclesiis, et locis publicis, ubi quando et quociens expediens fuerit et prout fueritis requisiti seu alter vestrum fuerit requisitus, ita quod sic verisimiliter citacionem nostram huiusmodi ad ipsorum abbatis et conventus monasterii beati Aniani de Tichonio predictis noticiam pervenire publice alta et intelligibili voce peremtorie citare curetis, quos nos eciam tenore presencium sic citamus, quatenus quadragesima die post citacionem huiusmodi per vos vel alterum vestrum factas inmediate sequenti, si dies ipsa quadragesima iuridica fuerit et nos vel alter forsan loco nostri surrogandus auditor ad iura reddendum pro tribunali sederimus vel sederit, alioquin prima die iuridica extunc immediate sequenti, qua nos vel surrogandum predictum Constancii vel alibi ubi tunc forsan Romanam curiam esse contigerit, in audiencia causarum apostolica in qua iura reddi solent, mane, hora causarum ad iura reddendum pro tribunali sedere contigerit, compareant in iudicio legitime coram nobis vel surrogando auditore predicto per se vel procuratorem seu procuratores suos idoneos ad causam et causas huiusmodi sufficienter instructos, cum omnibus et singulis actis, actitatis, literis, scripturis, instrumentis, iuribus et muni-

mentis causam et causas huiusmodi tangentibus et concernentibus, prefatis dominis preposito, lectori, cantori, custodi, canonicis et capitulo ecclesie Vesprimiensis predictis principalibus aut eorum legitimo procuratori seu procuratoribus de et super omnibus et singulis in dicta nobis facta commissione contentis et iusticia responsuri, aliasque in causa huiusmodi ad omnes et singulos actus necessarios gradatim et successive et usque ad diffinitivam sentenciam inclusive debitis et consvetis terminis et dilacionibus precedentibus ut moris est processuri et procedi visuri, aliasque dicturi, facturi, allegaturi et recepturi quod iusticia suadebit et ordo dictaverit racionis, certificantes eciam eosdem sic citatos quod sive in dicte citacionis termino ut premissum est comparere curaverint sive non, nihilominus ad ulteriora in huiusmodi causa prout iustum fuerit procedetur, dictorum citatorum absencia seu contumacia in aliquo non obstante, diem vero execucionis presencium et quidquid in premissis feceritis, nobis per vestras patentes literas aut instrumentum publicum, harum nostrarum literarum seriem seu designacionem in se continentes seu continens, remissis presentibus, fideliter intimare curetis; absolucionem vero omnium et singulorum qui prefatas nostras sentencias aut earum aliquam incurrerit quoquomodo, nobis vel superiori nostro tantummodo reservamus. In quorum omnium et singulorum fidem et testimonium premissorum presentes nostras literas sive presens publicum instrumentum, huiusmodi nostram citacionem in se continentes sive continens, exinde fieri et per notarium publicum nostrumque et huiusmodi cause coram nobis scribam infrascriptum subscribi et publicari mandavimus, nostrique sigilli iussimus appensionis muniri. Datum et actum Constancii provincie Maguntinensis in ecclesia sancti Stephani, pro audiencia causarum apostolica specialiter deputata, nobis inibi mane, hora causarum ad iura reddendum et causas audiendum loco nostro solito pro tribunali sedentibus, sub anno a nativitate domini Millesimo quadringentesimo sextodecimo, indiccione nona, die vero Mercurii decima septima mensis Junii, apostolica sede vacante; presentibus ibidem discretis viris magistris Gumperto Fabri et Leonardo de

Veenrode notariis publicis scribisque nostris, testibus ad premissa vocatis specialiter et rogatis.

Et ego Bernardus Kelle clericus Monasteriensis publicus apostolica et imperiali auctoritate notarius ac reverendi patris domini Johannis auditoris prefati huiusmodique cause coram eo scriba, quia predicte citacioni peticioni eiusque decreto omnibusque aliis et singulis premissis dum sicut premittitur fierent et agerentur, unacum prenominatis testibus presens interfui, eaque sic fieri vidi et audivi, ideoque... presens publicum instrumentum per alium me aliis occupato negociis fideliter scriptum exinde confeci, subscripsi, publicavi et in hanc publicam formam redegi, signoque et nomine meis solitis et consvetis unacum appensione sigilli dicti domini Johannis auditoris signavi, rogatus et requisitus in fidem et testimonium omnium et singulorum premissorum.

Eredetije a veszprémi káptalan ltárában, Capsula II. «Arács» csomagban őriztetik. A pecsét hiányzik. Véghely D.

177. *Gersei Pethő János főispán bizonyos szökevény jobbágyai miatt támadt peres ügyben Ostfi Jánossal békés egyezségre lép. Márványkő, 1417. apr. 12.*

Nos magister Johannes filius Pethew de Gersee comes comitatus Zaladiensis memorie commendamus universis et singulis presencium inspecturis, quod quia his proximis temporibus quidam iobagio noster Jacobus nomine simul cum domina uxore sua, quam quidem dominam a diuturnis seu adolescencie temporibus nostra in curia servavimus, nutrivimus et pavimus et thoro matrimonii secundum sancciones et instituta patrum maritavimus, furtim tamen et furtive fugitive cum aliquibus nostris rebus receperant, quos quidem nostros per certos homines maniri faciendo, in possessione magistri Johannis filii Osth fratris nostri invenissent, tandem vero cum aliquibus fratribus nostris nobilibus aliisque probis ipsum magistrum Johannem accepimus fraternaliter et secundum composiciones et ordinaciones ipsorum nobilium et proborum virorum ipsum Jacobum iobagionem nostrum simul cum domina uxore sua ac rebus per ipsos deductis reddere et restituere curavit, imo reddidit et restituit tali sub obliga-

cione, ut nos eundem magistrum Johannem fratrem nostrum antelatum omnibus litis presentibus et preteritis coram quovis iudice super huiusmodi factis illatis et perpetratis, a quibuslibet saltim contra magistrum Franciscum filium bani de Azzonfalwa comisimus expeditum, quitum et pacificum, testimonio presencium mediante, ipsum eciam Jacobum ac dominam uxorem suam nusquam tempore pro predicto facto et recessionis impediremus, imo eciam si idem magister Johannes filius Osth super predicta non contentaretur, extunc eidem literam expeditoriam capitulo ecclesie Castriferrei dare et conferre non postponimus. Datum in Marmankw, feria secunda proxima post festum Resurreccionis domini, anno domini M° quadringentesimo decimo septimo.

Belől zöld viasz gyűrüs pecsét maradványaival; eredetije az Ostffy cs. ltárában. J. 14. Nagy Imre.

178. *Zsigmond király meghagyja a Zala vármegyeieknek, hogy midőn Lévai Cseh Péter által felszólíttatnának, minden hadaikkal felülvén haladék nélkül hozzá csatlakozzanak. Buda, 1417. sept. 13.*

relacio Nicolai de Gara
regni Hungarie palatini etc.

Sigismundus dei gracia Romanorum . . . . . semper augustus ac Hungarie etc. rex, fidelibus suis universis nobilibus et possessionatis hominibus in comitatu Zaladiensi constitutis . . . . . salutem et graciam. Quia nos per alias literas nostras vobis in eo, ut vos cum vestris gentibus, equitibus scilicet et peditibus . . . . . teutonicos australes, qui regnicolis nostris signanter magnifico viro Petro Cheh de Lewa alias agazonum nostrorum magistro (ki ekkor Német-Ujvára ura volt) nonnullas . . . . . damna intulisse dicuntur, dum vobis per ipsum Petrum Cheh intimaretur, cum eodem ad nostra servicia accedere deberetis, mandasse recolimus; ideo sicuti per ipsas alias literas nostras sic et per presentes, vestre ac vestrum cuiuslibet fidelitati firmissime precipimus et mandamus, quatenus unacum vestris gentibus, equitibus scilicet et peditibus, dum per ipsum Petrum Cseh fueritis requisiti, secundum predictarum aliarum literarum contenta cum eodem insurgentes, contra ipsos theutonicos

exercitualiter ire et proficisci debeatis, fidelia servicia nobis et sacre nostre corone exhibituri; vobis autem in premissis secus facientibus, quod non credimus, commisimus et vigore presencium committimus fidelibus nostris comiti vel vicecomiti et iudicibus nobilium comitatus antefati, ut ipsi vos ad premissa facienda vigore aliarum literarum nostrarum, supe rinde ut dicitur vobis directarum, arccius compellant et astringant, secus igitur non facturi. Presentes autem sigillo nostro maiori, quo ut rex Hungarie utimur, fecimus consignari. Datum Bude, feria secunda proxima ante festum Exaltacionis sancte crucis, anno domini M° CCCC° decimo septimo, regnorum nostrorum anno Hungarie etc. XXX° primo, Romanorum vero septimo.

Hátlapján a nagy kir. felségi pecséttel, alatta a fönti szavak; eredetije Keszthelyen, a gróf Festetics család levéltárában. Zaladien, 80. *b.* Nagy Imre.

179. *Kanizsai János érsek levele Zsigmond királyhoz, melyben egyebek közt a Haholtiak által ellene elkövetett cselekedetekről panaszkodik, s különösen Haholti Miklósnak javait elfoglaltatni s magának adatni kéri. Esztergom, 1417 körül.*

Serenissime princeps et domine, domine noster graciosissime! De novitatibus hic in partibus apud nos vigentibus vestre serenitati aliud scribere non scimus, nisi quod istud regnum serenitatis vestre Hungarie undique existit in magna pacis tranquilitate, et literas quas hinc inde de novitatibus habuimus, per Lemellinum direximus vestre serenitati; eciam illa que de turcis ex insinuacione illustris domini despoti audire potuimus, per eundem Lemellinum vestre serenitati rescripsimus; eidem tamen vestre serenitati cogimur scribere, quod vestra serenitas a pluribus iam retrolapsis diebus de felici statu et prosperis successibus suis quidquam nobis minime intimare curavit; supplicamus igitur eidem vestre serenitati presentibus obnixe, quatenus de bono statu et felicibus successibus vestris dignemini nos informare, nam recreacionem et consolacionem recipimus semper specialem, et solum protunc leti esse possumus, quum de vestra serenitate prospera audiemus; preterea quemadmodum alias vestre

serenitati dixeramus, quod Nicolaus de Haholth domum nostram subtraxerat, nobis plurima damna inferendo, nuper Ladislaus de dicta Haholth («ad nos veniens» kitörűlve) taliter nos defraudavit, quod ad nos veniens rogabat, ut ipsum Nicolaum fratrem suum audiremus; cui respondimus, quod ipsum audire et ab eodem causam, cur domum nostram subtraxit? libenter scire vellemus; qui postquam vidit, quod ista sibi annuimus, rogabat nos ulterius, ut ipsum Nicolaum iterum ad nos recipere et huiusmodi nefas et damna per eundem commissa et perpetrata eidem indulgere dignaremur; et quia id facere noluimus, ipse ex adverso surrexit et recessit, et ipsum Nicolaum nobis non presentavit; vestra autem serenitas potest considerare, si illum qui domum nostram subtraxit et tantum nefas commisit, iterum ad nos recipere possumus an ne? Supplicamus igitur vestre serenitati, ut possessiones et iura possessionaria dicti Nicolai aut fideiussorum suorum, interim donec de damnis per ipsum ut fertur illatis, nobis satisfactum fuerit, nobis statui facere dignemini; pro certo enim non tantum dolemus de dampno sicut de scandalo in hac parte commisso, nam si ipse de tanto scelere impunitus evaderet, alii ad committenda similia cicius inclinarentur. Datum Strigonii, sabbato proximo ante dominicam Letare. Johannes, eiusdem vestre serenitatis devotus, Strigoniensis archiepiscopus.

Kivül: Serenissimo principi et domino, domino Sigismundo dei gracia romanorum regi semper augusto ac Hungarie etc. regi, domino nostro graciosissimo.

Záró pecsét nyomaival; eredetije az Országos Levéltárban, dipl. oszt. 10672. sz. Nagy Gyula.

180. *Péter esztergomi prépost előtt egyfelől a tihanyi apát, másfelől a veszprémi káptalan, a füredi, kéki, arácsi, aszófői, kövesdi stb. tizedek miatt köztük folyt vitás kérdések iránt egyezségre lépnek. Esztergom, 1418. mart. 1.*

In nomine sancte et individue Trinitatis, patris et filii et spiritus sancti, Amen. Petrus prepositus et canonicus alme metropolitane ecclesie Strigoniensis ac per venerabilem

virum dominum Henricum Flekel decretorum doctorem decanumque ecclesie Pataviensis apostolice sedis capellanum sacrique palacii apostolici ac causarum et cause necnon partibus infrascriptis a sacrosancta et generali synodo Constancensi auditorem specialiter deputatum iudex unicus et auditor surrogatus, universis Christi fidelibus presentibus pariter et futuris, presencium noticiam habituris, salutem in domino sempiternam. Ad universorum tam presencium quam futurorum noticiam harum serie volumus pervenire, quod cum nos ad exsecucionem mandati nobis per prefatum dominum Henricum Flekel d. d. directi inter partes procedere voluissemus, tunc religiosus vir dominus frater Demetrius abbas monasterii sancti Aniani de Tykonio Wesprimiensis diocesis, suo personaliter et conventus sui nominibus cum quodam publico procuracionis instrumento plenum et speciale mandatum ad infrascripta in se continens, ut prima facie apparuit manu discreti viri Johannis filii Michaelis de Kalmanchehy clerici dicte ecclesie Wesprimiensis diocesis anno ab incarnacione domini infrascripto, indiccione undecima, die vero vigesima prima mensis Februarii, pontificatus autem sanctissimi in Christo patris et domini domini Martini divina providencia pape quinti anno primo fideliter confectum, non viciatum nec in aliqua sui parte suspectum ab una, item honorabilis vir dominus Nicolaus archidiaconus de Segesd et canonicus in ecclesia Wesprimiensi vicariusque in spiritualibus et causarum auditor generalis loci eiusdem, similiter suo personaliter ac dominorum prepositi, lectoris, cantoris, custodis, canonicorum et capituli eiusdem ecclesie Wesprimiensis nominibus, similiter cum pleno procuracionis mandato manu prefati tabellionis confecto, vigesima quarta die mensis Januarii comparuerunt nostri in presencia, ac per eundem dominum fratrem Demetrium abbatem nominibus quibus supra, in solidum, sponte, libere et ex certa sciencia confessum extitit, et in veritate recognitum, quod licet ipse unacum dicto suo conventu quadam spe inani ducti, certas decimas dictorum dominorum prepositi, lectoris, cantoris, custodis, canonicorum et capituli ex villis et possessionibus Fyred, Keek, Arach, Apathy extrafossatum, Assofew, Kuwesd,

Ermenes, Wdwari, Zewlus, Kyspechel et Wassul vocatis, singulis annis eisdem dominis de capitulo more solito provenientes, semperque et ab antiquo provenire solitas de facto occupassent et occupatas tenuissent, easdemque decimas iidem abbas et conventus a suis tamen iobagionibus fere per spacia trium annorum tulissent et levassent, de et super quibus inter ipsum abbatem et suum conventum ac dominos prepositum, lectorem, cantorem, custodem, canonicos et capitulum tam in curia Romana quam extra lites et controversie mote fuissent et exorte et aliquamdiu ventilate, sed quia iidem dominus frater Demetrius abbas et conventus verissime recognovissent se ad easdem decimas in parte et in toto in specie et in genere nullum penitus habere ius ad easdem nec habuisse unquam, igitur ipsi domini fratres abbas et conventus propter comodum pacis easdem decimas prenotatarum villarum nulla fraude nullove dolo intervenientibus pure, libere, simpliciter et irrevocabiliter cessissent remisissent et resignassent, ac remissas et resignatas eisdem dominis preposito, lectori, cantori, custodi, canonicis et capitulo reliquissent, imo omnibus accionibus et accionum proprietatibus realibus et personalibus pure simpliciter renunciando et cedendo, de perceptis nihilominus prout idem dominus Nicolaus archidiaconus procurator prefatus asseruit, plena et omnimoda satisfaccione primo per eosdem abbatem et conventum ipsis dominis facta et impensa, resignarunt et reliquerunt perpetue et irrevocabiliter coram nobis, litem seu lites super eisdem penis et obligaminibus sub infrascriptis inantea nunquam resuscitaturi; ita videlicet, ut quandocunque temporum in processu quibusvis adinvencionibus colore et arte quesitis et adinventis iidem dominus frater Demetrius abbas aut conventus monasterii predicti seu eorum successores lites huiusmodi sopitas et sedatas ac penitus annullatas resuscitarent, extunc iidem dominus abbas et conventus camare apostolice in mille et in aliis mille florenis auri puri, dictis dominis preposito, lectori, cantori, custodi canonicis et capitulo convinci deberent, et insuper penas periurii et calumnie incidere deberent ipso facto. Et ut omnia premissa firma perdurent et robur obtineant perpetuum,

presentes literas nostras pendentis sigilli nostri quo utimur munimine roboratas, cum subscripcione notarii infrascripti eisdem dominis de capitulo duximus concedendas. Datum Strigonii, prima die mensis Marcii, anno ab incarnacione domini Millesimo quadringentesimo decimo octavo, indiccione et pontificatus quibus supra; presentibus ibidem honorabilibus viris dominis Jacobo archidiacono Gumuriensi, Nicolao artis phisice doctore et Stephano canonicis ecclesie Strigoniensis et aliis quampluribus fidedignis testibus ad premissa vocatis et requisitis.

Et ego Emericus Martini clericus Quinqueecclesiensis diocesis, sacra imperiali auctoritate notarius, premissis recognicioni, resignacioni, satisfaccioni, omnibusque aliis et singulis dum sic ut premittitur fierent et agerentur, unacum prenominatis testibus presens fui, aliis tamen negociis legitime occupatus, superius per alium fideliter scribi procuravi, hic me propria manu subscripsi et in hanc publicam formam redigi, signo et nomine meis solitis consignavi, rogatus et requisitus in fidem et testimonium premissorum.

Eredetije ép hártyán a veszprémi káptalan ltárában, Caps. II. «Arács» csomagban őriztetik. A pecsét lila- és rózsaszín selyem zsinóron függ. Véghely D.

181. *Az esztergomi káptalan oklevele ugyanazon egyezség ügyében. 1418. mart. 4.*

(C)apitulum ecclesie Strigoniensis omnibus Christi fidelibus presentibus pariter et futuris, presencium noticiam habituris, salutem in omnium salvatore, quia plerumque lites et contenciones sopite et sedate de facili resuscitantur et reviviscunt, quas non cohercet et refrenat efficax testimonium literarum, hinc est quod constituti in nostri presencia religiosus vir dominus frater Demetrius abbas monasterii sancti Aniani de Tykonio secus stagnum Balaton fundati Wesprimiensis diocesis, suo personaliter et conventus sui nominibus cum quodam procuracionis instrumento publico plenum mandatum et speciale ad infrascripta in se continens, manu discreti viri Johannis filii Michaelis de Kalmanchehy clerici dicte Wesprimiensis diocesis anno ab incarnacione

domini infrascripto, indiccione undecima, die vero vigesima prima mensis Februarii, pontificatus autem sanctissimi in Christo patris et domini, domini Martini divina providencia pape quinti anno primo fideliter confectum, nec in aliqua sui parte suspectum ab una, item honorabilis vir dominus Nicolaus archidiaconus de Segesd et canonicus in ecclesia Wesprimiensi ac vicarius loci eiusdem, suo similiter personaliter ac honorabilium virorum dominorum prepositi, lectoris, cantoris, custodis, canonicorum et capituli eiusdem ecclesie Wesprimiensis nominibus, similiter cum pleno procuratorio mandato manu eiusdem notarii publici confecto comparuerunt, per eundem dominum fratrem Demetrium abbatem nominibus quibus supra, libere, sponte et ex certa sciencia recognitum et confessum extitit vive vocis oraculo in hunc modum, quod licet ipse cum dicto suo conventu quadam spe inani ducti, decimas dictorum dominorum prepositi, lectoris, cantoris, custodis, canonicorum et capituli Wesprimiensis, ex certis villis Fyred, Keek, Kwesd, Odwary, Arach, Apathy extrafossatum, Assofw, Ermenes, Zewles, Kyspechel et Wassol vocatis, singulis annis eisdem dominis de capitulo provenientes semperque et ab antiquo provenire solitas, de facto occupassent et occupatas imo verius usurpatas tenuissent, et easdem decimas a suis tamen iobagionibus fere per spacia trium annorum tulissent et levassent, super quibus inter eosdem dominos fratrem Demetrium abbatem et conventum ac dominos de capitulo tam in Romana curia quam extra, lites et controversie mote fuissent et exorte et aliquamdiu ventilate, sed quia sepedictus dominus abbas et conventus in veritate et ex certa sciencia recognovissent ad ipsas decimas in parte et in toto, in specie et in genere se nullum penitus habere ius neque habuisse unquam, igitur ipsi abbas et conventus propter comodum pacis easdem decimas prenotatarum villarum, nulla fraude, nullove dolo intervenientibus, libere, sponte, pure et simpliciter remisissent et resignassent, ac restitutas et resignatas eisdem dominis de capitulo reliquissent, imo remiserunt, resignarunt ac relinquerunt perpetue et irrevocabiliter coram nobis, lites super eisdem decimis, penis et obligaminibus sub infrascriptis in antea

nunquam resuscitaturi, ita videlicet, ut quandocunque temporum in eventu quovisque colore, dolo vel arte idem dominus frater Demetrius abbas aut conventus monasterii predicti vel eorum successores lites huiusmodi sopitas et sedatas ac penitus annullatas resuscitarent, extunc iidem abbas et conventus camare apostolice in mille et in aliis mille florenis auri puri, dictis dominis preposito, lectori, cantori, custodi, canonicis et capitulo convinci deberent, et insuper penas periurii et calumnie incidere deberent ipso facto. In cuius rei testimonium firmitatemque perpetuam presentes literas nostras privilegiales pendentis et autentici sigilli nostri munimine roboratas, eisdem dominis de capitulo duximus concedendas. Datum feria sexta proxima post dominicam Oculi, anno domini Millesimo quadringentesimo decimo octavo.

Eredetije kissé rongált hártyán, a veszprémi káptalan levéltárában, Capsula II. '«Arács» csomagban őriztetik. A pecsét ép és sárga-rózsaszín selyem zsinóron függ. Véghely D.

182. *A kapornaki convent elött a Nádasd nembeli László maga és testvérei nevében, Rooh pápóczi prépost, Mezőlaki Zámbó Lászlót s társaikat, Hosszú-Páh, Német-Páh, Szentandráspáh stb. birtokok elidegenítésétől óvásképen tiltja. 1419. febr. 2.*

Nos conventus ecclesie sancti salvatoris de Kapornak memorie commendamus, quod Ladislaus filius Johannis filii Pethew filii Mark filii Laurencii filii comitis Chapu de genere Nadasd sua ac Pethew et Dionisi fratrum suorum carnalium in personis, ad nostram veniendo presenciam, honorabiles viros magistros Rooh comitem capelle Lodovici regis in ecclesia Albensi constructe ac prepositum de Papoch nec non priorem ordinis sancti Augustini de eadem Papoch, Ladislaum dictum Zambo de Mezewlak et nobilem dominam consortem Georgii literati de Bakod ac alios quoslibet ab occupacione detencione sibique ipsis perpetuacione possessionum ipsorum Papoch predicta, necnon Myhalocz, Nagmakwa, Hozyupah alio nomine Nemethpah, Zenth Andraspah et Sarfewmezdo in Zaladiensi et Castriferrei, necnon Derze in Beregh, item Pazman, Eech, uterque Paly vocatarum in Jauriensi et Soproniensi comitatibus existencium habitarum

usuum fructuum et quarumlibet utilitatum earumdem percepcione vel percipi faccione, seque in dominium earumdem quovis colore quesito intromissione quomodocunque factis vel fiendis, publice et manifeste prohibuit coram nobis et contradixit inhibendo, testimonio presencium mediante. Datum in festo purificacionis beate Marie virginis, anno domini Millesimo quadringentesimo decimo nono.

Papiron, hátlapján pecsét nyomaival; eredetije Körmenden a gr. Batthyány család ltárában. Misc. Pethöiana Szecsiana. Nr. 36. Alm. 2. Lad. 9. Acta antiqua.

U. o. megvan a kapornaki convent előtt teljesített hasonló prohibicio 1423-ból.

U. o. megvan a kapornaki convent előtt tett szintén hasonló prohibicio, Nicolaus filius condam Ladislai Pethew de Gerse et Johannis et Georgii filiorum Pethew de Gerse részéről, contra magistrum Georgium de Sarkez rectorem capelle Lodovici regis in ecclesia Albensi constructe, ac prepositum de Papocz nec non priorem sancti Augustini de eadem Papocz, Johannem filium Ladislai Zambo de Mezewlak et nobilem dominam consortem Georgii literati de Bokod, 1470-ből; ez utóbbi agg nő lehetett ekkor, mert 1419-ben már ellene történt a prohibitio. Nagy Imre.

183. *V-dik Márton pápa a veszprémi káptalannak a tized-szolgáltatás miatt némely Zala vármegyei plebanosok ellen fenforgó vitás ügyében intézkedik. Florencz, 1419. máj. 12.*

Martinus episcopus servus servorum dei, dilecto filio... Johanni tituli sancti Sixti presbitero cardinali, in regno Ungarie apostolice sedis legato, salutem et apostolicam benediccionem. Humilibus supplicum votis liberter annuimus illaque favoribus prosequimur oportunis exhibita, siquidem nobis nuper pro parte dilectorum filiorum ..... prepositi lectoris cantoris custodis capituli et canonicorum ecclesie Vesprimiensis peticio continebat, quod licet percepcio certarum parcium et presertim quarte decimarum tam maiorum quam minorum proveniencium ex fructibus et crescentibus in terris et possessionibus infra limites parrochialium de Curbemaiori, de Carmach, de Kestel, de Senthandreasphahy, de Hwsywpachy, de Senthgorg, de Manthida, de Custan, de Erek, de Selws, de Zantho, de Sanctoandrea, de Coppan, de

Weged, de Pakod, de Istfand, de Dedk, de Sepethneck, de Ollar, de Kethida, de Colos, de Urbanusfalwa, Wesprimiensis diocesis ecclesiarum consistentibus, ad eos de antiqua et approbata ac hactenus pacifice observata consvetudine pertineat, ipsique in pacifica fuissent possessione vel quasi easdem percipiendi decimas eciam a tempore cuius contrarii memoria non existit, ac fundacionis ecclesie prelibate, tamen dilecti filii Helias Dominici de Curbemaiori, Sebascianus Petri de Carmach, Mathias Laurencii de Kestel, Stephanus Petri de Senthandreasphahy, Blasius Stephani de Hwsywpahy, Benedictus Petri de Senthgorg, Valentinus Sebasciani de Manthida, Antonius Valentini de Custan, Andreas Jacobi de Erek, Laurencius Michaelis de Selws, Michael Johannis de Zantho, Nicolaus de Sanctoandrea, Laurencius Pauli de Coppan, Petrus Demetrii de Weged, Nicolaus Nicolai de Pakod, Nicolaus Demetrii de Istfand, Michael Michaelis de Dedk, Andreas Pauli de Sepethneck, Laurencius Nicolai de Ollar, Nicolaus Nicolai de Kethida, Laurencius Philippi de Colos et Johannes Pose de Urbanusfalwa ecclesiarum predictarum rectores, eosdem prepositum lectorem cantorem custodem capitulum et canonicos iure percipiendi partes decimarum huiusmodi, prout illos contingunt, de facto spoliarunt, eciam rectoribus ipsis ad se de iure spectare asserentibus ius percipiendi partes antedictas, ortaque propterea inter prepositum lectorem cantorem custodem capitulum et canonicos ex una parte, ac rectores predictos super premissis ex altera materia quescionis, nos causam huiusmodi non obstante quod de sui natura ad Romanam curiam legitime devoluta ac apud eam tractanda et finienda non esset, dilecto filio magistro Johanni de Bononia capellano nostro et causarum palacii apostolici auditori ad instanciam dictorum rectorum audiendam commisimus et fine debito terminandam, qui super certis articulis et aliis fundacionem ac spolium huiusmodi concernentibus, pro quibus deducendis probaciones legitime in illis exquirende partibus dictis preposito lectori cantori custodi capitulo et canonicis necessarie fuerant, pro illorum parte petitas ad easdem partes remissionis literas in forma solita decernere denegando, ulterius in dicta causa procedens diffinitivam, per

quam intercetera quartam partem decimarum huiusmodi rectoribus adiudicavit et super ea preposito lectori cantori custodi capitulo et canonicis predictis perpetuum silencium imposuit, sentenciam promulgavit, a qua pro parte eorumdem prepositi lectoris cantoris custodis capituli et canonicorum fuit ad sedem apostolicam appellatum, nosque causam appellacionis huiusmodi dilecto filio magistro Bartholomeo Giuthardi eciam capellano nostro et auditori causarum dicti palacii audiendam commisimus et fine debito terminandam, qui in ea ad nonnullos actus citra tamen conclusionem inter partes ipsas dicitur processisse, cum autem sicut eadem peticio subiungebat de huiusmodi cause meritis melius in partibus liquere poterit quam in curia memoratis, pro parte prepositi lectoris cantoris custodis capituli et canonicorum predictorum fuit nobis humiliter supplicatum, ut super his eis opportune providere de benignitate apostolica dignaremur; nos igitur statum cause huiusmodi habentes presentibus pro expresso ac eisdem supplicacionibus inclinati, causam ipsam presencium serie ad nos advocantes, circumspeccioni tue per apostolica scripta mandamus, quatenus vocatis dictis rectoribus et aliis qui fuerint evocandi, causamque huiusmodi in eo statu in quo ultimo coram dicto Bartholomeo auditore remansit, auctoritate nostra resumens, illam ulterius audias et debito fine decidas, faciens quod decreveris per censuram ecclesiasticam firmiter observari; testes autem qui fuerint nominati, si se gracia odio vel timore subtraxerint, censura simili appellacione cessante compellas veritati testimonium perhibere, non obstante si eisdem rectoribus vel quibusvis aliis communiter vel divisim a sede predicta sit indultum, quod interdici suspendi vel excommunicari non possint per literas apostolicas, non facientes plenam et expressam ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mencionem. Datum Florencie, *III* idus Maii, pontificatus nostri anno secundo.

A felhajtáson: Meynhardus ⁘ ⁞⁞⁞

Eredeti, ép hártyán, a veszprémi káptalan házi ltárában, Capsula IV. «Echer» csomagban őriztetik. A bulla hiányzik. Véghely D.

184. *A zalavári convent előtt Egervári Balázs, bizonyos fövenyesföldi és herbartföldi részjószágait, Gersei Pethő Jánosnak, Tamásnak, Lászlónak és Dénesnek örökül vallja. 1419. oct. 18.*

Omnibus Christi fidelibus presentibus pariter et futuris presencium noticiam habituris conventus monasterii beati Adriani martiris de Zala salutem in salutis largitore. Ad universorum noticiam harum serie volumus pervenire, quod Blasius filius Michaelis literati filii Nicolai de Egerwar, coram nobis personaliter constitutus, est confessus in hunc modum, quod quia magistri Johannes et Thomas filii Pethew de Gerse necnon Ladislaus Pethew et Dionisius filii eiusdem Johannis in pluribus suis ac prefati patris sui necessitatibus et arduis defectibus, ope opere auxilio consilio et favore ipsis sublevando multiplicia beneficiorum antidota exhibuissent, obhoc ipse in recompensam predictorum fassioni et perpetuacioni, quam scilicet fassionem et perpetuacionem annotatus Michael de Egerwar pater suus, onus eiusdem Blasii in se assumto, mediantibus literis honorabilis capituli ecclesie Castriferrei, racione quarumdam particularum terrarum ipsorum Feweniesfelde inter possessiones Fernekagh Pacha et Chutwrthukhel vocatas, penes aquam Redegepathaka alio nomine Pachapathaka, necnon Herbarthfelde alio nomine Zenthywan, in facie cuius est constructa ecclesia sancti Johannis, inter possessiones Lewe et Mendzenth alio nomine Kerekgardon adiacecium in comitatu Zaladiensi existecium, memoratis Johanni Thome ac Ladislao Pethew et Dionisio fecisset, eidem fassioni et perpetuacioni in omnibus et per omnia consensum prebuisset pariter et assensum, imo prebuit coram nobis. In cuius rei memoriam firmitatemque perpetuam presentes literas nostras privilegiales pendentis et autentici sigilli nostri munimine roboratas eisdem duximus concedendas. Datum in festo beati Luce evangeliste, anno domini Millesimo quadringentesimo decimo nono.

Hártyán, világos-kék selyem sodraton függő pecséttel; eredetije Keszthelyen a gr. Festetics cs. ltárában. Zaladien 81. Nagy Imre.

185. *Az alispán és szolgabírák jelentése Zsigmond királyhoz, Eörsi Ethiech György ellen, a veszprémi káptalan ábrahámi birtokán általa elkövetett hatalmaskodások miatt megejtett vizsgálatról. Tapolcza, 1420. febr. 7.*

Serenissimo principi domino Sigismundo dei gracia romanorum semper augusto ac Hungarie regi, domino ipsorum metuendo, Blasius dictus Baso ac Briccius de Hene vicecomites et iudices nobilium comitatus Zaladiensis debitum obsequium cum perpetua fidelitate. Vestra noverit serenitas literis vestris annualibus pro honorabili capitulo ecclesie Wesprimiensis homines aut procuratores ipsorumque nominibus ad inquisiciones prohibiciones et omnia alia que talibus in processibus iuxta regni consvetudinem de iure fieri consveverunt facienda per anni circulum graciose datis et concessis nobis loquentibus sumpmo *(igy)* cum obediencia receptis, et iuxta quarum continenciam unum ex nobis videlicet Petrum filium Johannis de Hene ad infrascriptam inquisicionem faciendam de sede nostra iudiciaria duximus transmittendum, qui demum exinde ad nos reversus, nobis retulit eo modo, quod ipse in festo beate Agathe virginis et martiris in dicto comitatu procedendo, ab omnibus quibus decuisset et licuisset ac aliis cuiusvis status dicti comitatus hominibus, palam et occulte diligenter de subscriptis investigando, talem scivisset veritatem quod Georgius dictus Ethiech de Wrs ex voluntate induccione et instigacione Johannis filii eiusdem Georgii unacum Stephano familiari suo ac Paulo Jacobo Dionisio et ceteris iobagionibus suis de dicta Wrs in festo Purificacionis virginis gloriose ad faciem possessionis dominorum de capitulo ecclesie Wesprimiensis Abram vocate manibus armatis et potenciariis irruendo, ibique Andream iobagionem ipsius capituli de dicta Abram existentem in propria curia sua in territorio eiusdem possessionis Abram vocate repertum interimere voluisset, si fuge presidio non evasisset, potencia mediante, in preiudicium dicti capituli valde magnum. Datum in Thapolcha, tercio die diei inquisicionis prenotate, anno domini Millesimo quadringentesimo vigesimo.

Eredetije ép papiron, kivűl három kis pecsét töredékeivel; a

veszprémi káptalan ltárában Capsula II. «Ábrahám» csomagban őriztetik. Véghely D.

186. *A vasvári káptalan előtt Byki Basó fiai, páli, büki és telekesi birtokaikat Ollári Tompa András fiainak vallják örökül. 1420. máj. 1.*

Nos capitulum ecclesie Castriferrei memorie commendamus, quod Stephanus et Ladislaus filii condam magistri Baso de Byk ab una, parte vero ab alia magister Thomas Thompa dictus necnon Benedictus et Georgius similiter Thompa fratres eiusdem carnales filii condam Andree Thompa de Ollar coram nobis personaliter constituti, per eosdem Stephanum et Ladislaum confessum extitit pariter et relatum eo modo, quomodo ipsi ob amorem fraternalis caritatis et zelo consanguineitatis, quibus ipsi prenominatis magistro Thome ac Benedicto et Georgio forent coniuncti, ac propter plurima beneficia in ipsorum variis necessitatibus ipsis per eosdem Thomam Benedictum et Georgium exhibitis et impensis, possessionem Paly vocatam necnon porciones possessionarias in dicta possessione Byk in Zaladiensi, ac in possessione Thelekes vocatis habitas in Castriferrei comitatibus existentibus et habitas, cum universis ipsarum utilitatibus et pertinenciis quibuslibet, fructibus quoque et obvencionibus quovis nominis vocabulo vocitatis, eisdem magistro Thome Benedicto et Georgio de dicta Ollar iure perpetuo et irrevocabiliter in filios filiorum et heredum per heredes ac posteritates et successores dedissent donassent et contulissent, imo iidem Stephanus et Ladislaus sponte et benivole dederunt donarunt et contulerunt coram nobis tenendas possidendas et habendas, harum nostrarum literarum et testimonio presencium mediante. Datum in festo beatorum Philippi et Jacobi apostolorum, anno domini Millesimo quadringentesimo vigesimo.

A vasvári káptalannak «2° die festi beate Marie Magdalene 1446.» kelt átiratából, mely kiállíttatott Bodogazzonfalwai Thompa Benedek kérésére; mint prépost ezen 1446-diki átirat végén említtetik Jakab, a columnalis kanonok pedig voltak Tamás kántor, másik Tamás custos, a dekánság vacált. Az átirat eredetije Keszthelyen a gr. Festetics cs. ltárában őriztetik, Castriferrei 142. Ugyanezen

1446-diki okmányban átíratik a vasvári káptalannak «10-mo die introduccionis et statucionis predictarum (in festo beati Thome apostoli)» 1420. kelt okmánya, mely szerint Zsigmond királynak «Bude sabbato ante festum beati Martini conf.» 1420-ban kelt meghagyására a föntnevezett Tompák Telekes vasmegyei birtokrészekbe beiktattattak, senki ellent nem mondván; a király okmányában kir. emberekül kijelelvék «Gregorius filius Andree de Thelekes vel Simon filius eiusdem sive Blasius dictus Anda de eadem»; a beiktatást eszközlé Thelekesy Gergely és János «chori ecclesie clericus». Nagy Imre.

187. *Zsigmond király előtt Salamonvári vagy Harkáli János és Miklós Salamonvár nevű birtokban négy puszta jobbágytelket Agatának Ostfi Gergely nejének és Beatkának Alsólendvai Zsigmond özvegyének, Salamonvári János leányainak, átengednek. Buda, 1421. febr. 27.*

Nos Sigismundus dei gracia romanorum rex semper augustus ac Hungarie Bohemie Dalmacie Croacie etc. rex, memorie commendamus, quod Johannes filius Nicolai filii Stephani, ac Nicolaus filius Andree filius eiusdem Nicolai filii Stephani de Salamonwara alio nomine Harkal, onere prefati Andree si idem processu temporis de subscriptis quoquomodo resiliret, per omnia in se ipsos assumto, coram nobis personaliter constituti, sunt confessi organo vive vocis eorum in hunc modum, ut quia nobiles domine Agatha consors Gregorii filii Osl de Azzonfalwa ac Beathka relicta Sigismundi filii Nicolai de Alsolyndva filie videlicet olim Johannis filii Salamonis rufi de dicta Salamonwara, sorores utputa ipsorum Johannis et Nicolai, dictique Andree generacionales et condivisionales, eis in multis et plerisque eorum necessitatibus et arduis negociis, prosperis scilicet et adversis, partes earum pro ipsis interponentes, succurendo, varia benificiorum commoda impendissent, per que ipsi a multis fortuitis eorum casibus et necessitatibus erepti et in melius sublevati, ad ipsorum nutum et voluntatis libitum certa facta et iura possessionaria ceteraque bona ipsorum augmentassent et remeliorassent, et utilitatem exinde non modicum reportassent, quorum intuitu ipsi veluti non ingrati, sed memores beneficiorum acceptorum, volentes eisdem dominabus aliquantisper remuneracionis antidoto

fraternaliter respondere, quasdam quatuor sessiones ipsorum iobagionales desertas, vacuasque et habitatoribus nunc destitutas, ante propriam curiam ipsarum dominarum in dicta Salamonwara inter fluvios Zala ab aquilone, et Harkal nuncupatas, ab occidente habitam ab eadem aquilionali parte sitas et adiacentes, in quarum videlicet prima alias Stephanus dictus Soos, in secunda vero Stephanus literatus, in tercia autem Johannes sartor, in quarta siquidem balneator residencias habuissent, sessione dicti balneatoris inclusa, simulcum terris arabilibus cultis et incultis, pratis silvis nemoribus aquis aquarumque decursibus, iure patronatus ecclesie sancti Johannis in dicta Salamonwara existentis, necnon foro ebdomali ibidem celebrari solito, et generaliter cunctis aliis utilitatibus et utilitatum integritatibus ad easdem quatuor sessiones ab olim hucusque rite spectantibus et spectare debentibus, prelibatis dominabus Agatha et Beathka vocatis, earumque cunctis utriusque scilicet sexus heredibus heredumque successoribus, dedissent, donassent, contulissent, imo suis ac dicti Andree nominibus, onere ipsius ut prefertur in se assumto, dederunt, donarunt et contulerunt nostri in presencia, per ipsas dominas ac eorum heredes et successores ut premittitur utriusque sexus iure perennali et irrevocabiliter possidendas tenendas pariter et habendas, nullo iure nullave iuris proprietate sibi ipsis ac eorum posteris reservatis, sed omne ius et totam dominii proprietatem, quod videlicet et quam in ipsis quatuor sessionibus et earum utilitatibus ac pertinenciis habuissent, in easdem dominas et earum ut predicitur proles et superstites utriusque sexus universis pure et simpliciter transferendo; assumserunt nihilominus ipsi Johannes et Nicolaus similiter suis et eiusdem Andree nominibus, ipsas dominas et dictos earum heredes in plenariali et pacifico dominio dictorum quatuor sessionum et utilitatum earumdem, contra quosvis impetitores causidicos et actores semper et ubique intra videlicet iudicium propriis eorum laboribus et expensis protegendo conservare, harum nostrarum literarum testimonio mediante, quas sigillo nostro maiori, quo ut rex Hungarie utimur, fecimus consignari. Datum Bude, feria quinta proxima post festum beati Mathie

apostoli, anno domini Millesimo quadringentesimo vigesimo (pri)mo; regnorum nostrorum, anno Hungarie etc. tricesimo quarto, romanorum vero undecimo.

Hártyán, hátlapján pecsét nyomaival; eredetije a gr. Teleki cs. gyömrői ltárában; Pogány csomag. Közölve Pesty Frigyes másolatából.

188. *A vármegye alispánjai és szolgabírái, Szántói Bothka fiát Jánost, Apáti Ohman Mihály fia Sandrin kérésére bizonyos birtokrész visszaadása végett megintetik. Kapornak, 1421. apr. 3.*

Nos Benedictus de (Bede) Valentinus de Telekus et Petrus de (Tekenye) vicecomites et iudices nobilium comitatus Zaladiensis memorie commendamus, quod cum nos ad instantem et legitimam peticionem Sandrini filii Michaelis Ohman de Apati, Vitalem filium Thome de eadem Apaty hominem nostrum ad infrascriptam ammonicionem et prohibicionem faciendam nostro pro testimonio transmisissemus, qui tandem ex inde ad nos reversus nobis retulit eo modo, quod ipse feria quinta proxima post diem Concussionis Ovorum proxime preteritum, ad nobilem dominam relictam Johannis filii Bothka de Zantho accessisset, ipsamque in eo ut ipsa pecuniam quibus quadam porcio possessionaria ipsius Sandor in facie premisse possessionis Apati habita apud manus suas haberetur, rehabita ipsa pecunia eandem porcionem possessionariam remittat eidem, ipsam ammonuiset verbo nostro, que quidem domina ad premissa absque presencialitate Petri filii sui se respondere non posse retulisset. Unde facta ammonicione eodem die ammonicionis eandem dominam ab ulteriori usu premisse porcionis possessionarie prohibuisset contradicendo et contradixisset inhibendo homo noster prenotatus. Datum in Kapornuk, feria quinta antedicta, anno domini Millesimo CCCC° vigesimo primo.

Hátlapján három pecsét maradványaival; eredetije Keszthelyen a gr. Festetics cs. ltárában. Zaladien 84*a*. A «dies concussionis ovorum», fehér vasárnap után való hétfőre esik; l. «Századok» 1877. 539. l. Nagy Imre.

189. *Zsigmond király Gersei Pető Jánost, Zala és Vas vármegyék főispánját utasítja, hogy Csáford nevű és más több Vas vármegyei birtokot a király részére foglalja le. Magyar-Bród, 1421. apr. 20.*

relacio Stephani de Rozgon
comitis Bakoniensis.

Sigismundus dei gracia Romanorum rex semper augustus ac Hungarie Bohemie Dalmacie Croacie etc. rex, fideli nostro dilecto, magistro Johanni filio Pethew de Gelse, comitatuum Zaladiensis et Castriferrei etc. *(így)* salutem et graciam. Quia nos certis et racionabilibus ex causis possessiones Makwa, Rednek, Zentmihal, Farkasfalva, Mihaluncz, in Castriferrei, et Chaford vocatas in Zaladiensi comitatibus existentes, erga manus Elie filii Gegew habitas, pro nostra maiestate per vos occupare volumus, ideo fidelitati vestre firmiter precipiendo mandamus, quatenus, acceptis presentibus, predictas possessiones nomine nostre maiestatis occupare debeatis et occupatas tamdiu conservetis, donec a nobis aliud habueritis in mandatis; secus non facturi, presentes autem sigillo nostro maiori, quo ut rex Hungarie utimur fecimus consignari. Datum in civitate nostra Brod Hungaricali, in partibus Moravie, in festo beatorum Tiburcii et Valeriani martyrum, anno domini Millesimo CCCC° XX° primo, regnorum nostrorum anno Hungarie etc. XXXV°, Romanorum vero undecimo.

Hátlapján a nagy felségpecsét nyomaival; eredetije Keszthelyen a gr. Festetics cs. ltárában. Castriferrei 149*a*. Ugyanott megvan Zsigmond királynak Pozsonyban «feria quarta post festum beate Marie Magdalene» 1421-ben kelt levele, melyben a nevezett főispánnak arra ad utasítást, hogy a föntírt birtokokat s még Zalaallya és Dabron nevű birtokokat is «Elie filio Gegew de Chehy et Jeronimo filio Ladislai de eadem» ismét adja vissza. 149*b*. Nagy Imre.

190. *Zsigmond király Rezi várát s az ahhoz tartozó Rezi, Zsid, Tomaj és Falud nevű falukat s Keszthely mezővárosát, valamint Peleske várának felerészét, Medvei János zágrábi püspöknek és testvérének Rudolfnak, néhai Eberhard zágrábi püspök fiéreinek, tízezer arany forintért zálogba adja. Hradistya, 1421. apr. 20.*

relacio Piponis de Ozora comitis Temesiensis etc.

Nos Sigismundus dei gracia romanorum rex semper augustus ac Hungarie Bohemie Dalmacie Croacie etc. rex, memorie commendantes tenore presencium significamus quibus expedit universis, quod quia fidelis noster devotus dilectus reverendus in Christo pater dominus Johannes episcopus ecclesie Zagrabiensis nostreque regie ac regina-is maiestatum summus cancellarius ac Rodulphus filius ¹Rodulphi de Medve frater eiusdem domini episcopi carnalis, in arduis factis et negociis nostre maiestatis decem millia florenorum auri nostre maiestati mutuare curarunt et comprestare; ideo nos pro certificacione et rehabitacione dictorum decem millium florenorum auri ipsi domino Johanni episcopo et Rodulpho fiende, castrum nostrum regale Rezy vocatum in comitatu Zaladiensi habitum, simulcum villis, videlicet Rezy, Syd, Tholma et Falwd vocatis, necnon oppidum Keztel appellatum ad dictum castrum Rezy pertinens, ac medietatem castri Pyliske similiter cum universis ipsorum pertinenciis ad eandem rite et legitime spectantibus, prout et quemadmodum per condam dominum Eberhardum episcopum dicte ecclesie Zagrabiensis fratrem ipsius domini Johannis episcopi tenta fuerunt et possessa, eisdem domino Johanni episcopo et Rodulpho duximus impignorandas, per ipsos ipsiusque Rodulphi heredes et posteros universos tamdiu tenendas habendas et possidendas, donec per nos aut successores nostros, videlicet reges Hungarie pro prescripta pecuniarum summa redimerentur; hoc tamen specificato, quod iidem dominus Johannes episcopus et Rodulphus si et in casu quo aliquam habuerint necessitatem, unum eorumdem castrorum aut dictum oppidum Keztel pro certa pecuniarum summa qua fuerint necessarii, quibus va-

luerint, pignori obligare valeant atque possint; assummendo insuper eundem dominum Johannem episcopum et Rodulphum ipsiusque Rodulphi heredes prenotatos nostro et dictorum regum nostrorum videlicet successorum nominibus, usque tempus redemcionis eorumdem contra quosvis in dominio ipsorum protegere tueri manutenere et defensare propriis nostris laboribus et expensis, presencium nostrarum vigore et testimonio literarum mediante. Datum in Hradisthye cis fluvium Moravie, die dominico proximo ante festum beati Georgii martyris, anno domini Millesimo quadringentesimo vigesimo primo; regnorum nostrorum anno Hungarie etc. XXX° quinto, romanorum undecimo et Bohemie primo.

Hártyán, belől a kir. titkos pecséttel; eredetije Keszthelyen a gr. Festetics cs. ltárában. Zaladien 86. Ugyanott megvan 108. levéltári jelzet alatt Zsigmond királynak 1433-ban «Basilie in vigilia festi beati Thome» kiadott levele, hogy Medvei Rudolf néhai János zágrábi püspök testvére, Rezi várára s Keszthely mezővárosára vonatkozó mindennemű jogairól Gersei Pető János fiai László és Pető javára lemondott, kik Zsigmond királytól Rezi várát és Keszthelyt 1432-ben kapták adományba; l. Hazai Okmánytár IV. kötet 299. l. Nagy Imre.

191. *Zsigmond király utasítja Rozgonyi Péter veszprémi püspököt, hogy két egerszegi jobbágy ellen, kik Besenyei Gergelynek három besenyei jobbágyán kegyetlenkedtek és egyiket meg is ölték, igazságot szolgáltasson. Pozsony, 1421. jun. 24.*

relacio comitis Petri de Peren
iudicis curie regie maiestatis.

Sigismundus dei gracia Romanorum rex semper augustus ac Hungarie Bohemie Dalmacie Croacie etc. rex, fideli nostro venerabili viro domino Petro de Rozgon electo gubernatorique episcopatus Wesprimiensis vel suis officialibus in possessione ipsius episcopatus Egerzegh vocata constitutis salutem et graciam. Dicitur nobis in personis Gregorii filii Demetrii de Besenew ac Stephani et Osvaldi filiorum ipsius querulose, quomodo Michael et Ladislaus in eadem possessione vestra seu oppido Egerzeg vocato commorantes, ex scitu ac induccione et voluntate Pauli filii Petri dicti Twros necnon

Ladislai literati filii Stephani dicti Mogor similiter iobagionum vestrorum oppido in eodem residencium, circa festum beati Bartholomei apostoli in anno cuius iam quarta adveniret revolucio preteritum, Marcum ac Johannem et Thomam filios Johannis iobagiones ipsorum Gregorii de Besenew necnon Stephani et Osvaldi filiorum ipsius, de nundinis in oppido Bak vocato celebrari solitis versus propria venientes, intra metas predicte possessionis ipsorum Gregorii et filiorum suorum Besenew nuncupate hostiliter malicia preconcepta invadendo, ipsum Marcum crudeliter interfecissent, ipsosque Johannem et Thomam fratres, et dominam consortem eiusdem Marci diris verberum et vulnerum plagis afficiendo semivivos reliquissent, potencia mediante, in ipsius Gregorii et filiorum suorum predictorum preiudicium valdemagnum; cumque nos non velimus huiusmodi actus nepharios simpliciter et impune pertransire, fidelitati igitur vestre firmissime precipientes mandamus, quatenus acceptis presentibus, ex parte dictorum vestrorum iobagionum memoratis Gregorio et eius filiis prenotatis, secundum ipsorum comprobaciones et documenta, super premissis merum iudicium et condignam iusticiam ac debite satisfaccionis complementum impendere et exhibere debeatis, qui si feceritis bene quidem, alioquin commisimus et harum serie firmiter committimus fidelibus nostris comiti vel vicecomiti et iudicibus nobilium comitatus Zaladiensis, in quo videlicet ipsa vestra possessio seu oppidum Egerzegh existit, ut ipsi rescita de premissis mera et indubia veritate, vos ad ipsum faciendum prout opus fuerit compellant et astringant iusticia mediante; secus igitur facere non ausuri in premissis; presentes autem sigillo nostro maiori, quo ut rex Hungarie utimur fecimus consignari, quas si secus feceritis post lecturam reddi iubemus presentanti. Datum Posonii, in festo nativitatis beati Johannis Baptiste, anno domini M° CCCC° vigesimo primo, regnorum nostrorum anno Hungarie etc. tricesimo quinto, romanorum vero undecimo.

Hátlapján a nagy felségpecsét nyomaival; eredetije a körmendi ltárban. Véghely D.

192. *Az alispánok és szolgabírák bizonyítják, hogy Kola János Budich nevű birtoka után a kamara hasznát nem fizetvén, ezért őt a király rovója megbirságolta. Kapornak, 1422.*

Nos Benedictus de Bede et Valentinus de Thelekus vicecomites magistri Johannis filii Pethew de Gerse comitis comitatus Zaladiensis et iudices nobilium eiusdem comitatus memorie commendamus, quod magister Thomas literatus dicator et exactor lucri camararum regalium anno in presenti constitutus, legitimis diebus ipsum lucrum camare domini nostri regis expectavit, Johannes dictus Kola de sua possessione Budich vocata novem portas non persolvit, ideo eundem commisimus fore in birsagiis consvetis et gravaminibus convictum. Datum in Kapornok, XVIII die diei dicacionis prenotate, anno domini M° CCCC° XX° secundo.

Három pecsét nyomaival; eredetije Keszthelyen a gr. Festetics cs. ltárában. Zalad. 106. Nagy Imre.

193. *A kapornaki convent előtt egy részről Kávási Gergely fia Miklós, más részről Ostfi Gergely és neje kibékülnek, s több rendbeli károk iránt folyt pereiket, a birtokperek kivételével, megszüntetik. 1423. apr. 24.*

Nos conventus monasterii sancti salvatoris de Kapornok memorie commendamus, quod Baso filius Blasii de Gepev pro Nicolao filio Gregorii de Kauas cum procuratoriis literis capituli ecclesie Castriferrei ab una, parte vero ex altera Michael dictus Zalay de Kemenfalua pro Gregorio filio Osth de Azzonfalua et nobili domina Agatha vocata consorte eiusdem Gregorii filii Osth cum procuratoriis literis conventus monasterii Zaladiensis coram nobis constituti, confessi sunt in hunc modum, quod prefati Nicolaus filius Gregorii de Kauas ac Gregorius filius Osth de Azzonfalua et domina Agatha consors eiusdem Gregorii super universis causis ipsorum ac familiarium et iobagionum eorumdem, litibus, damnis, nocumentis, iniuriis, factis potenciariis, iuramentalibus deposicionibus, birsagiorum oneribus et aliis quibuslibet maleficiorum generibus usque ad hec tempora inter ipsos Nicolaum ac Gregorium et dominam Agatham necnon familiares et iobagiones eorumdem suscitatis, exortis,

factis, acumulatis et habitis, exceptis solummodo causis possessiones ipsorum tangentibus, ordinacionibus nonnullorum proborum et nobilium virorum pacem predictarum parcium zelancium sese mutuo, item familiares et iobagiones eorumdem alternatim, exceptis eciam iobagionibus dicte domine Agathe in possessione Leuev vocata commorantibus, quitos, expeditos reddidissent; insuper eciam prefatus Nicolaus filius Gregorii predictos Gregorium filium Osth et dominam Agatham super iuramentalibus deposicionibus per eandem dominam Agatham octavo die festi beati Georgii martyris coram conventu ecclesie de Chorna quinquagesimo se, per eundem vero Gregorium filium Osth octavo die festi nativitatis beati Johannis Baptiste post se se proxime consequenter affuturi coram capitulo ecclesie Jauriensis similiter quinquagesimo se nobilibus iuxta continenciam literarum comitis Petri de Peren iudicis curie regie adiudicatoriis contra eundem Nicolaum filium Gregorii prestare, tamquam si deposuissent, eosdem quitos expeditos et modis omnibus absolutos commisisset, imo prefati procuratores partium prescriptarum easdem partes modo quo supra reddiderunt et commiserunt nostri in presencia vigore presencium mediante. Datum in festo beati Georgii martyris, anno domini Millesimo quadringentesimo vigesimo tercio.

Hátlapján pecsét maradványaival; eredetije az Ostffy cs. ltárában. Ugyanott megvan a kapornaki convent jelentése Zsigmond királyhoz, hogy 1423-ban Györkefalvi Tamás fia Luka közbenjöttével, Orosztoni Chernel fiát Gergelyt, Ostfi Gergely ellen, Orosztonban megidézte. Nagy Imre.

194. *A zalavári convent előtt Kayman János fia István, Tamás fiával Péterrel Szegfalu nevű birtokban egy telek felett megegyeznek. 1423. nov. 6.*

Nos conventus monasterii beati Adriani martyris de insula Zaladiensi memorie commendamus, quod Stephanus filius Johannis dicti Kayman de Zegfalw ab una, parte vero ex altera Petrus filius Thome de eadem Zegfalw et Johannes filius eiusdem coram nobis personaliter constituti, confessum extitit per eosdem oraculo vive vocis in hunc modum, licet

quod inter ipsos racione cuiusdam sessionis, in qua idem Stephanus nunc personalem faceret residenciam, ac quarumdam arborum fructiferarum ante annotatam sessionem a plaga septemtrionali graminatarum et habitarum necnon tributi unius vinee videlicet Benedicti dicti Pethke litis materia et contencionis discordia mota fuisset et exorta, tamen ipsi per composicionem proborum et nobilium virorum pacem parcium amancium taliter concordassent, imo concordarunt coram nobis eo modo, quia idem Stephanus in predictis sessione ac arboribus fructiferis necnon tributo nullum ius nullamve proprietatem habere sperabat, idcirco idem Stephanus dictas arbores, fructiferas et tributum dicte vinee eisdem Petro et Johanni remisisset et resignasset, imo remisit et resignavit coram nobis; e converso vero annotati Petrus et Johannes sepefatum Stephanum in dicta sessione in qua nunc resideret usque vite sue tempora permanere relinquissent tali modo, quod si ipse temporis in processu ab hac luce decedere contingat, extunc dicta sessio in eosdem Petrum et Johannem ac eorum heredes revolvi debeat et teneatur pleno iure, testimonio presencium mediante; prefatus Stephanus literas suas super premissis usque ad hec tempora quovismodo emanatas cassas vanas relinquisset et inanes. Datum secundo die beati Emerici ducis, ânno domini M° CCCC° XX° tercio.

Hártyán, hátlapján pecsét nyomaival; eredetije a Szeghy cs. iratai közt; közölve néhai Szeghy Miklós másolatából.

195. *Zsigmond király Gersei Pető Jánost, Zala vármegye főispánját és Tátika vár várnagyát utasítja, hogy a Szántó mezővárosabeli királyi polgároknak és vendégnépeknek, Bothka Péter rezii várnagy ellen, ki őket a közös erdei legeltetésben meggátolta, sertéseiket megölette s fejszéiket elvétette, igazságot szolgáltasson. Veszprém, 1423. nov. 15.*

relacio David Lachk alias bani.

Sigismundus dei gracia Romanorum rex semper augustus ac Hungarie Bohemie Dalmacie Croacie rex, fideli nostro egregio Johanni filio Pethew comiti nostro Zaladiensi et castellano de Tadica salutem et graciam. Gravem querelam

fidelium civium hospitum et populorum nostrorum in oppido nostro Zantho vocato commorancium nobis allatam percepimus, continentem, quomodo Petrus Bothka castellanus de Rezy ac vicecastellani eiusdem, ceterique ad eum pertinentes plerisque vicibus et temporibus iam transactis et preteritis, plurimas iniurias insolencias ac molescias diversorumque damnorum ac nocumentorum genera eis inferendo; iam novissime non contentus de preteritis perpetratis, plurimos porcos eorum in silvis communibus seu quibus dicti nostri cives hospites et populi cum populis et iobagionibus ad prefatum castrum Rezy communiter spectantibus uti et frui fuissent asveti, in usu et pascifaccione memoratarum silvarum communium repertos quosdam interfici et in suos usus converti, secures quoque multas eorumdem similiter in prefatis silvis repertorum aufferri et pro sue voluntatis beneplacito ab ipsis alienari ut frequenter fecissent grandia et intolerabilia damna et opprobria per hoc eis inferendo sua temeritate et potencia mediante. Unde nos huiusmodi notorias et presumtuosas iniurias atque damna per prefatum Petrum Bothka antefatis nostris civibus hospitibus et populis in nostre maiestatis displicenciam et iacturam modo quo supra illatas et irrogata ulterius sufferre et tolerare nolentes nec valentes, fidelitati vestre firmo nostro regio sub edicto mandantes precipimus seriose, quatenus receptis presentibus, rebusque sic uti nostre expositum est maiestati stantibus, omnes premissas iniurias et quelibet damna per antefatum Petrum Bothka et ad ipsum pertinentes sepefatis civibus hospitibus et populis nostris hucusque illatas et irrogata, non de tenutis et pertinenciis prenarrati castri nostri Rezy aut super populos in eisdem commorantes, sed de propriis bonis atque possessionibus iamfati Petri Bothka et ad eum pertinencium eisdem civibus hospitibus et populis nostris modis omnibus refundere et recuperare debeatis, ulteriori nostro mandato exinde non expectato, ne de cetero per ipsos conquerentes pro defectu iuste recuperacionis ipsorum damnorum eorum quoquomodo possimus sine causa peramplius infestare; secus igitur non facturi in premissis, presentes quoque post earum lecturam semper

reddi iubemus presentanti. Datum Wesprimii, feria secunda proxima post festum beati Briccii confessoris, anno domini Millesimo CCCC° XXIII°; regnorum nostrorum anno Hungarie etc. XXXVII° Romanorum quartodecimo et Bohemie quarto.

Belől pecséttel; eredetije Keszthelyen a gr. Festetics cs. tárában. Zaladien. 84. Nagy Imre.

196. *Zsigmond király Szilágyi Gergely familiarisának Orbánnak több érdemeit, különösen a husziták elleni hadjáratban kitüntetett vitézségét figyelembe véve, a férfi ivadék nélkül elhalt Nyerges Györgynek leányát Klárát, a nevezett Orbán nejét és ennek nőrokonait, Ug-Gyömörő birtokban praeficiálja. Buda, 1423. dec. 26.*

commissio propria domini regis.

Nos Sigismundus dei gracia Romanorum rex semper augustus ac Hungarie Bohemie Dalmacie Croacie etc. rex, memorie commendamus tenore presencium significantes quibus expedit universis, quod nos tum ad humillimam suplicacionis instanciam fidelis nostri Gregorii de Zylagh pro parte cuiusdam Urbani familiaris sui per eum nobis allatam, tum eciam consideratis fidelitatibus ac fidelibus serviciis prefati Gregorii de Zylagh et per consequens eiusdem Urbani per eos in certis nostris negociis et arduis agendis, prosperis scilicet et adversis, et signanter pridem in exercitu nostro in regno nostro Bohemie contra Hwzytas tocius katholice fidei persecutores, deoque et hominibus exosos instaurato, culmini nostro regio fideliter et laudabiliter exhibitis et impensis, tum etenim orfaneitatibus nobilium domine Clara condam Georgii dicti Nerges, necnon puellarum Magdalena et Katherina condam Benedicti similiter dicti Nerges, et Elena vocatarum condam Emerici nigri nobilium de Vggyemerow filiarum, hominum scilicet sine heredibus sexus masculini divina disponente gracia de medio aliorum sublatorum, quarum una videlicet Clara predicta, eidem Urbano federe matrimoniali sub ritu romane ecclesie foret copulata, alie vero earumdem nondum aliquibus existerent desponsate, misericorditer compaciendo, ne eedem iuribus seu hereditatibus paternis destitute sub tectis cogantur

latitare alienis, easdem ex nostre gracie regie munificencia largifluaque clemencia et gracia speciali in porcionibus earum possessionariis in dicta possessione Vggemerow vocata in comitatu Zaladiensi existenti habitis, que porciones possessionarie eorumdem condam Georgii et Benedicti dictorum Nerges ac Emerici nigri ut prefertur de medio sublatorum prefuissent, et de regni nostri consvetudine ab antiquo approbata ad manus nostras regias forent devolute, in quantum in nobis est et prout de iure admittimur, in veros heredes masculinos et legitimos successores ac filios eorumdem condam Georgii Benedicti et Emerici duximus prefi-ciendas creandas et instituendas, easdemque porciones possessionarias predictum condam Georgium patrem dicte domine Clare concernentes eidem domine Clare, alias vero porciones possessionarias memoratum condam Benedictum dictum Nerges patrem antefatorum puellarum Magdalena et Catherina vocatarum contingentes eisdem Magdalene et Katherine puellis, item porciones possessionarias prefatum condam Emericum nigrum patrem antefate puelle Elena vocate iure hereditario tangentes totaliter in dicta possessione Uggyemerew habitas et existentes eidem Elene puelle ipsarumque domine et puellarum heredibus et posteritatibus universis in perpetuam exnunc ascribimus hereditatem iure perennali ex nostre presentis concessionis annuencia, per eas tenendas, possidendas pariter et habendas, salvo iure alieno, harum nostrarum testimonio literarum. Datum Bude, in festo sancti Stephani prothomartyris, anno domini Millesimo quadringentesimo vigesimo tercio, regnorum nostrorum anno Hungarie etc. XXXVII° Romanorum XIII° et Bohemie quarto.

Hártyán, belől a kir. titkos pecséttel; eredetije Gogánfán Zala vármegyében a gyömörei Gyömörey cs. levéltárában. Ugyanott megvan a kapornaki convent bizonyságlevele 1424. jan. 15-ről, mely szerint a nevezett convent Zsigmond királynak Budán 1423. december 27-én kelt rendeletére a föntírt Klára asszonyt úgy Magdolna és Katalin hajadonokat a birtokba beiktatta; kijelelt kir. emberek valának: Dominicus de Byky, Georgius de Hydegkuth, Gerardus de Dereugdh, Nicolaus dictus Gerel de Zenthespanchaby, Michael filius Marci de Gemerew. Nagy Imre.

197. *Garai Miklós nádor előtt Szécsi Herczeg Péter leánya Anna, Szécseni Frank vajda fia László özvegye, utóbb Peréni Péter néhai országbíró neje beleegyezik, hogy Peleskei Ákos fia Mikch özvegyének birtokait, atyja Herczeg Péter a bírói zálogból hatezer forintért a királytól kiválthassa. Buda, 1424. febr. 27.*

Nos Nicolaus de Gara regni Hungarie palatinus et iudex comanorum memorie commendamus, quod magnifica domina Anna filia magistri Petri Herchegh filii Nicolai de Zeech palatini alias Ladislai filii Frank vaivode de Zechen, nunc vero comitis Petri de Peren pridem iudicis curie regie relicta, onera Ladislai et Nicolai filiorum, puelleque Margarethe filie suorum ab eisdem maritis suis procreatorum super se assummendo nostri in presencia personaliter constituta, confessa extitit in hunc modum, ut quia generosa Domina relicta condam Mykch filii Akus filii Mikch bani de Pelyske . . . . . sua, racionabilibus ex causis serenissimo principi domino nostro regi Sigismundo sex milia quingentos florenos novos solvere debens non persolvisset, idem eciam dominus noster sex possessiones ipsius domine relicte Mykch pro eisdem florenis pro sua fecisset occupare maiestate, ideo ipsa matura deliberacione prehabita ipsi magistro Petro Herchegh patri suo id annuisset, imo annuit coram nobis, ut ipse scilicet Petrus pater suus huiusmodi possessiones occupatas pro eisdem sex milibus et quingentis florenis novis ab ipso domino nostro rege pro se redimere, easque cum omnibus utilitatibus qualitercunque vocatis tamdiu donec eas ipsa aut prescripti filii et filia sui pro eadem summa pecunie ab eodem Petro Herchegh redimere poterunt quoad plenum tenere et possidere, quoslibetque fructus et proventus earum recipere tollereque et habere posset et valeret contradiccione quavis relegata, harum nostrarum testimonio literarum. Datum Bude, in dominica qua cantatur Exurge domine, anno domini Millesimo quadringentesimo vigesimo quarto.

Hátlapján kerek pecsét töredékeivel; eredetije az Ostffy cs. ltárában. Közölve Kammerer Ernő másolatából.

198. *A zalavári convent előtt Kerecsenyi Miklós deák és fia Gáspár, bizonyos hitbér és hozományra nézve, Rajki Tamás és László részéről történt kielégíttetésüket elismerik. 1424. mart. 11.*

Omnibus Christi fidelibus presentibus pariter et futuris, presencium noticiam habituris, conventus monasterii beati Adriani martyris de Insula Zaladiensi salutem in salutis largitore. Ad universorum noticiam harum serie volumus pervenire, quod Michael literatus filius Nicolai et Gaspar filius eiusdem de Kerechen ab una parte vero ex altera magister Thomas filius Thome et Ladislaus filius Beke de Rayk, coram nobis personaliter constituti, confessum extitit per eosdem Michaelem literatum et Gaspar filium eiusdem oraculo vive vocis in hunc modum, quod quia predicti magistri Thomas et Ladislaus fratres condivisionales Georgii dicti Nehez filii Johannis et Petri filii eiusdem de eadem Rayk, quorum iura possessionaria universa ad prefatos Thomam et Ladislaum condescendi et revolvi debenda ubilibet habita, pro dote et rebus parafernalibus nobilis domine Veronica vocate filie eiusdem Michaelis literati, coniugis videlicet predicti Petri filii Georgii de dicta Rayk, meram ipsis impendissent satisfaccionem et integram, idcirco ipsi predictos magistros Thomam et Ladislaum super dictis dote et rebus parafernalibus eiusdem nobilis domine Veronice reddidissent et commisissent quitos expeditos atque satisfactos, imo reddiderunt et commiserunt nostri in presencia. In cuius rei memoriam firmitatemque perpetuam presentes eisdem Thome et Ladislao concessimus literas nostras privilegiales pendentis et autentici sigilli nostri munimine roboratas. Datum sabbato proximo ante dominicam Invocavit, anno domini M° quadringentesimo vigesimo quarto.

Hártyán, a kerek pecsét hártyaszalagon függ; eredetije a Rajky cs. ltárában, Felső-Rajkon. Véghely D.

199. *A vármegye szolgabírái bizonyítják, hogy a midőn Gersei Pető János főispán a neki zálogjogképen megítélt Szenterzsébet nevű falut birtokba venni akarta, Szenterzsébeti Vörös János fia Dénes őt ebben meggátolta. Rendek, 1424. maj. 5.*

Nos Johannes filius Georgii de Kereztwr et Petrus dictus Kwnthus de Heney iudices universitatis nobilium comitatus Zaladiensis memorie commendamus, quod cum nos ad legitimam peticionem magnifici viri domini Johannis filii Pethew de Gerse comitis Zaladiensis Nicolaum dictum Wathka de Gemere unum ex nobis ad infrascriptam inquisicionem faciendam de sede nostra iudiciaria transmisissemus, qui demum exinde ad nos reversus retulit nobis eo modo, ut ipse feria quarta proxima post dominicam Ramispalmarum proxime preteritam in dicto comitatu procedendo, ab omnibus quibus decuisset et licuisset, nobilibus et ignobilibus dicti comitatus hominibus palam et occulte diligenter inquirendo, talem scivisset veritatem, quod dum pridem prefatus dominus Johannes filius Pethew iuxta series literarum adiudicatoriarum curie regie maiestatis ad possessionem Zenthelsebeth iuxta commissionem iudicis dicte curie regie maiestatis condescendisset ipsum impignoracionis titulo concernentem, demum vero Dionisius rufus filius Johannis de Zenthelsebeth post statucionem factam hominem prefati domini Johannis de dicta possessione Zenthelsebeth depulisset et exclusisset potencia sua mediante. Datum in Rednek, feria sexta proxima post festum Invencionis sancte crucis, anno domini M° CCCC° XXIIII°.

Hátlapján két pecséttel; eredetije Keszthelyen a gr. Festetics cs. ltárában. Zaladien. 89*b*. Nagy Imre.

200. *Zsigmond király adománylevele, mely szerint Akosházi Sárkány Lászlót, ennek testvérét Benedeket és fiát Jánost két tizenketted részben, Kuthasi (Terjék) Ferencz nejét Katalint s ennek gyermekeit és unokáit öt tizenketted részben, és Salamonvári András leányait, ú. m. Szentbenedeki Jánosnét Magdolnát, Ivánczy Györgynét Katalint, és Bánhidai Jánosnét Ilonát és ezek gyermekeit a fönmaradt öt tizenketted részben, Salamonvára másképp Harkál, Ákosfalva másképp Kiskávás, Hermanfalva másképp Antalosfiafölde és Sigér nevű birtokokban, úgy Majusülése, Lőrinczebenedekfölde, Gyepü és Thakó nevű pusztákban megerősíti. Visegrád, 1424. jul. 28.*

Nos Sigismundus dei gracia romanorum rex semper augustus ac Hungarie Bohemie Dalmacie Croacie etc. rex, significamus tenore presencium quibus expedit universis memorie commendantes, quod fideles nostri Stephanus et Anthonius filii Francisci de Kwthos, item Johannes filius Bartholomei de Zenthbenedek, Georgius filius Johannis de Iwancz et Johannes filius Stephani de Borhyda, item Ladizlaus filius Stephani Sarkan de Akoshaza suis necnon nobilium dominarum Martha vocate coniugis filie videlicet Nicolai filii Danch de Owar, ac Benedicti fratris et Johannis filii eiusdem Ladislai Sarkan, item Katherine matris et Dorothee consortis eiusdem Anthonii filii Francisci ac Benedicti Georgii et Laurencii filiorum annotati Stephani filii Francisci, Magdalene consortis et Nicolai filii eiusdem Johannis filii Bartholomei, item Katherine consortis Georgii filii Johannis necnon Elene filiarum videlicet Andree de Salamonwara consortis, et Ladislai filii iamfati Johannis filii Stephani in personis nostre maiestatis in conspectu humotenus provoluti, propositis eorum fidelitatibus et fidelium serviciorum gratuitis meritis nostre per ipsos sub diversitate locorum et temporum impensis maiestati, totum et omne ius nostrum regium in possessionibus Salamonwara predicta alias Harkal, item Akwsfalwa alio vocabulo Kyskauas, necnon Hermanfalwa alias Anthalvsfyafelde ac Sygeer vocatis, item prediis Mayusylese, Lewrinczebenedekfelde, Gyepew et Thakow in comitatu Zaladiensi habitis et existentibus ad predictam possessionem Salamonwara pertinentibus, quarum directa

sexta pars annotatum Ladizlaum Sarkan ac Benedictum fratrem carnalem, Johannem filium et dominam Martha vocatam consortem eiusdem, item directa medietas residuitatis earumdem possessionum Stephanum et Anthonium necnon dominas Katherina matrem et Dorotheam consortem eiusdem Anthonii filii Francisci ac Benedictum Georgium et Laurencium filios annotati Stephani filii Francisci, et alia directa et coequalis medietas eiusdem residuitatis memoratos Johannem filium Bartholomei, Georgium filium Johannis et Johannem filium Stephani ac filios et consortes eorumdem pretactos uti iidem asserunt tangeret, nostram quomodolibet concernens maiestatem, per nos ipsis dari et conferri humiliter postularunt. Nos igitur humilimis et devotis eorumdem peticionibus antefatis nostre per ipsos ut prefertur subiective oblatis maiestati, regia benignitate exauditis et clementer admissis, attentis nihilominus fidelitatibus ac fidelium obsequiorum gratis meritis et sinceris complacenciis, quibus iidem in nonnullis nostris agendis prosperis scilicet et adversis non parcendo rebus et personis coram nostra maiestate se studuerunt reddere gratos pariter et acceptos, predictum totum et omne ius nostrum regium in prenominatis possessionibus prediis pertineciisque earum et utilitatibus universis, necnon terris cultis et incultis, silvis, nemoribus, pratis, pascuis, montibus, collibus, territoriis, planiciebus, aquis, molendinis aquarumque decursibus et generaliter quibuslibet earum utilitatibus quovis nominis vocabulo vocitatis et ubilibet habitis, ad easdem possessiones et predia iusto et vero titulo semper et ab antiquo spectantibus, nostram quomodocumque et qualitercumque concernens maiestatem, eisdem Stephano, Anthonio, Johanni, Georgio, alteri Johanni ac Ladislao Sarkan et aliis supra nominatis, ipsorumque heredibus et posteritatibus universis ex certa nostre maiestatis sciencia dedimus, donavimus et contulimus, imo damus donamus et conferimus iure perpetuo et irrevocabiliter sub limitacione divisionis predicte possidendum, tenendum et habendum, salvo iure alieno; presentes autem dum nobis in specie reportate fuerint, in formam nostri privilegii redigi faciemus. Datum in Wissegrad, feria sexta proxima

post festum beati Jacobi apostoli, anno domini Millesimo quadringentesimo vigesimo quarto, regnorum nostrorum anno Hungarie etc. tricesimo octavo, romanorum quartodecimo et Bohemie quarto.

Zsigmond királynak 1436-ki privilegialis leveléből, melyben a zalavári conventnek iktató levele is 1424. évről át van írva. Zsigmond privilegiumának eredetije után, közölve Beliczay Jónás másolatából.

201. *Zsigmond király a vármegye ispánjait és szolgabíráit utasítja, hogy Ujlaki László bán és fiainak zenyéli tisztje által Elek eörsi prépost birtokain elkövetett hatalmaskodás megvizsgálásáról bizonyságlevelüket a prépostnak kiadják. Buda, 1424. nov. 27.*

commissio propria domini regis.

Sigismundus dei gracia Romanorum rex semper augustus ac Hungarie Bohemie Dalmacie Croacie etc. rex, fidelibus nostris comiti vel vicecomiti et iudicibus nobilium comitatus Zaladiensis, salutem et graciam. Dicitur nobis in persona fidelis nostri honorabilis domini Alexii prepositi de Wrs, gravi cum querela, quod licet vicini et commetanei dicte possessionis Wrs, nobilesque comprovinciales dicti comitatus Zaladiensis, de nostro literatorio mandato in sedem iudiciariam eiusdem comitatus convocati, quedam facta potenciaria, per Johannem officialem Johannis et Stephani filiorum et magnifice domine relicte condam Ladislai bani de Wylak, per ipsos in possessione Zenyel vocata constitutum, in possessionibus et aliis bonis dicte prepositure, et per consequens suis temporibus in aliis literis nostris vobis superinde preceptorie loquentibus specificatis, coram vobis presente testimonio capituli Wesprimiensis, quod ad id per easdem alias literas nostras, per ipsum capitulum transmitti iussissemus, ad fidem eorum deo debitam, fidelitatemque nobis et sacro nostro dyademati observandam, tacto insuper dominice crucis signo, per ipsos singillatim prestitam, facta et commissa fore affirmaverint, tamen vos nescitur quo ducti motu, seriem huiusmodi conscienciose attestacionis, cum propriis et possessionum attestancium nominibus, nostre maiestati ut debuissetis rescribere non curassetis, com-

munem iusticiam ipsi domino preposito in hac parte abnegando, in suum preiudicium et damnum valde magnum; quare fidelitati vestre firmiter precipiendo mandamus, quatenus visis presentibus premissisque veritate fulcitis, seriem premisse conscienciose attestacionis, per vicinos et commetaneos possessionis Wrs predicte, nobilesque comprovinciales dicti comitatus coram vobis presente testimonio capituli prenotati ut dicitur facte, cum propriis et possessionum attestancium nominibus, nostre maiestati fideliter vestris in literis rescribatis, ut eisdem visis id facere valeamus inter partes in premissis, quid *(igy)* iuri videbitur expediri, secus facere non ausuri in premissis. Presentes eciam post earum lecturam reddi iubemus presentanti. Datum Bude, feria secunda proxima post festum beate Katherine virginis et martyris, anno domini M° CCCC° XX° quarto, regnorum nostrorum anno Hungarie etc. XXXVIII° romanorum XX° et Bohemie quinto.

A szöveg alá nyomott záró pecséttel; eredetije a körmendi ltárban. Véghely D.

202. *Zsigmond király előtt Halápi Fekech, Dobi Györgyöt, Monaki Tamást és Mihályt, halápi birtokrészeiknek elidegenítésétől tiltja. Buda, 1424. dec. 12.*

Nos Sigismundus dei gracia romanorum rex semper augustus ac Hungarie Bohemie Dalmacie Croacie etc. rex, memorie commendamus per presentes, quod Fekech de Halap nostre maiestatis accedens conspectum, in sua ac Pauli, Emerici, Ladislai, Georgii et Joog filiorum, necnon Benedicti et Stephani fratrum suorum personis, celsitudini nostre per modum protestacionis curavit significare, quod prout ipsi percepissent, egregius Georgius de Dob alias de Monak ac Thomas filius Sandrini et Michael de eadem Monak et ceteri fratres ipsorum generacionales et condivisionales, porciones eorum possessionarias in possessionibus Halap predicta ac Dezel et Dergeche vocatis in comitatu Zaladiensi existentibus habitas, quibusdam aliis hominum personis a se alienare proposuissent, cum tamen eedem porciones possessionarie, racione propinquioris linee consan-

guineitatis, vicinitatisque et commetaneitatis ipsius Fekech ac filiorum et fratrum eiusdem pretactorum, eis magis quam aliis quibuscunque hominum personis ad emenda aut pro pignore recipienda, competerent; unde facta huiusmodi protestacione, idem Fekech suo ac aliorum quorum supra nominibus, prefatos Georgium de Dob ac Thomam et Michaelem ceterosque fratres ipsorum a vendicione impignoracione et quovismodo a se alienacione predictarum porcionum ipsorum possessionariarum in prenotatis possessionibus habitarum, item alios quoslibet ab empcione vel pro pignore recepcione ac sibi ipsis quovis alio colore usurpacione, appropriacione et perpetuacione, usuumque fructuum et quarumlibet utilitatum earumdem percepcione seu percipifaccione quoquomodo factis vel fiendis, publice et manifeste prohibuit contradicendo et contradixit inhibendo nostro in conspectu, harum nostrarum vigore et testimonio literarum mediante. Datum Bude, feria tercia proxima ante festum beate Lucie virginis, anno domini M° CCCC° XX° quarto, regnorum nostrorum anno Hungarie etc. XXXVIII.° Romanorum XV° et Bohemie quinto.

Belől vörös viaszba nyomott pecsét nyomaival; eredetije Sitkén a felső-büki Nagy cs. ltárában 26. 3. Érdekes a Jog keresztnév Jób helyett. Nagy Imre.

203. *Zsigmond király a Szerdahelyi Dersfi családbelieknek megengedi, hogy több Somogy és Veszprém vármegyei birtokok és Istvánd Zala vármegyei birtok iránt folyt perüket Tamás Zseliczszentjakabi apát ellen megújíthassák. Buda, 1425. sept. 1.*

commissio propria domini regis.

Nos Sigismundus dei gracia Romanorum rex semper augustus ac Hungarie Bohemie Dalmacie Croacie etc. rex, memorie commendamus tenore presencium quibus expedit universis, quod fideles nobis dilecti Emericus filius Johannis et Danch filius alterius Johannis dicti Chepel, necnon Georgius filius condam Martini Ders olim bani de Zeredahel in eorum ac Nicolai filii Nicolai, necnon Ders et Petri filiorum eiusdem Martini bani personis culminis nostri adiendo conspectum, celsitudini nostre exposuerunt in hunc modum, quo-

modo dudum regnante tunc condam serenissimo principe domino Lodovico rege Hungarie patre et socero nostro carissimo felicis memorie, condam Thomas abbas monasterii sancti Jacobi de Silisio veluti actor, racione quarumdam possessionum et villarum Zenthbalas necnon Gwrence, Palfalwa, Surian, Deregenye et Irefalwa ad eandem Zenthbalas, item Zenthmiklos necnon Fekethetho, Haghmas et Iwankafalwa ad eandem Zenthmiklos, item Zenthlukachfalwa ac Gyarmath, Galusfalwa, Kwtelaka, Petelaka, Weresalma et Falkuslaka ad dictam Zenthlukachfalwa, item Zenthtamas, Kalozfalwa, Magyarfalwa, Tadefalwa, Istvanfalwa, Bwkenzege, Thernyek et Bayzinfalwa ad predictam Zenthamas spectancium et pertinencium in Simigiensi, item Istwand in Zaladiensi et Zeek vocatarum in Wesprimiensi comitatibus existencium, ac prediorum similiter ad eas pertinencium, asserens eas dicti monasterii et per consequens suas existere, progenitores et fratres prefatorum utriusque Johannis et Stephani necnon Martini bani ac eosdem utrumque Johannem Stephanum et Martinum banum contra se in presenciam condam magnifici comitis Jacobi de Scepes iudicis curie dicti condam Lodovici regis in causam attrahendo, et in ea taliter qualiter procedendo adversus ipsos tamquam in causam attractos, eo quod tunc ipsi in causam attracti, sua iura et literalia instrumenta, plenarie et in toto erga se non habuissent, ex eoque eadem producere nequivissent, per huiusmodi litigionarios processus sentenciam diffinitivam reportando, dictas possessiones predicto monasterio et consequenter sibi adiudicari, ipsosque in facto potencie convinci et aggravari procurasset, in preiudicium eorum iuris non modicum atque damnum, cum tamen predicte possessiones et quelibet earum, ipsis vigore efficacissimorum iurium et literalium instrumentorum dinoscerentur pertinere, super quo supplicarunt dicti exponentes sibi ipsis per nostram maiestatem opportune providere; et quia nos qui talismodi defectus nocivos per opportuna remedia solemus reformare, sicuti ipsum monasterium, sic eciam annotatos exponentes suis iuribus indebite et minus iuste privare nolentes, attentis potissimum fidelitatibus et fidelium serviciorum meritis ipso-

rum exponencium per ipsos nobis sedule exhibitis et impensis, eisdem id de mera nostre regie potestatis plenitudine et gracia speciali duximus annuendum, imo annuimus presencium per vigorem, ut ipsi non obstante premissa sentencia diffinitiva et aliis quibusvis processibus exinde secutis, universa et singula eorum iura et literalia instrumenta, tam extunc producta, quam eciam tunc et expost minime exhibita, cuiuscunque tenoris et forme existant, contra abbatem dicti monasterii tam presentem scilicet quam futurum pro tempore constitutum, coram quibuslibet iudicibus et iusticiariis regni nostri, in quibuslibet terminis producere et exhibere valeant atque possint, huiusmodique causa pretextu premissorum possessionum eciam nunc uti dicitur vertens, secundum contenta iurium et literalium instrumentorum utrarumque parcium predictarum, tam pro prius exhibitorum, quam eciam actenus minime productorum, denuo et ex novo revidere, iudicare et fine debito et decisivo terminari debeat atque possit. Quo circa vobis fidelibus nostris magnificis palatino et iudici curie nostre vestrasque vices in iudicatu gerentibus, cunctis eciam aliis regni nostri iudicibus et iusticiariis presencium noticiam habituris firmiter precipiendo mandamus, quatenus premissa universa iura et literalia instrumenta, per prefatos in causam attractos coram vobis de cetero exhibenda assumere, eaque eatenus quatenus viribus subsistunt, acceptare et reputare, prescriptamque causam super facto dictarum possessionum partes inter predictas motam seu verti debentem iuxta eorumdem in causam attractorum ac prefati monasterii consequenterque abbatis eiusdem iurium et literalium instrumentorum, tam ut prefertur exhibitorum, quam eciam actenus nondum productorum, factum earumdem possessionum tangencium contenta, denuo et ex novo revidere et examinare, ruminare, iudicare et novum iudicium in termino in quo eam vestri in presenciam deduci contigerit partes inter predictas facere et ministrare debeatis, prout dictaverit ordo iuris, premissa sentencia diffinitiva dictisque processibus exinde quomodolibet secutis non obstante *(igy)* in hac parte. Datum Bude, in festo beati Egidii confessoris, anno domini Millesimo qua-

dringentesimo vigesimo quinto, regnorum nostrorum anno Hungarie etc. XXX. nono romanorum decimo quinto et Bohemie sexto.

Eredetije az orsz. ltárban, Ecclesiastica: 21. 42. dipl. oszt. 11700. Közölve Pesty Frigyes másolatából.

204. *Zsigmond király a zalavári conventet kiküldi, hogy Lőrincz türjei prépostot és a conventet Nádasmelléke nevű Zala vármegyei birtokba iktassa be. 1425. nov. 8.*

Sigismundus dei gracia romanorum rex semper augustus ac Hungarie Bohemie Dalmacie Croacie etc. rex, fidelibus suis conventui ecclesie Zaladiensis salutem et graciam. Dicitur nobis in personis religiosi viri domini fratris Laurencii prepositi ecclesie beate Marie virginis de Tyrle et conventus loci eiusdem, quod ipsi in dominium cuiusdam particule terre Nadasmelleke vocate in comitatu Zaladiensi habite ipsos omnis iuris titulo concernentis, legitime vellent introire; super quo fidelitati vestre firmiter precipiendo mandamus, quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio fide dignum, quo presente Anthonius filius Nicolai dicti Soldus de Gepw vel Dominicus de Chaford ceu Johannes filius Petri de Thekenye sive Blasius filius eiusdem sin Demetrius de Zenthelsebet neve Georgius de Hydegkwth aut Andreas filius Stephani de Wereh aliis absentibus homo noster ad faciem predicte particule terre, vicinis et commetaneis eiusdem universis inibi legitime convocatis et presentibus accedendo, prefatos dominum prepositum et conventum in dominium eiusdem introducat, statuatque eandem cum cunctis utilitatibus et pertinenciis iure ipsis incumbenti perpetuo possidendam, si non fuerit contradictum, contradictores vero si qui fuerint, evocet ipsos contra eosdem dominum fratrem Laurencium prepositum et conventum, nostram in presenciam ad terminum competentem, racionem contradiccionis eorum reddituros. Et posthec ipsarum introduccionis et statucionis seriem cum nominibus contradictorum et evocatorum si qui fuerint, terminoque assignato, nobis fideliter rescribatis. Datum Bude, feria quinta proxima ante fes-

tum beati Martini confessoris, anno domini Millesimo quadringentesimo vigesimo quinto.

A zalavári conventnek ugyancsak 1425 dec. 10-én kelt jelentéséből, mely szerint Gyepüi Soldos Antal kir. ember, Tamás zalavári szerzetes közbejöttével, Lőrincz türjei prépostot és a conventet a mondott birtokba minden ellenmondás nélkül beiktatta; a zalavári convent jelentését Zsigmond király 1429 sept. 22-én kiadott privilegialis levelében megerősíti; mindezen levelek eredetijei a herczeg Batthyány cs. körmendi ltárában találhatók. Nagy Imre.

205. *Zsigmond király előtt Ebergényi Pál fia Péter és rokonai kijelentik, hogy őket bizonyos hitbért és hozományt tárgyazó követelésükre nézve Barlahidai Bothka Benedek fia István Terpen nevű birtokból kielégítette. Buda, 1426. mart. 20.*

Nos Sigismundus dei gracia romanorum rex semper augustus ac Hungarie Bohemie Dalmacie Croacie etc. rex, memorie commendamus per presentes tenore presencium significantes quibus expedit universis, quod Stephanus filius Benedicti dicti Bothka de Barlahyda pro se ac pro nobili domina Margaretha vocata consorte, necnon Johanne Benedicto et Nicolao filiis suis, sine literis procuratoriis, onera tamen et gravamina eorumdem si iidem in infrascriptis persistere nollent super se recipiendo ab una, parte vero ex altera Petrus filius Pauli de Ebergen similiter pro se ac pro Michaele fratre carnali, necnon Stephano eiusdem Petri ac Georgio et Emerico ipsius Michaelis filiis, item Blasio filio alterius Pauli de Bethefalwa fratre scilicet condivisionali eiusdem similiter sine literis procuratoriis, onera tamen et gravamina ipsorum si in infrascriptis aliquo temporis in processu persistere nollent super se assummendo, personaliter coram nobis constituti, per eundem Petrum suo et quorum supra nominibus confessum extitit et relatum in hunc modum, quod quia antelatus Stephanus suo et aliorum predictorum nominibus ipsum Petrum et ceteros supradictos super universis iudiciorum gravaminibus salva scilicet porcione iudiciaria in quibus ipsi in presencia quorumcunque iudicum hactenus contra ipsos convicti extitissent et agravati, quitos reddidisset et absolutos, prout reddidit coram nobis; ideo predictus Petrus suo et aliorum predictorum

nominibus, in recompensam premissorum prenotatos Stephanum filium Benedicti ac nobilem dominam Margaretha vocatam consortem, necnon Johannem Benedictum et Nicolaum filios suos, ipsorumque heredes eorumdemque heredum successores super universis dotibus ac rebus paraferna-libus et iuribus quartaliciis, necnon porcionibus possessionariis impignoraticiis et emticiis eidem Petro et ceteris supradictis de dicta *(igy)* possessione Therpen provenire debentibus quitos et plenarie satisfactos, universas eciam literas sub quacumque forma verborum super premissis confectas, vanas cassas et viribus carituras reddidisset et commisisset, imo reddidit et commisit similiter coram nobis, tali modo ut dum et quandocunque aliquo temporis in processu prelibatus Petrus aut alii supradicti vel ipsorum successores prenotatum Stephanum filium Benedicti aut alios predictos vel eorum successores racione et pretextu dictorum dotum necnon rerum parafernalium ac iurium quartaliciorum porcionumque possessionariarum emticiarum et impignoraticiarum de prescripta possessione Therpen ipsis provenire debencium in causam attraherent et contra eosdem literas super premissis confectas producerent, extunc huiusmodi litere per ipsos facte in premissis producte, false, et non vere ac iuste permanere deberent, et ex eo ipsi harum vigore portitores et delatores falsarum literarum fore dinoscerentur; insuper porciones ipsorum possessionarie ubilibet habite in ipsum Stephanum filium Benedicti ac alios supradictos eorumdemque successores devolverentur per ipsos iure perpetuo et irrevocabiliter possidende, utende pariterque et habende. Ad quod se prefatus Petrus personaliscia *(igy)* cum astancia, alios vero supradictos gravaminibus predictis sponte coram nobis obligavit. In cuius rei memoriam firmitatemque perpetuam presentes literas nostras privilegiales sub appensione sigilli nostri mediocris eidem Stephano et ceteris supradictis dari fecimus equitate suadente. Datum Bude, feria quarta proxima ante dominicam Ramispalmarum, anno domini Millesimo quadringentesimo vigesimo sexto.

Hártyán, rózsaszinű selyemzsinóron függött pecsét nyomai-

val; eredetije a gr. Nyáry cs. ltárában, Gbelán Trencsén vármegyében. Nagy Imre.

206. *Zsigmond király Hegyesd vára s több más Zala vármegyei birtokok és puszták birtokában Felsőlendvai Herczeg Péter leányát Annát Perényi Péter országbíró özvegyét megerősíti. Tata, 1426. máj. 19.*

Relacio domini Johannis electi confirmati Vesprimiensis.

Nos Sigismundus dei gracia romanorum rex semper augustus, ac Hungarie Bohemie Dalmacie Croacie etc. rex, memorie commendamus presencium tenore significantes quibus expedit universis, quod nos regie nostre benignitatis consideracionem dirigentes ad fidelitatem fideliumque ac gratuitorum obsequiorum merita, quibus condam vir magnificus comes Petrus de Peren iudex curie nostre regie, necnon olim magnificus Ladislaus filius condam Francisci vaivode filii olim Konya bani de Zechen in multis nostris et regni nostri expedicionibus prosperis et adversis, sub locorum et temporum diversitate variis se fortune casibus, nec personis nec eciam rebus eorum parcendo, exponentes, diversimode et utiliter gratos se exhibuerunt et acceptos, ob eorumdem serviciorum excelsa merita magnificam dominam Anna vocatam filiam egregii viri Petri Herczeg de Lindwa, primitus scilicet memorati Ladislai filii condam Frank vaivode et demum ac ultimo antefati comitis Petri de Peren relictam, quam solacio prefatorum suorum maritorum sicut deo placuit destitutam, ex bonorum temporalium pro sui status debita congruencia necessario suffragancium defectu, sub tectis nolumus miserabiliter et calamitose divagare alienis, clemencia regia atque favore condigno amplecti decernentes, eidem domine Anna vocate ad nostram maiestatem instantem atque suplicem precem obnixe fundenti, et per eam ipsius heredibus masculinis, omne ius nostrum regium, quod in quodam castro Hegyesd vocato in comitatu Zaladiensi situato, ac villis Bech, Felsewalmad Alsowalmad, Gerewk, Walos, Paka, Antalhaza, Boloh, Zenthpeterfelde, Perdefelde, Wechyen, Demefelde, Chedemer, Hernyek, Felsewsebeske, Alsowsebeske vocatis, item prediis Moroch, Est-

wanpeterfyahaza, Waryu-Janoshaza, Kasafyaantalhaza, Egyedlakos, Berthohaza, Holtho, Berekwz, Lakosantalhaza et Zygeth apellatis ipsiusque et earumdem ceteris pertinenciis, signanter vero terris arabilibus cultis et incultis, agris, pascuis, pratis, fenetis, silvis, rubetis, nemoribus, vineis, vinetis, montibus, vallibus, piscinis, piscaturis, aquis aquarumque decursibus, molendinis et molendinorum locis, et generaliter quarumlibet utilitatum et pertinenciarum integritatibus quovis nominis vocabulo vocitatis, ad idem et easdem de iure et legitime prout eadem domina retulit spectantibus, in eodem comitatu Zaladiensi existentibus et habitis, quod scilicet castrum Hegyesd vocatum simul cum pretitulatis villis possessionibus et prediis, per condam serenissimum regem Lodovicum patrem et socerum nostrum carissimum, predecessoribus prefate domine Anne in concambium castri Wereskew apellati sicut asseritur datum fuisset et donatum, in eiusdemque castri Hegyesd necnon villarum possessionum et prediorum pretactarum pleno et pacifico dominio ipsi sui predecessores perstitissent foretque et ipsa de presenti, ex quibuscunque racionibus et causis habemus aut habere possemus, dedimus, donavimus et contulimus, imo damus donamus et conferimus iure perpetuo et irrevocabiliter per ipsam dominam Anna vocatam et suos heredes ac successores masculinos talismodi iuris nostri et antedicte donacionis nostre vigore tenendum possidendum pariter et habendum, salvo iure alieno, harum nostrarum quibus secretum sigillum nostrum appensum est, vigore et testimonio literarum mediante, quas dum nobis in specie reportate fuerint, in formam nostri privilegii redigi faciemus. Datum in oppido nostro Thata vocato, in festo Penthecostes, anno domini Millesimo quadringentesimo vigesimo sexto, regnorum nostrorum anno Hungarie etc. quadragesimo, romanorum sexto decimo et Bohemie sexto.

Eredetije a b. Jeszenák cs. ltárában. Közölve Óváry Lipót másolata után.

207. *A zalavári convent bizonyítja, hogy Gersei Pető János fiai Szentlászlai Tamás fiának Mártonnak Szentlászló, Németfalu, Szentmihály, Orbánosfalva és Nyavalád nevű birtokain minő bevásárlásokat tettek. 1426. máj. 31.*

Nos conventus monasterii sancti Salvatoris de Kapornok damus pro memoria, quod Johannes dictus Lomperth de Egeruelgh in personis magistri Ladislai ac Pethew et Dionisii filiorum Johannis filii Pethew de Gerse nostram veniendo in presenciam, dixit et proposuit in hunc modum, quod iidem Ladislaus Pethew et Dionisius de rebus et bonis Martini filii condam Thome de Zenthlazlo in possessionibus Zentlazlo predicta, Nemethfalu, Zenthmihal, Urbanusfalwa et Nawalyad vocatis existentibus et provenientibus, anno in presenti super vestimenta nobilis puelle filie condam Davidis de eadem Zenthlazlo ac colonorum vineas et falcatores fenetorum et alias necessitates domus ipsius Martini, signanter lites unacum magnifico viro Stephano de Kanisa ac Petro filio Johannis dicti Bothka de Zantho motas exposuissent, item duos equos, unum pro centum et alium pro viginti florenis nove monete ad equacias memorati Martini, necnon duos boves comparassent. Datum feria sexta proxima post festum Corporis Christi, anno eiusdem M° quadringentesimo vigesimo sexto.

Hátlapján pecsét nyomaival; eredetije Keszthelyen a gr. Festetics cs. ltárában. Zalad. 91. *d.* Nagy Imre.

208. *Zsigmond király a zalavári conventet kiküldi, hogy Szenterzsébeti Terjék Ferencz fiait, Istvánt és Antalt, Boczfölde nevű birtokba iktassa be. Buda, 1426. jun. 17.*

Sigismundus dei gracia romanorum rex ac Hungarie Bohemie Dalmacie Croacie etc. rex, fidelibus suis conventui ecclesie Zaladiensis, salutem et graciam. Dicitur nobis in personis Stephani et Anthonii filiorum Francisci dicti Theryek, ac Benedicti, Georgii et Laurencii filiorum eiusdem Stephani de Kuthus, quomodo ipsi in dominium quarumdam porcionum possessionariarum Nicolai filii Nicolai et Anthonii filii Michaelis de Haholt in possessione Bochfelde vocata

habitarum, in comitatu Zaladiensi existen . . . . . in qua est ecclesia lapidea in honorem beate Margarethe virginis et martyris fundata, ipsos omnis iuris titulo concernencium vellent introire; super quo fidelitati vestre firmiter precipimus et mandamus, quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio fidedignum, quo presente Nicolaus de Zyl vel Blasius de Bede aut Johannes de eadem aliis absentibus homo noster ad facies predictarum porcionum possessionariarum, vicinis et commetaneis eiusdem universis inibi legitime convocatis et presentibus accedendo, introducat prefatos Stephanum et alios predictos in dominium earumdem, statuatque easdem ipsis cum cunctis earum utilitatibus et pertinenciis universis, iure ipsis incumbente perpetuo possidendas, si non fuerit contradictum, contradictores vero si qui fuerint, evocet ipsos contra eosdem nostram in presenciam ad terminum competentem, racionem contradiccionis eorum reddituros; et post hec ipsarum introduccionis et statucionis seriem cum nominibus contradictorum et evocatorum si qui fuerint, terminorumque assignato nobis fideliter rescribatis. Datum Bude, feria secunda proximo post festum beatorum Viti et Modesti martyrum, anno domini Millesimo quadringentesimo vigesimo sexto.

A zalavári conventnek a beiktatásról szóló 1426. jul. 28-án kelt bizonyságleveléből, melynek a Szenterzsébeti Terjék cs. ltárában őrzött eredetijéről másolta Csutor Imre.

209. *A vasvári káptalan előtt Kutasi Theryek Ferencz, János és Tamás utódai, kik egy őstől származtak, ha magtalanul elhalnának, az alább felsorolt birtokokban kölcsönös örökösödést kötnek ki.*
1426. jul. 16.

Nos capitulum ecclesie Castriferrei, memorie commendamus tenore presencium significamus *(így)* quibus expedit universis, quod Stephanus et Anthonius filii Francisci dicti Theryek de Kwthus ab una, parte vero ab alia Georgius filius Johannis et Benedictus filius eiusdem de dicta Kwthus, a tercia namque parte Fabianus filius Thome de prescripta Kwthus, coram nobis constituti personaliter, oraculo vive vocis confessi sunt in hunc modum, quod quia ipsi ab uno

avo et prothavo originem duxissent naturalem, propter quod universe possessiones et porciones ipsorum possessionarie ubivis habite, racione linee consangvineitatis in alterutrum condescenderent, et condescendi deberent, volentes iidem itidem ratificare et confirmare matura inter ipsos deliberacione prehabita, pocius pacis zelatores quam discordie seminatores, ut ipsi et eorum successiva posteritas in evum perpetue pacis pulcritudine quiri possent et gratulari, volendo et ex animo cupientes existere, talem in infrascriptis possessionibus ipsorum, videlicet in dicta Kwthus, in qua ecclesie in honorem sanctorum Crucis et Martini lapide fundate haberentur, Lowaz alio nomine Andreashyda, Egeruelgh, Chichke, Zenthmyhalfalua alio nomine Zalathnok dictorum Stephani et Anthonii, item in Kwthus, Kalozfalua alio nomine Ilwagh, Jarsa, Zenthcozmadomijan ipsorum Georgii et Benedicti, item in Kwthus, Thewthus, Gebrad *(így)* et Arocha memorati Fabiani filii Thome in comitatu Zaladiensi existentibus, inter se iniissent disposicionem et ordinacionem, ut si qua parcium predictarum absque heredibus nutu divino volente cuius potencie humane fragilitatis inbecilitas resistere nequit et non potest, decedere contingerit, extunc huiusmodi partis decedentis universe possessiones et porciones possessionarie in dictis possessionibus habite, alieque porciones possessionarie emticionarie, impignoraticie vel cuiuscunque materie forme aut coloris vel a regia maiestate serviciis ipsorum, necnon alie possessiones seu porciones possessionarie post divisionem per priores parcium aut per ipsos usque ad hec tempora factam fuerint invente, simulcum cunctis ipsarum utilitatibus et pertinenciis quibusvis, videlicet terris arabilibus cultis et incultis, vineis, pratis, silvis, montibus vinearum et tributis earumdem, aquis aquarumque decursibus ac aliis utilitatibus, quovis nominis vocabulo vocitatis, in partem alteram mundiali vita fruentem et successoribus eorumdem pleno iure devolvi et redundari deberent eo facto, imo partes prescripte disposuerunt et ordinaverunt sponteque ad premissa obligaverunt coram nobis vigore presencium literarum nostrarum privilegialium pendenti sigillo nostro roboratarum et signatarum mediante. Datum feria

tercia proxima post festum beate Margarethe virginis et martyris, anno domini Millesimo quadringentesimo vigesimo sexto, honorabili viro domino Nicolao preposito, viris discretis magistris Thoma cantore, Stephano custode, decanatu vacante, ceterisque canonicis ecclesie nostre existentibus.

Hártyán, zöld selyem zsinóron függő pecsét nyomaival; eredetije a gr. Draskovics cs. ltárában. Közölve Márki S. másolatából.

210. *A győri káptalan előtt Ostfi Ferencz a maga és saját fia László, valamint Berekszói Hagymás László nevében Kerekegyházi Mihály és László birtokának adományozása ellen, mely őket anyai jogon illeti, tiltakozik. 1426. aug. 25.*

Nos capitulum ecclesie Jauriensis memorie commendamus, quod egregius vir magister Franciscus filius Osl de Azzonfalwa in sua ac Ladislai filii sui, et alterius Ladislai Hagmas de Berekzo personis in nostram veniens presenciam, per modum protestacionis significare curavit, quod sicut ad suam pervenisset audienciam, serenissimus princeps dominus Sigismundus dei gracia romanorum et Hungarie rex universas possessiones et porciones possessionarias condam Michaelis filii Pauli et Ladislai filii Nicolai de Kerekeghaz ubilibet habitas, tamquam ad ius regium per defectum seminis masculini devolutas, magnificis viris dominis Johanni et Nicolao de Gara ac eorum filiis et heredibus in perpetuum donasset et contulisset, cum tamen nonnulle ex eisdem possessionibus et porcionibus possessionariis, forent emticie et impignoraticie, que iure materno ad ipsos Franciscum et utrumque Ladislaum iuxta regni consuetudinem forent devolute et . . . . . facta huiusmodi protestacione, idem magister Franciscus prefatum dominum nostrum regem Sigismundum (a don)acione et qualibet alia alienacione dictarum possessionum et porcionum possessionariarum annotati condam Michaelis filii Pauli et Ladislai filii Nicolai emticiarum dumtaxat et impignoraticiarum, memoratos vero dominos Johannem et Nicolaum de Gara, ac ipsorum heredes et quoslibet alios a recepcione earumdem et sibi ipsis appropriacione et statui faccione, seque in dominium earumdem (intro)missione, qualiter-

cunque factis vel faciendis, nominibus prescriptis . . . . . contradicendo et contradixit inhibendo coram nobis, vigore presencium et testimonio literarum nostrarum mediante. Datum die dominica proxima post festum beati Bartholomei apostoli, anno domini M° quadringentesimo vigesimo sexto.

Hátlapján pecsét nyomaival; eredetije az Ostffyak ltárában. Közölve Kammerer Ernő másolatából.

211. *A veszprémi káptalan előtt Rátóthi Gyulafi Zsigmond fia Tamás, Keszi és Lovas nevű zálogos birtokok kiváltásától Rátóthi Gyula özvegyét tiltja. 1426. sept. 22.*

Nos capitulum ecclesie Wesprimiensis memorie commendamus, quod Franciscus filius Laurencii de Myske famulus Thome filii Sigismundi filii condam Gyule de Ratolth in persona eiusdem Thome domini sui ad nostram veniens presenciam, prohibuit coram nobis presencium vigore mediante legeque regni requirente nobilem dominam Anglis nuncupatam relictam predicti condam Gyule de prefata Ratolth et filios eiusdem ac alios quoslibet a redemcione porcionum possessionariarum condam Ratholdi filii annotati condam Gyule in possessionibus Kezy et Lowas vocatis habitarum, apud manus predicti Thome filii antefati condam Sigismundi et nobilis domine Frusina appellate matris eiusdem pro certa pecunie quantitate impignoracionis titulo existencium, ab ipsa domina Frusina fienda, ipsam eciam dominam Frusinam a recepcione premisse quantitatis pecunie in redemcionem huiusmodi dicti condam Ratholdi porcionum possessionariarum ad se hab(itarum) seu fiende. Datum secundo die festi beati Mathei apostoli et evangeliste, anno domini M° quadringentesimo vigesimo sexto.

Hátlapjáu pecsét nyomaival; eredetije a Lukafalvi Zarka cs. ltárából a N. Múzeumba került. Nagy Imre.

212. *Zsigmond király a zalavári convent részére Zalavárott vásártartási jogot engedelyez. Brassó, 1427. máj. 1.*

Sigismundus dei gracia romanorum rex semper augustus ac Hungarie Bohemie Dalmacie Croacie etc. rex, memorie commendamus tenore presencium significantes quibus

expedit universis, quod nos pro fidelitatibus, et fidelium serviciorum gratuitis meritis religiosi viri domini fratris Andree abbatis ecclesie Zaladiensis, per ipsum nobis, locis et temporibus opportunis exhibitis et impensis, tum pro commodo et utilitate regni nostri, nundinas seu forum annuale singulis annis et festivitatibus beatorum Petri et Pauli et ascensionis domini nostri Ihesu Christi in possessione Zalawar vocata, ceterisque diebus ipsum festum post se se subsequentibus, omnino sub eisdem libertatibus et graciarum prerogativis quibus nundine civitatum vel villarum nostrarum regalium indulte fore perhibentur, in ipsa possessione Zalawar perenniter celebrandas iugiter et in evum celebrandas et peragendas possessione in predicta, sine tamen preiudicio aliarum nundinarum et fororum comprovincialium, graciose duximus concedendas et annuimus presencium per tenorem; quapropter vos universos et singulos mercatores ac ceteros cuiusvis status et condicionis homines cum rebus venalibus et mercimonialibus procedentes presencium serie affidamus et assecuramus, quatinus cum rebus et mercimoniis vestris ad dictas nundinas seu forum annuale in prescripta possessione Zalawar in dictis festivitatibus apostolorum Petri et Pauli et Ascencionis domini, annis singulis ut prefertur perenniter celebrari concessas et commissum, secure et absque pavore pergatis et properetis et procedatis, peractisque inibi emcionibus et vendicionibus et omnibus vestris mercanciis et negociacionibus, ad propria vel ad alia que malueritis loca libere remeare transire et procedere possitis atque valeatis sub tutela et proteccione nostre maiestatis speciali; et hoc volumus ubique in locis necessariis palam facere promulgari harum nostrarum vigore et testimonio literarum, quas in forma nostri privilegii redigi faciemus dum nobis in specie fuerint reportate. Datis Brassouie, in festo Phylippi et Jacobi apostolorum, anno domini Millesimo quadringentesimo vicesimo septimo, regnorum nostrorum anno Hungarie etc. quadragesimo, coronacionis *(igy)* decimo septimo et Bohemie septimo.

I. Mátyás király 1474-ki átiratából, melynek eredetije a zalavári convent házi levéltárában őriztetik. Nagy Imre.

213. *A fehérvári keresztesek conventje előtt Batthyáni Kis György fia Albert bizonyos zálogos birtokrészt Kővágóeörsön (a mai Felső-Eörs) Szentgyörgyi Vincze Bálinttól visszavált. 1428. maj. 1.*

Nos conventus cruciferorum domus hospitalis ecclesie beati regis Stephani de Alba, memorie commendamus, quod Valentinus dictus Vinche de Zenthgywrgh ab una, parte vero ex altera Albertus filius condam Georgii parvi de Bathyan coram nobis personaliter constituti, per eundem Valentinum Vincze confessum extitit oraculo vive vocis sponte et relatum in hunc modum, quod cum iuxta continencias priorum literarum nostrarum patencium totales porciones suas possessionarias in possessione Kwuagoewrs in comitatu Zaladiensi existenti habitas, cum omnibus earum utilitatibus, reditibus, proventibus, collectis, daciis et muneribus consvetis, pro quibusdam quantitatibus pecuniarum apud manus eiusdem Valentini Vincze impignoracionis titulo habitas et existentes, recepta prius ab eodem Alberto omnimoda satisfaccione, idem Valentinus Vincze easdem possessionarias porciones modo prehabito cum omnibus earum utilitatibus quovis nominis vocabulo vocitatis, prenominato Alberto plene et integre remisisset et resignasset, imo remisit et resignavit coram nobis testimonio presencium mediante. Datum in festo beatorum Philippi et Jacobi apostolorum, anno domini Millesimo quadringentesimo vigesimo octavo.

Hátlapján hosszukás pecsét romjaival; eredetije a körmendi ltárban. Véghely D.

214. *Garai Miklós nádor Felsőlendvai Herczeg Péter nejének Beathkának és Alsólendvai Zsigmond leányának Katalinnak az Egerváriak és mások ellen Szentgyörgy, Kisfalud, Csötörtökhel stb. birtokok iránt folyt perét az általános fölkelés okából elhalasztja. Buda, 1428. jun. 5.*

Nos Nicolaus de Gara regni in Hungarie palatinus et iudex comanorum damus pro memoria, quod causam quam Petrus Herczegh de Felselindwa, Stephanus de Aran ac nobiles domine Beathka consors eiusdem Petri Herczegh, ac Catherina filia condam Sigismundi filii bani de Alsolindwa

contra nobilem dominam relictam, et Blasium filium Michelis de Egerwar, Georgium filium Nicolai, Johannem Stephanum et Petrum filios Parys, Stephanum filium Clementis et Stephanum similiter Parys, dicti de Zenth-Andras iuxta continenciam literarum nostrarum priorum super facto contradiccionis statucionis possessionum Zenthgywrgh, Kisffalud, Cheterthekhel, Herbarthfalua alio nomine Zenthmihalfalua, Baxafalua, Barnabas, Iusafelde *(így)*, Bench, Reznek, Kerezthur, Jakapianusfalva, Posofalua, Beghfalua *(így)*, Cheeplaka et Zenthbalas vocatarum in comitatu Zaladiensi adiacencium, in octavis festi beati Georgii martyris mouere habebant coram nobis, propter motum generalis exercitus regni, ad octavas festi beati Jacobi apostoli nunc venturi duximus prorogandam. Datum Bude, trecesimo sexto die termini prenotati, anno domini Millesimo quadringentesimo vigesimo octavo.

Eredetije az Orsz. Ltárban N. R. A. 23. 54. dipl. oszt. 11988.

215. *Zsigmond király Szegfalu nevű birtokban királyi jogát Tamás fiának Péternek s rokonainak adományozván, az iktatásra a zalavári conventet kiküldi. Keve, 1428. jun. 20.*

Sigismundus dei gracia romanorum rex semper augustus ac Hungarie Bohemie Dalmacie Croacie etc. rex, fidelibus nostris conventui ecclesie Zaladiensis salutem et graciam. Cum nos pro fidelibus serviciis fidelium nostrorum Petri filii Thome de Zegfalw et Johannis filii eiusdem Petri per ipsos maiestati nostre exhibitis et impensis, omne ius nostrum regium quod in prefata possessione Zegfalw vocata in comitatu Zaladiensi habita haberemus et nostram rite concerneret maiestatem, in cuius scilicet possessionis Zegfalw pacifico dominio ipsi Petrus et Johannes eorum necnon Benedicti Thome et Andree filiorum Pauli filii Benedicti ac Thome filii Blasii filii dicti Benedicti de eadem Zegfalw condivisionalium fratrum ipsorum progenitores et consequenter se ipsos ab antiquo fuisse et extitisse foreque et existere asserunt eciam de presenti, simulcum universis utilitatibus et pertinenciis quibuslibet ad idem spectantibus, annotatis Petro et Johanni filio eiusdem Petri ac Stephano filio eius-

dem Johannis, necnon Benedicto, Thome et Andree filiis Pauli ac Thome filio Blasii et ipsorum heredibus universis vigore aliarum literarum nostrarum donacionalium exinde confectarum in perpetuum duxerimus conferendum, velimusque ipsos per nostrum et vestrum homines in dominium eiusdem legitime facere introduci, igitur fidelitati vestre firmiter precipiendo mandamus, quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio fidedignum, quo presente Gregorius filius Jacobi dicti Chernel de Orozton vel Michael aut Stephanus filii eiusdem sive Ladislaus de Tythws sive Nicolaus filius Petri Chenew de Kal, neve Thomas vel Ladislaus de Rayk aliis absentibus homo noster, ad faciem prefate possessionis Zegfalw, vicinis et commetaneis suis universis inibi legitime convocatis et presentibus accedendo, introducat prefatos Petrum et Johannem, Stephanum, Benedictum, Thomam Andream et alterum Thomam in dominium prescripti iuris nostri regii in eadem possessione habiti, statuatque idem eisdem premisse nostre donacionis titulo perpetuo possidendum si non fuerit contradictum, contradictores vero si fuerint, evocet ipsos contra memoratos Petrum, Johannem Stephanum, Benedictum, Thomam, Andream et alterum Thomam nostram in presenciam ad terminum competentem, racionem contradiccionis eorum reddituros; et post hec ipsorum introduccionis et statucionis seriem cum nominibus contradictorum et evocatorum si qui fuerint, terminoque assignato, nobis fideliter rescribatis. Datum in Kewe, die dominico proximo ante festum nativitatis beati Johannis Baptiste, anno dominiMillesimo quadringentesimo XXVIII° regnorum nostrorum anno Hungarie etc. XVII° et Bohemie VIII°.

A zalavári conventnek az iktatásról szóló eredeti jelentéséről másolta néhai Szeghy M.

216. *Zsigmond király Szenterzsebet és Csatár nevű birtokokat Szécsi Jánosnak adományozza. Iszaszeg, 1429. jan. 2.*

relacio Stephani de Rozgon comitis Temesiensis.

Nos Sigismundus dei gracia Romanorum rex semper augustus ac Hungarie Bohemie Dalmacie Croacie etc. rex

memorie commendamus tenore presencium significantes quibus expedit universis, quod nos qui ex innata nobis regia liberalitate cunctorum nobis fideliter obsequencium merita et actus virtuosos digne retribucionis bravio metiri solemus, eosque exinde premiis decorare donativis, consideratis et in nostri cordis armario digne recensitis preclaris fidelitatibus et fidelium diuturnorum serviciorum meritis laudedignis virtuosisque gestis et sinceris complacenciis fidelis nostri dilecti egregii Johannis filii magnifici Nicolai de Zeech alias magistri tavarnicorum nostrorum, quibus ipse a diuturnis temporum curriculis in plerisque nostris et regnorum nostrorum arduis agendis et expedicionibus difficilimis, sicuti prosperis sic et adversis, sub diversitate locorum et temporum, non parcendo rebus suis et persone, maiestati nostre et sacro nostro regio dyademati toto animi sui conamine et iuxta omnem sue possibilitatis exigenciam solicitudine indefessa studuit complacere seque nobis gratum reddere valde et acceptum; pretextu quarum cupientes ipsum ad presens prout animus noster regius promtis affectibus largius intendit in futurum alicuius nostri favoris benivolencia consolari, quasdam possessionem Zenthelsebeth vocatam et porciones possessionarias in possessione Chatar appellata in comitatu Zaladiensi situata habitas et existentes, que condam nobilium dominarum consortis Blasii filii Bartholomei ac relicte condam Nicolai de Korong prefuisse et per defectum seminis earumdem ad manus nostras regias iuxta regni nostri consvetudinem rite devolute fore perhibentur, simul cum universis ipsarum utilitatibus et pertinenciis quibuslibet, terris utputa arabilibus cultis et incultis, agris, pratis, silvis, nemoribus, virgultis, montibus, vallibus, vineis, vinearumque promontoriis, aquis et aquarum decursibus, molendinis molendinorumque locis, et generaliter quarumlibet utilitatum et pertinenciarum integritatibus, quovis nominis vocabulo vocitatis, ad easdem possessionem et porciones possessionarias de iure spectantibus et pertinere debentibus, sub ipsarum veris metis et antiquis limitibus, quibus eedem hactenus per earum possessores rite tente fuerunt et possesse, ex certa nostre maiestatis sciencia et animo deliberato, prefato Johanni filio Nicolai de

Zeech et per ipsum eidem Nicolao patri, nec non alteri Nicolao ac Thome, Dionisio et Ladislao fratribus suis carnalibus ipsorumque heredibus et posteritatibus universis dedimus donavimus et contulimus, imo damus donamus et conferimus iure perpetuo et irrevocabiliter possidendas, tenendas pariter et habendas, salvo iure alieno, harum nostrarum vigore et testimonio literarum, quas in formam nostri privilegii redigi faciemus dum nobis in specie fuerint reportate. Datum in Irswazeg, secundo die festi Circumcisionis domini, anno eiusdem Millesimo quadringentesimo vigesimo nono regnorum nostrorum anno Hungarie etc. XLII° Romanorum XIX° Bohemie nono.

Hártyán, belől pecséttel; eredetije a hg. Batthyány cs. körmendi ltárában. Nagy Imre.

217. *A kapornaki convent előtt Gersei Pető János és Kávási Gergely fiai, Zsigmond királyt Szentlászló, Orbánosfalva, Némethfalu vagy Senye, Nyavalád, Szentmihály és Zelenthe nevű birtokok adományozásától, Marczali Miklós és Dénes utódait pedig azoknak megszerzésétől tiltják. 1429. jun. 29.*

Nos conventus ecclesie sancti Salvatoris de Kapornok memorie commendamus, quod Johannes filius Jacobi de Ormand nostram veniendo in presenciam, in personis Ladislai et Pethew filiorum condam Johannis filii Pethew de Gerse, ac Stephani filii dicti Ladislai, item Georgii et Stephani filiorum Nicolai filii Gregorii de Kawas, serenissimum principem dominum nostrum Sigismundum regem a vendicione, donacione, collacione, impignoracione possessionum Zenthlazlo, Vrbanosfalwa, Nemethfalw alio nomine Senye, ac Nawalyad, Zenthmyhal et Zelenthe vocatarum in comitatu Zaladiensi existencium, que condam David et Thome filiorum Egidii de dicta Zenthlazlo ac Martini filii ipsius Thome prefuissent, item Emericum ac reverendum in Christo patrem dominum Ladizlaum episcopum ecclesie Chanadiensis ac Johannem et Stephanum filios condam Nicolai wayvode de Marczaly, nec non Georgium et Stephanum filios condam Dionisii bani de eadem Marczaly, preterea nobilem dominam filiam condam ducis Hodor de Mwkach *(így)* consortem

videlicet prefati Emerici et alios quoslibet ab impetracione, emcione, pro pignore recepcione, nec non occupacione, detencione, appropriacione possessionum predictarum seque in dominium earumdem quovis colore quesito intromissione et introduci faccione, usuum fructuum quarumlibet utilitatum earumdem percepcione seu percipi faccione quomodocunque factis vel fiendis, publice et manifeste prohibuit coram nobis et contradixit inhibendo, testimonio presencium mediante. Datum feria quarta proxima post festum nativitatis beati Johannis Baptiste, anno domini Millesimo quadringentesimo vigesimo nono.

Hátlapján pecsét maradványaival; eredetije Keszthelyen a gróf Festetics. cs. ltárában, Zaladien. 96. *b.* Nagy Imre.

218. *A kapornaki convent Zsigmond királynak jelenti, hogy a vállusi remete Szent-Pál szerzeteseitől Gersei Pető János fiai öt jobbágytelket Keszthelyen elfoglaltak. 1429. aug. 11.*

Serenissimo principi domino Sigismundo dei gracia Romanorum regi semper augusto, ac Hungarie regi, domino ipsorum naturali, conventus sancti Salvatoris de Koporнok, oracionum suffragia devotarum. Vestra noverit serenitas, quod cum nos summa cum obediencia acceptis literis vestris annualibus pro religiosis viris fratribus heremitis ordinis beati Pauli primi heremite in claustro beati Nicolai supra possessionem Valus fundato degentibus, ac inquisiciones, evocaciones, prohibiciones et ad omnia alia que iuxta regni vestri consvetudinem talibus in processibus de iure fieri consveverunt faciendas per vestram maiestatem graciose ad anni circulum datis et concessis nobis preceptorie directis, iuxta earumdem continenciam unacum Thoma de Rokolyan homine vestro in eisdem literis vestris annualibus inter alios homines vestros nominatim conscripto, nostrum hominem, videlicet fratrem Georgium ad infrascriptam inquisicionem faciendam pro nostro testimonio transmisimus fidedignum; qui tandem exinde ad nos reversi, nobis uniformiter retulerunt, quod ipsi feria secunda proxima ante festum beati Laurencii martyris proxime preteritum in comitatu Zaladiensi simul procedendo, a nobilibus et ignobilibus eius-

dem comitatus hominibus, a quibus decuisset et licuisset, palam et occulte diligenter de infrascriptis inquirendo, talem scivissent veritatem, quod Ladislaus et Pethew filii Johannis filii Pethew de Gerse, quasdam quinque sessiones iobagionales predicti claustri beati Nicolai et per consequens eorumdem fratrum heremitarum in eodem claustro degencium in oppido Kezthel vocato existentes pro se ipsis potencialiter occupassent et occupatis uterentur de presenti, in preiudicium et damnum dictorum fratrum heremitarum valde magnum. Datum quarto die inquisicionis antedicte, anno domini M° CCCC° XX° nono.

A gróf Festetics cs. keszthelyi ltárában őrzött eredeti minutáról. Zaladien. 97. Nagy Imre.

219. *A vasvári káptalan előtt Bedefalvi Jakab özvegye elismeri, hogy őt Gersei Pető László és Pető hitbérére és hozományára nézve kielégítették. 1429. nov. 18.*

Nos capitulum ecclesie Castriferrei, memorie commendantes tenore presencium significamus quibus expedit universis, quod nobilis domina Elizabeth vocata relicta Jacobi filii Bede de Bedefalwa filia scilicet Stephani filii Karmel de Kany coram nobis personaliter constituta, oraculo vive vocis confessa extitit in hunc modum, quod ipsa Ladislaum et Pethew filios Johannis filii Pethew de Gerse super universis iuribus suis dotaliciis et rebus parafernalibus de possessionariis porcionibus annotati Jacobi dicti Bede, in eadem Bedefalua apud manus annotatorum Ladislai et Pethew habitis, ipsoque Jacobo de medio sublato in eosdem Ladislaum et Pethew iure successorio devolutis, sibique iuxta regni consvetudinem provenire debentibus, recepta ab eisdem omnimoda satisfaccione, pure et per omnia expeditos reddidisset atque satisfactos, imo reddidit et commisit coram nobis, vigore presencium literarum nostrarum privilegialium pendenti sigillo nostro munimine roboratarum et consignatarum mediante. Datum feria sexta proxima ante festum beate Elizabeth regine, anno domini Millesimo quadringentesimo vigesimo nono; honorabili viro domino Nicolao preposito, viris discretis magistris Thoma cantore, Stephano custode, altero

Stephano de Hollos decano, ceterisque canonicis ecclesie nostre existentibus.

Hártyán, a pecsét vörös és zöld selyemkóczon függ; eredetije a körmendi ltárban. Véghely D.

220. *Zsigmond király Eördög Miklós érdemeit és vitézségét tekintetbe vévén, az annak ősei által birt Peleske várát, s az ahhoz tartozó falukat neki visszaadja. Pozsony, 1430. febr. 14.*

Nos Sigismundus dei gracia romanorum rex semper augustus, ac Hungarie, Bohemie, Dalmacie, Croacie etc. rex, memorie commendamus tenore presencium significantes quibus expedit universis. Quod nos qui quamquam nostra regali munificencia circa universos nostre maiestatis fideles de innata nobis clemencia quadam generalitate merito liberales existamus, ad illos tamen uberius nostra debemus liberalitatis dona extendere, quos pro sacre corone dicti regni nostri Hungarie, pro nostris quoque regiis honoribus, ac commodis et profectibus, fama celebris fervencioribus testatur studiis desudasse, consideratis itaque et recensitis fidelitatibus fideliumque ac laude dignorum obsequiorum gratuitis meritis, laudandis operibus, virtuosis gestis et sinceris complacenciis fidelis nostri dilecti egregii Nicolai Ewrdug filii Stephani similiter Ewrdug dicti de Prodawyz, quibus idem in plerisque nostris et regnorum nostrorum arduis agendis et expedicionibus difficilimis, multipharie studuit complacere, que omnia longum esset per singula enarrare, sed nunc aliqua de virtuosis gestis et laudabilibus actibus ipsius Nicolai Ewrdug sub brevi sermonis compendio, edisserendo referamus: ipse enim Nicolaus Ewrdug tamquam inter ceteros nostros fideles ad nostre serenitatis obsequia exhibendo, notabilis et animo ac virtute prestantissimus, primum in regno nostro Bohemie predicto contra perfidissimos heretice contagionis horrendis maculis infectos bohemos, dei et nostros notorios infideles in eodem regno nostro Bohemie et marchionatu Moravie pululando, tandem vero in partibus nostris Transalpinis contra sevissimos turcos, crucis Christi persecutores, confiniorumque regnorum nostrorum dirissimos et continuos invasores, qui eotunc quen-

dam Radwl alias Praznaglawa cognominatum, in vaivodam ipsorum parcium nostrarum Transalpinarum preficere, fidelem vero nostrum spectabilem et magnificum Daan verum ipsarum parcium nostrarum vaivodam de eisdem partibus excludere et expellere nitebantur, pro cuius quidem Daan vaivode reduccione dum nos personaliter cum validissimo exercitu nostro easdem partes nostras Transalpinas intrassemus, in omnibus nostris preliis in precinctu milicie extitit cum decenti apparatu suorum familiarium, nostram imitatus maiestatem, ad nutum nostram illic placibiles exercuit famulatus, ita quod eodem Radwl de ipsis partibus nostris Transalpinis turpiter aufugato, iterum ipse Daan vaivoda in honorem sue dignitatis extitit victoriose reductus per nos et relocatus. Demumquoque in regno nostro Rascie, in anno cuius iam quarta instaret revolucio, mortuo scilicet condam fidele nostro sincere dilecto illustre Stephano duce seu despoto ipsius regni nostri Rascie, quod prefati sevissimi turci cum ingenti eorum potencia subintrarant, inibique plurima spolia et depredaciones, castrorumque et fortaliciorum capciones committebant, idem Nicolaus Ewrdug virtutes augens virtutibus, sui banderii gentibus copiose et decenter suffultus in regno nostro Rascie cum certa caterva ipsorum turcorum certamen et conflictum bellicosum committendo, de ipsisque turcis deo volente victoriam triumphalem reportando, nonnullos ex eisdem notabiliores captivitati mancipatos nostre maiestati eotunc in Nandor-Alba constitute transmisit et presentavit. Postremo siquidem et ultimo sub castro Galambotz apud manus ipsorum turcorum habito, quod estate tunc sequenti obsidione circumvallaramus, idem Nicolaus Ewrdug sua laudabilia obsequia continuando, personeque ac rebus suis et expensis minime parcendo, sed se et sua pro nostri honoris incremento diversis fortune casibus et imminentibus periculis submittendo, taliter maiestati nostre et sacre regni nostri Hungarie corone laudabiliter et virtuose studuit et adhuc anhelat complacere seque gratum reddere et acceptum, quod propterea digne et merito tenemur et obligamur ipsum Nicolaum Ewrdug nostro regio favore prosequi gracioso; et licet ipse Nicolaus Ewrdug pro tot et

tantis laudedignis fidelibus suis serviciis et complacenciis multo maiora dona a nostra mereatur reportare maiestate, tamen in aliqualem talismodi suorum laudedignorum famulatuum et bonorum operum recompensam, ut idem nostre regie remuneracionis dulcedine pregustata, ad ulteriora nostre maiestatis obsequia prestancioris animi affectu incitetur, quoddam castrum nostrum Peliske appellatum in comitatu Zaladiensi situatum, quod olim predecessorum eiusdem Nicolai Ewrdug prefuerat, sed propter quasdam causas racionabiles ad manus nostre devenerat maiestatis, quodque tandem nos condam Noffrio Bardi de Florencia ac filiis suis in perpetuum duxeramus conferendum, nunc a manibus ipsorum filiorum Noffry per modum certe concambialis permutacionis, videlicet pro castro nostro Baymotz eliberandum et ad nostras manus accipiendum, simulcum possessionibus, oppidis seu villis similiter Peliske, Zenthlelek, Kylyng, Hene, Kwthws, Holtho, Felsewholto, Felzerbak, Naghbak, Napradfalwa, Erdedfalw, Terpen, Nena, Weneczye, Peliskefew, Kerbew, Twrol, Hemhaz et Gyerteleke vocatis, in eodem comitatu Zaladiensi habitis, aliisque cunctis possessionibus et villis ac villarum sitibus atque prediis, allodiis et quibuslibet pertinenciis, nec non tributis in prefatis possessionibus Peliske, Hene et Naghbak appellatis exigi consvetis, iuribus quoque et iurisdiccionibus, signanter autem iure patronatus ecclesiarum, terris eciam arabilibus cultis et incultis, pascuis, prat's, fenetis, silvis, nemoribus, virgultis, vineis, montibus vinearum ceterisque montibus, collibus, vallibus, aquis, fluviis aquarumque decursibus, piscinis, piscaturis, molendinis molendinorumque locis, et generaliter quarumlibet utilitatum et pertinenciarum ac fructuositatum eiusdem et ipsarum integritatibus, quovis nominis vocabulo vocitatis, ad predictum castrum Peliske possessionesque, oppida et villas prenotatas spectantibus et de iure pertinere debentibus, sub suis et ipsarum veris metis et antiquis limitibus, quibus idem et eedem per predecessores ipsius Nicolai Ewrdug et tandem per nos ac alios suos possessores hactenus rite tentum fuit et possesse extiterunt, ex certa nostre maiestatis sciencia et animo deliberato prelatorumque et baronum

nostrorum ad id accedente consilio prematuro, prefato Nicolao Ewrdug et per eum suis heredibus et posteritatibus universis, omni eo iure quo idem et eedem quibuscunque modis causis et racionibus nostre rite incumbunt collacioni, dedimus donavimus et contulimus, imo damus donamus et conferimus iure perpetuo et irrevocabiliter tenendas prossidendas pariter et habendas, salvo iure alieno, harum nostrarum vigore et testimonio literarum mediante, quas in formam nostri privilegii redigi faciemus, dum nobis in specie fuerint reportate. Datum Posonii, in festo beati Valentini martyris, anno domini Millesimo quadringentesimo tricesimo, regnorum nostrorum anno Hungarie etc. quadragesimo tercio, Romanorum vigesimo et Bohemie decimo.

Zsigmond királynak ugyancsak 1430 «decimo kalendas septembris» kiadott megerősítő átiratából, melynek eredetije a Nemzeti Muzeum könyvtárában őriztetik; ugyanabban át van írva a fehérvári káptalannak a beiktatásról szóló jelentése is. Közölve Komáromy András másolatából.

221. *Garai Miklós nádor a vasvári káptalant kiküldi, hogy azt a hatalmaskodást, melyet Fylemengh László Hagymási Lászlónak és nejének egyik udvarnoki jobbágyán, valamint Zalapai János fián Tamáson, Pynch-Görbő nevű birtokon lakó jobbágyokkal elkövetett, vizsgáltassa meg. Buda, 1430. jun. 25.*

Amicis suis reverendis capitulo ecclesie Castriferrei Nicolaus de Gara regni Hungarie palatinus et iudex comanorum amiciciam paratam cum honore. Dicitur nobis in personis egregii Ladislai de Hagmas ac nobilis domine Margaretha vocate consortis sue, necnon Simonis filii Jacobi iobagionis in possessione eorum Vduarnok vocata commorantis, item Thome filii Johannis de Zalapa, quod cum ipse Simon filius Jacobi circa festum beati Georgii martyris proxime preteritum quedam pecora Ladislai dicti Fylemeng de Pynchkerbew, de vinea sua sibi damna inferencia pro rehabendis ipsis damnis ad dictam possessionem Vduarnok impellere voluisset, tunc prefatus Ladislaus Fylemeng in ipsum Simonem irruendo, ipsa pecora ab ipso Simone recipiendo, ipsum pectoribus equorum trucidando ac diris verberum et vulne-

rum plagis afficiendo captivasset, captumque in suis vinculis quousque sue placuisset voluntati tenendo, tandem exmisisset; et quod idem Ladislaus Fylemeng in anno cuius nunc tercia preterisset revolucio annualis, ad domum prefati Thome filii Johannis de Zalapa in eadem habitam, unacum Johanne Chutor, altero Johanne sutore, Demetrio parvo, Anthonio Vykes, Martino sclavo, Briccio Magyar, Benedicto filio Emerici, Stephano, Georgio iudice, Demetrio Nemeth, Johanne filio Gerardi, Gregorio similiter Nemeth et Paulo iobagionibus Johannis filii Johannis de eadem Pynchkerbew irruendo, abhincque universas res et bona, necnon literalia prefati Thome instrumenta asportasset potencia mediante, in preiudicium et damnum ipsorum valde magnum; super quo vestram amiciciam presentibus petimus diligenter, quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio fidedignum, quo presente Blasius vel Andreas de Thekenye neve Georgius Chelle an Laurencius de Thwlwar sin Nicolaus neve Anthonius Almas de Chafford aliis absentibus homo noster, ab omnibus quibus incumbit, meram de premissis experiatur veritatem, quam tandem nobis amicabiliter rescribatis. Datum Bude, secundo die festi nativitatis beati Johannis Baptiste, anno domini Millesimo quadringentesimo tricesimo.

Zárlatán pecsét nyomaival; eredetije a körmendi ltárban. Véghely D.

222. *Zsigmond király a kapornaki convent által azt a hatalmaskodást, melyet Karmacsi Sebestyén és társai Rátóti Gyula fiainak Sásdy nevű birtokán elkövettek, a kapornaki convent által megvizsgáltatja. Buda, 1431. mart. 16.*

Sigismundus dei gracia romanorum rex semper augustus, Hungarie Bohemie Dalmacie Croacie etc. rex, fidelibus nostris conventui ecclesie de Kapurnok salutem et graciam. Dicitur nobis in personis nobilis domine Anglis vocate relicte, ac Ladislai et Jacobi filiorum condam Gywle de Rathold, quomodo Sebastianus de Karmach unacum Nicolao filio Johannis et Michaele (de) Echyr ac Mathyus de Zenthbenedekalya familiaribus suis, temporibus preteritis, mani-

bus armatis et potenciariis ad possessionem ipsorum Sasdy vocatam irruendo, tres boves ac unum equum Benedicti iobagionis ipsorum in eadem Sasdy residentis, quo sue placuisset voluntati, depelli fecisset potencia mediante, in ipsorum preiudicium et damnum satis magnum; super quo fidelitati vestre firmiter precipiendo mandamus, quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio fidedignum, quo presente Petrus Ispan vel Augustinus de Kezy aut Petrus de Gulach aliis absentibus homo noster, ab omnibus quibus incumbit, meram de premissis experiatur veritatem, quam tandem nobis fideliter rescribatis. Datum Bude, feria sexta proxima ante dominicam Iudica, anno domini Millesimo quadringentesimo tricesimo primo.

A kapornaki convent jelentéséből, mely szerint a panasz valónak találtatott, a convent jelentése eredetiben meg van a kismartoni ltárban. A. 21. 36. Nagy Imre.

223. *A vasvári káptalan előtt Gersei Pető János fiai Káloczfai Taba Illés fiát Jánost és társait, Káloczfa, Töttős, Gébárd, Sövénfalva, Lovászi és Kutas nevű birtokaik eladásától, Szenterzsébeti Terjék Istvánt és Antalt pedig azok megszerzésétől tiltják. 1431. apr. 24.*

Nos capitulum ecclesie Castriferrei memorie commendamus, quod Ladislaus filius Johannis filii Pethew de Gerse sua ac Pethew fratris sui carnalis in personis in nostram veniendo presenciam, Johannem filium Elie dicti Taba de Ilwagh alio nomine Kalusfalua, Johannem et Paulum filios Mathie, Stephanum filium Dominici, Gallum presbiterum filium Andree et Gregorium filium Stephani de eadem a vendicione, impignoracione, perpetuacione, qualibet alienacione possessionum Kalusfalua predicta, Thewtheus, Aracha, Gebrad, Seuenfalua alio nomine Jegenye et Louascy et Kuthas vocatarum quibuspiam, alios vero universos et quosvis, signanter Stephanum et Anthonium dictos Teriyek de Zenthelsebeth et filios eiusdem ab emcione, pro pignore recepcione sibique ipsis perpetuacione, usuum fructuum et quarumlibet utilitatum earumdem percepcione et se quovis quesito colore in dominium earumdem intromissione quoquo-

modo factis vel fiendis, prohibuit contradicendo et contradixit inhibendo publice et manifeste coram nobis, vigore presencium mediante. Datum in festo beati Georgii martyris, anno domini Millesimo quadringentesimo tricesimo primo.

Hátlapján pecséttel; eredetije a gr. Festetics cs. levéltárában Keszthelyen Castriferrei, 178. *c.* Nagy Imre.

224. *A zalavári convent bizonyságlevele a Szentmihály és Venthe nevű birtokok szomszédságában fekvő Nyirkut nevű földtér határjárásáról. 1431. jul. 29.*

Omnibus Christi fidelibus presentibus pariter et futuris presencium noticiam habituris, conventus monasterii beati Adriani martyris de Zala salutem in salutis largitore. Ad universorum noticiam harum serie volumus pervenire, quod nos literas serenissimi principis . . . . . domini Sigismundi dei gracia romanorum regis semper augusti ac Hungarie Bohemie Dalmacie Croacie etc. regis reambulatorias nobis directas, summa cum obediencia recepimus in hec verba: Sigismundus dei gracia romanorum rex semper augustus ac Hungarie Bohemie Dalmacie Croacie etc. rex, fidelibus nostris conventui ecclesie Zaladiensis salutem et graciam. Dicitur nobis in personis Balthasar de Bodogazonfalua et nobilis domine Sara vocate filie condam Nicolai filii Pauli dicti Bagol de Zenthmihal consortis scilicet eiusdem Balthasar ac Stephani et Nicolai filiorum eiusdem domine Sare nec non Georgii filii Nicolai ac Pauli et Georgii filiorum Stephani de Wenthe, quomodo quedam possessio seu terra ipsorum Nyrkuthfelde vocata, inter possessiones Molnari ipsorum Balthasar et domine Sare et filiorum suorum ac Edewchaza vocatas, predictorum Georgii Pauli et alterius Georgii, adiacens in comitatu Zaladiensi, apud manus ipsorum pacifice habita, legitima reambulacione et metarum eiusdem ereccione et renovacione plurimum indigeret; super quo fidelitati vestre firmiter precipiendo mandamus, quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio fidedignum, quo presente Nicolaus de Bagod aut Michael vel Benedictus dicti Kayor de Isthwanfelde sin Michael de Polyah aliis absentibus homo noster, ad faciem predicte possessionis seu

terre Nyrkuthfelde vocate, vicinis et commetaneis eiusdem universis inibi legitime convocatis et presentibus accedendo, reambulet eandem per suas veras metas et antiquas, novas iuxta veteres in locis necessariis erigendo, reambulatamque et ab aliorum iuribus possessionariis metaliter separatam et distinctam, relinquat prefatis Balthasar ac domine Sare, Stephano Nicolao Georgio Paulo et altero Georgio iure ipsis incumbenti perpetuo possidendam si non fuerit contradictum, contradictores vero si qui fuerint, evocet ipsos contra prefatos Balthasar et dominam Saram Georgium Paulum et alterum Georgium nostram in presenciam ad terminum competentem, racionem contradiccionis eorum reddituros; et post hec huiusmodi possessionarie reambulacionis seriem cum cursibus metarum illic erigendarum, nominibusque contradictorum et evocatorum si qui fuerint, terminoque assignato, nobis fideliter rescribatis. Datum Bude, feria secunda proxima post festum sacratissimi corporis Christi, anno eiusdem M° quadringentesimo XXX° primo. Nos igitur mandatis ipsius domini nostri regis in omnibus obedire cupientes ut tenemur, unacum prefato Nicolao de Bagod homine eiusdem domini nostri regis, nostrum hominem, videlicet fratrem Emericum sacerdotem dicti monasterii nostri priorem ad premissa peragenda nostro pro testimonio transmisimus fidedignum, qui tandem exinde ad nos reversi nobis uniformiter retulerunt, quod ipsi in festo Divisionis apostolorum proxime preterito et aliis diebus ad id aptis et sufficientibus ad faciem prescripte possessionis seu terre Nyrkuthfelde vocate, vicinis et commetaneis eiusdem universis inibi legitime convocatis et presentibus accessissent, eandem per veras suas metas et antiquas, novas iuxta veteres in locis necessariis erigendo, hoc ordine ab aliorum iuribus possessionariis metaliter separassent et distinxissent: quod prima meta inciperet penes quendam fluvium Rygalchpataka vocatum a parte occidentali, ubi penes eundem duas metas terreas erexissent, abhinc eundo ad plagam occidentalem ad unum monticulam et rubetum, ubi duas metas terreas, unam ad arborem ilicis erexissent, abhinc ad eandem plagam directe descendendo usque fluvium Laposnok-

pathaka vocatum, penes quem a parte orientali duas metas terreas elevassent et ibi determinassent; que quidem mete semper a parte meridionali predicte possessioni Zenthmihal annotatorum Balthasar ac domine Sare nec non Stephani et Nicolai filiorum eiusdem domine, a parte vero aquilonali consimiliter dictis nobilibus de Venthe separarent et distingerent; et quia predicte reambulacioni, metarum renovacioni et ereccioni modo prescripto facta *(igy)* nullus vicinorum et commetaneorum eiusdem possessionis seu terre Nyrkuthfelde vocate contradiccionis velamine obviasset, idcirco ipsam possessionem modo premisso reambulatam nec non ab aliorum iuribus possessionariis sequestratam, eo iure quo ipsis pertinere dinosceretur, eisdem Balthasar ac domine Sare nec non Stephano et Nicolao filiis eiusdem domine ac Georgio Paulo et altero Georgio ipsorumque heredibus perpetuo possidendam relinquissent et commisissent. In cuius rei memoriam firmitatemque perpetuam presentes literas nostras privilegiales pendentis et autentici sigilli nostri munimine roboratas eisdem duximus concedendas. Datum quintodecimo die diei reambulacionis renovacionis et metarum ereccionis antedicte, anno domini supradicto.

Hártyán, világos kék selyemzsinóron függött pecsét nyomaival; eredetije a zalavári convent orsz. ltárában. 505. Nagy Imre.

225. *A vármegye alispánjai és szolgabírái Zsigmond királynak jelentik, hogy Pál, a budai káptalan dekánja, a káptalan nagypécsöli és budavári jobbágyaival a veszprémi káptalan birtokát Nagy-Pécsölön elfoglaltatta. 1431. sept. 26.*

Serenissimo principi domino Sigismundo dei gracia romanorum regi semper augusto ac Hungarie Bohemie Dalmacie Croacie etc. regi, domino ipsorum metuendo, Benedictus de Wsa et Michael de Gemerew vicecomites et iudices nobilium comitatus Zaladiensis, subieccionem humilem cum perpetua fidelitate. Vestra noverit celsitudo, quod cum nos omni cum reverencia quo decuit perceptis literis vestre serenitatis annualibus, medicri *(igy)* sigillo vestro consignatis, pro honorabili capitulo ecclesie Wesprimiensis ad inquisiciones, evocaciones, prohibiciones, necnon ad omnia alia que

iuxta regni vestri consvetudinem talibus in processibus fieri consveverunt facienda per anni circulum generaliter datis et graciose concessis, nobisque preceptorie transmissis, iuxta earumdem continenciam Dominicum de Keweskal unum ex nobis ad infrascriptam inquisicionem fideliter peragendam duxissemus destinandum, demum idem ad nos exinde reversus, nobis retulit eo modo, ut ipse in festo beati Mathei evangeliste proxime preterito, in dicto comitatu Zaladiensi procedendo, ab omnibus quibus decens et opportunum fuisset, nobilibus et alterius status dicti comitatus Zaladiensis hominibus, palam et occulte diligenter de infrascriptis investigando, talem scire potuisset certitudinis veritatem, quomodo honorabilis vir magister Paulus canonicus et decanus ecclesie Veteris Budensis, de commissione et mandato ac consensu venerabilis domini prepositi et capituli predicte ecclesie Veteris Budensis, unacum Briccio, Michaele, Stephano, Laurencio, Blasio Fintha, Michaele Dobos, Emerico filio eiusdem, Augustino filio Simonis, Anthonio ruffo, Barnaba Zakalos, Benedicto pellifice, Georgio ruffo, altero Georgio filio Egidii, Johanne dicto de Zala, Thoma, Gregorio, Colomano filiis Mathie, Ladislao filio Simonis, Clemente Bekees, Michaele Nemes, Elia dicto Nemeth, Thoma de villa Olaz dicta, Georgio Farkas, Anthonio filio Blasii, Blasio dicto Kyral, Benedicto filio Johannis, Blasio, Petro dicto de Fyred, Laurencio, filio Pethew, Johanne Fyler, Benedicto filio Blasii, Gregorio filio Benedicti, Georgio filio Fabiani, Jacobo filio Simonis, Thoma filio Jacobi, Paulo filio Georgii, Thoma filio Blasii, Georgio filio Johannis, Egidio Siketh, Anthonio filio eiusdem, Dominico filio Johannis, Georgio Bachan, Blasio filio Mathie altero Blasio dicto de Verestho, Gallo, Dominico filio Simonis et Petro filio Nicolai in Naghpechel, item Michaele filio Demetrii, Johanne villico, Nicolao filio Francisci, Georgio magno, Anthonio dicto de Dergeche, Thoma filio Stephani, Georgio Fabro, Stephano filio Demetrii, Briccio et Luca filiis eiusdem, Johanne filio Francisci, Nicolao dicto Lewkesse et Johanne dicto Pentel in Budawary possessionibus residentibus et commorantibus, iobagionibus scilicet eorumdem domini prepositi et capituli, die dominico proximo ante fes-

tum Advincula beati Petri apostoli proxime preteritum, manibus armatis et potenciariis, ad faciem porcionis possessionarie dicti capituli Wesprimiensis in dicta possessione Nagpechel habite, pridem per magistrum Benedictum de Ozthopan iudicis curie vestre serenitatis notarium coram testimonio capituli ecclesie Albensis eidem capitulo ecclesie Wesprimiensis legitime statute, veniendo, metas eiusdem per ipsum magistrum Benedictum de Ozthopan erectas destrui aboliri et penitus annihilari fecisset, nonnullas eciam terras arabiles ad ipsam porcionem possessionariam de iure spectantes perarari fecisset, potencia mediante, in preiudicium ipsius capituli et damnum valde magnum, lite tamen inter ipsos pendente. Datum s(ex)to die diei inquisicionis antedicte, anno domini Millesimo quadringentesimo tricesimo primo.

Zárlatán két pecsét nyomaival; eredetije a veszprémi kápt. ltárában capsula XII «Nagy-Pécsel» csomag. Véghely D.

226. *A zalavári convent előtt László récsei plébános és Andi Balázs előterjesztik, hogy midőn a nevezett plébános bizonyos záloglevelet Andi Balázsnak és társainak meg akart magyarázni, Benczei Imre a levelet a plébános kezéből kiragadta, összetépte és elégette. 1431. nov. 19.*

Nos conventus monasterii beati Adriani martyris de Insula Zaladiensi, memorie commendamus, quod discretus vir dominus Ladislaus plebanus de Reche ab una, parte vero ex altera nobilis vir Blasius de Ond coram nobis personaliter constituti, confessum extitit per eundem dominum Ladislaum oraculo vive vocis et relatum in hunc modum, quod quia idem Ladislaus plebanus per nobiles viros Emericum dictum Rekus de Benche et Blasium supradictum de Ond ac Dominicum de Kumpe rogatus et vocatus fuisset ad domum eiusdem nobilis viri Emerici dicti Rekus ad exponendum videndum et vulgarizandum quarundam literarum impignoratoriarum inter ipsos prefatos nobiles emanatarum, tunc quidem Stephanus frater eiusdem Emerici dicti Rekus literam prefatam impignoratoriam ipsorum nobilium Blasii, Dominici ac Georgii, de manibus eiusdem discreti viri domini

Ladislai plebani excipiendo et trahendo furibunde in partes dilaceravit et cremari fecit, imo confessus est nostri in presencia testimonio presencium mediante et commisit expeditum. Datum in festo beate Elizabet vidue, anno domini M° quadringentesimo tricesimo primo.

Hátlapján kerek pecsét nyomaival; eredetije az orsz. ltárban. N. R. A. 50. 48. dipl. oszt. 12427. Nagy Imre.

227. *Zsigmond király a zalavári conventet kiküldi, hogy azt a hatalmaskodást, melyet Rozgonyi István neje Cziczelle asszony Molnári Kelemen győri püspöknek és testvérének Szabar nevű birtokán elkövetett, vizsgáltassa meg. Buda, 1432. sept. 1.*

Sigismundus dei gracia Romanorum rex semper augustus ac Hungarie Bohemie Dalmacie Croacie etc. rex, fidelibus nostris conventui ecclesie Zaladiensis, salutem et graciam. Dicitur nobis in personis reverendi in Christo patris domini Clementis episcopi ecclesie Jauriensis ac Stephani et Dominici filiorum Petri de Molnar fratrum eiusdem domini episcopi, quomodo nobilis domina Cecilia consors Stephani de Rozgon comitis Temesiensis, ex consensu et mandato eiusdem comitis Stephani domini et mariti sui, pridem circa festum beati Bartholomei apostoli proxime preteritum, missis Michaele dicto de Labathlan nobile de Pagh, Petro literato de Kweskal castellano de Tata, necnon familiaribus et hominibus Gregorii dicti Varyw de Meger castellani de Gezthes, et Stephani de Bathwa castellani de Chokakw, ex voluntate et commissione eorumdem Gregorii et Stephani aliisque quampluribus familiaribus et hominibus predictorum comitis Stephani et domine consortis eiusdem necnon familiaribus ipsorum supra nominatorum, ad possessionem ipsorum domini episcopi et fratrum suorum Zabar vocatam in comitatu Zaladiensi habitam, curiam ipsorum propriam in eadem possessione existentem fere una tota die hostiliter et manibus armatis expugnare, et familiares ipsorum in dicta curia constitutos, quibusdam ex eis spoliatis et captivatis de eadem expelli faciendo, ipsam curiam nec non dictam possessionem Zabar simulcum aliis villis ad eandem pertinentibus indebite et sine lege occupari fecisset potencia mediante,

in ipsorum domini episcopi et fratrum suorum preiudicium et damnum non modicum; super quo fidelitati vestre firmiter precipiendo mandamus, quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio fidedignum, quo presente Clemens de Egerwar vel alter Clemens de Lucafalwa aut Ladislaus filius Demetrii de Chaford sin Bartholomeus de Bagod aliis absentibus homo noster, ab omnibus quibus incumbit, meram de premissis experiatur veritatem, quam tandem nobis fideliter rescribatis. Datum Bude, in festo beati Egidii abbatis, anno domini M° quadringentesimo tricesimo secundo.

A zalavári conventnek Zsigmond királyhoz intézett s 1432-ben kelt jelentéséből, mely szerint a convent a vizsgálatot teljesítvén, a panaszt valónak találta; a convent jelentése megvan eredetiben a Kisfaludy cs. ltárában. V. ö. Zsigmond királynak 1406-ban Szabar nevű birtokra vonatkozólag kiadott oklevelével, Hazai Ománytár II. 171. lap; ezt utóbb Molnári Kelemen győri püspök s testvérei István és Domokos, úgy Agatha asszony Ostfi Gergely özvegye nevében Büki István győri kanonok 1432-ben a pannonhalmi convent előtt felmutatta s átiratta; mely átiratnak eredetije az Ostffy cs. ltárában őriztetik. Nagy Imre.

228. *A vasvári káptalan előtt Asszonyfalvi Lőkös leánya Ilka, Felsőlendvai Herczeg Péter özvegye, férjének várait Dobrát és Felsőlendvát a Szécsieknek visszaadja, kik viszont Letenye nevű s több más birtokok haszonélvezetében az özvegyet éltefogytáig meghagyják. 1432. dec. 2.*

Nos capitulum ecclesie Castriferrei memorie commendamus, quod nobilis domina Ilko vocata relicta Petri Herchegh de Felsewlyndua (filia) scilicet Johannis dicti Lewkus de Azzonfalua personaliter ab una, parte vero ab alia Johannes et Thomas filii condam Nicolai de Zeech similiter personaliter, onera vero et gravamina Nicolai et (Dionisii) fratrum ipsorum carnalium necnon Nicolai filii Johannis filii bani de Felsewlindwa super se assummentes, coram nobis personaliter constituti, per eandem nobilem dominam Ilko vocatam confessum extitit pariter et relatum in hunc modum, quod ipsa prefatos Johannem Thomam Nicolaum et Dionisium filios Nicolai ac Nicolaum filium Johannis filii bani super universis iuribus suis dotaliciis et rebus paraffer-

nalibus de possessionariis porcionibus ipsius Petri Herchegh domini et mariti sui in castris Dobra et Lindua vocatis ac pertinenciarum eorumdem sibi provenire debencium, prefatoque Petro de medio sublato in eosdem Johannem Thomam Nicolaum Dionisium alterum Nicolaum iure successorio devolutis, necnon restitucione rerum bonorum tesaurorum ac aliarum rerum a prefato Petro dicto Herchegh derelictarum pure et per omnia expeditos reddidisset atque satisfactos; in huius autem recompensam prefati Johannes et Thomas Nicolaus Dionisius alter Nicolaus filius Johannis porciones possessionarias prefati Petri Herczegh domini et mariti ipsius domine in possessionibus Laak, Falkholch, Thekefalva, Krisauch pre manibus que annotati Petri fuissent, necnon Lethene cum omnibus ipsarum utilitatibus et pertinenciis quibuslibet, necnon daciis seu collectis vulgo stewr dictis, necnon vinea in territorio et monte dicte possessionibus Lethene existente, prefate domine Ilko vocate usque tempus maritacionis eiusdem uti et frui, fructusque et utilitates earumdem percipiendo commisissent, imo prefata nobilis domina Ilko vocata ipsos Johannem et Thomam Nicolaum Dionisium alterum Nicolaum reddidit et commisit, ipsique Johannes et Thomas eorum ut premittitur et dictorum superius nominatorum in personis, ipsas porciones possessionarias uti commiserunt coram nobis, hoc declarato, quod si ipsi ipsam dominam in dominio dictarum porcionum possessionariarum conservare nollent vel non curarent aut non possent, extunc in aliis porcionibus ipsorum possessionariis, utilitate, qualitate, quantitate et fructuositate dictarum porcionum possessionariarum equalentibus *(igy)* tenere et conservare deberent eo facto, prefataque domina universas literas suas fassionales impignoraticias factum porcionum possessionariarum seu castrorum tangentes, vanas cassas frivolas, exhibitorique earumdem nocituras relinquendo et committendo. Datum feria tercia proxima post festum beati Andree apostoli, anno domini Millesimo quadringentesimo tricesimo secundo.

Szakadozott hártyán, hátlapján nagy kerek pecsét nyomaival;

eredetije az Ostffy cs. ltárában. Közölve Kammerer Ernő másolatából.

229. *Zsigmond király Berekszói Hagymás László nejének Margitnak panaszára a vasvári káptalant kiküldi, hogy tartson az iránt vizsgálatot, hogy midőn a panaszosnak atyja Felsőlendvai Szécsi János, nejét Borbálát Németországból nőül vette, ennek háromezer arany forint értékű hozományát a panaszos szülőinek elhaltával mostoha anyja Katalin asszony magának megtartotta.*
Buda, 1433. mart. 13.

Sigismundus dei gracia Romanorum rex semper augustus ac Hungarie Bohemie Dalmacie Croacie etc. rex, fidelibus nostris capitulo ecclesie Castriferrei salutem et graciam. Dicitur nobis in persona nobilis domine Margaretha vocate filie condam Johannis filii olim Nicolai de Felsewlyndwa alias de Zeech, consortis vero egregii Ladislai dicti Haghmas de Berekzow, quomodo condam nobilis domina Barbara vocata mater ipsius domine de partibus Thevtonie eidem condam Johanni patri suo more theotonicali cum dote mille librarum denariorum viennensium ac ducentis florenis puri auri, magnisque quantitatibus gemmarum et crinali multis perlis et lapidibus preciosis ornato, item argenteriis ac nobilibus ornamentis domus et magnis sumtibus expensarum ad celebracionem earumdem nupciarum expositarum in toto se ad tria milia florenorum auri extendentibus, matrimonialiter tradita fuisset, qui scilicet denarii et floreni necnon prefata bona mortuis prefatis condam Johanne patre ac domina matre ipsius domine Margarethe et ad ipsam rite devolvi debenda, erga nobilem dominam Katherinam relictam eiusdem condam Johannis patris, novercam vero eiusdem domine Margarethe remansissent et apud ipsam protunc haberentur, quos ipsa ad plurimas eiusdem domine Margarethe peticiones sibi reddere et restituere hactenus recusasset et recusaret de presenti, potencialiter erga se conservando, in ipsius preiudicium ac damnum valde magnum; super quo fidelitati vestre firmiter precipiendo mandamus quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio fidedignum, quo presente Johannes filius Petri vel Blasius filius Johannis de Tekene aut Laurencius sin Franciscus de Tiluar, seu Antho-

nius Almas sive Nicolaus Chaford neve Georgius Chelle de Thiluar aliis absentibus homo noster, ab omnibus quibus incumbit, meram de premissis experiatur veritatem, quam tandem nobis fideliter rescribatis. Datum Bude, secundo die festi beati Gregorii pape, anno domini M° CCCC° XXX° tercio.

Zárlatán kerek pecsét nyomaival; eredetije a körmendi ltárban. Véghely D.

230. *A vármegye alispánjai és szolgabírái Haholthi Miklós fiát Jánost mint kiskorút, négy évig mindenkinek keresete alól fölmentik. Kapornak, 1433. jun. 18.*

Nos Thompa de Bogodazzonfolua *(így)* et Paulus de Berendh vicecomites et iudices nobilium comitatus Zaladiensis memorie commendamus, quod nobis feria quinta proxima post festum sacratissimi corporis Christi proxime preteritum unacum nobilibus provincie in figura nostri iudicii pro faciendo moderativo iudicio sedentibus causasque cunctorum coram nobis litigancium iusto iuris tramite discernentibus, Ladislaus filius Stephani in Haholth residens unacum Johanne filio Nicolai de Haholth predicta in tenera etate constituto, in nostram personalem veniendo presenciam, nobis significare curavit in hunc modum, quomodo ipsum Michael filius Ladislai de eadem Haholth coram nobis in causam attraxisset, sed tamen literas procuratorias ad fassionem dare et emanare in aliquo capitulo aut conventu dare recusarent. Unde nos eundem Johannem filium Nicolai de Haholth usque ad revolucionem quatuor annorum nullus hominum cum eodem in iudicio astare non valeant neque possint, harum literarum nostrarum testimonio mediante. Datum in Kapurnak, feria quinta antedicta; anno domini Millesimo quadringentesimo tricesimo tercio.

Hátlapján három pecsét nyomaival; eredetije a Kisfaludy cs. ltárában. Nagy Imre.

231. *A zalavári convent előtt Jakab türjei prépost, Margit asszony Szentgróti László özvegye utóbb Berekszói Hagymás László neje, valamint ennek László fia nevében, Zanai Istvánt és nejét Aranyad, Zalaszeg és Szentpéter nevű birtokok eladásától, Kanizsai Lászlót pedig azok megvételétől tiltja. 1433. nov. 16.*

Nos conventus monasterii beati Adriani martyris de Insula Zaladiensi memorie commendamus, quod religiosus vir dominus Jacobus prepositus ecclesie beate virginis de Thyrle, nostram veniendo in presenciam, in personis nobilis domine Margarete alias relicte condam Ladislai de Zenthgyrolth nunc consortis Ladislai dicti Hagmas de Berekzow et Johannis filii prefati condam Ladislai, Stephanum de Zana et nobilem dominam Dorotheam consortem eiusdem a vendicione, impignoracione, seu quavis alienacione possessionum ipsorum, videlicet Aranyad, Zalazegh ac Zenthpether vocatarum et pertinenciarum earumdem, eo quod eedem racione propinquioris vicinitatis et commetaneitatis prefatis nobili domine Margarete et Johanni filio eiusdem ad emendum aut pro pignore recipiendum de iure et legitime competeret, scilicet pro estimacione condigna, item Ladislaum de Kanisa et alios quoslibet ab emcione, pro pignore recepcione, sibi ipsis perpetuacione possessionum predictarum, seque in dominium earumdem quovis colore quesito intromissione et introduci faccione, usuum fructuum et quarumlibet utilitatum earumdem percepcione seu percipi faccione quomodocunque factis vel fiendis, publice et manifeste prohibuit coram nobis et contradixit inhibendo, testimonio presencium mediante. Datum feria secunda proxima post festum beati Martini episcopi et confessoris, anno domini M° quadringentesimo tricesimo tercio.

Hátlapján kerek pecséttel; eredetije a körmendi levéltárban. Véghely D.

232. *Zsigmond király a zalavári conventet kiküldi, hogy Kanizsai László által, Jakab türjei prépos-t, Hagymás László- és Szentgróti Lászlónak Türje és Pákod nevű birtokain elkövetett hatalmaskodást vizsgáltassa meg. Buda, 1433. dec. 21.*

Sigismundus dei gracia Romanorum imperator semper augustus ac Hungarie Bohemie Dalmacie Croacie etc. rex,

fidelibus nostris conventui ecclesie Zaladiensis salutem et graciam. Dicitur nobis in personis religiosi viri domini fratris Jacobi prepositi de Thwrle, item Ladislai filii Johannis dicti Hagmas de Berekzow ac nobilis domine Margarete consortis ipsius, nec non Johannis filii Ladislai filii condam Nicolai de Zenthgyrolth, quomodo temporibus proxime preteritis Benedictus de Domonya ac Georgius de Zepethk familiares et officiales Ladislai de Kanisa in possessione sua Wthus constituti, unacum Petro dicto Porkolab, altero Petro de Beged, Michaele de eadem, Paulo Thar, Dionisio Rauaz, Mesa, Thoma filio Francisci, Gregorio Kopaz, Clemente filio Clementis, Stephano de Hwzywthoth, Gregorio filio Stephani, Blasio filio Stephani, Anthonio Zathor et Stephano Wegh iobagionibus ipsius Ladislai de Kanisa in dicta possessione sua Wthus commorantibus, ex commissione et voluntate ipsius Ladislai domini ipsorum, manibus armatis et potenciariis ad silvam prefatorum conquerencium Wythelew vocatam intra veras metas predicte possessionis ipsorum conquerencium Thwrle habitam veniendo, quosdamque iobagiones ipsorum conquerencium in eadem reperiendo, dire verberassent, et de eisdem septem cultellos magnos et tres secures potencialiter recepissent. His non contentus idem Ladislaus de Kanisa, missis et destinatis Stephano de Beer et Ambrosio de Zelews similiter familiaribus et officialibus suis, manibus armatis et potenciariis ad possessionem prefatorum conquerencium Pakud nuncupatam, fractisque inibi hostiis domorum iobagionum eorum possessione in eadem commorancium, omnes res et bona domibus in eisdem repertas et inventa abstulissent, deportassent, ipsis conquerentibus per hoc plus quam ducentorum florenorum auri puri damna inferendo, potencia mediante, in preiudicium ipsorum conquerencium valde magnum. Super quo fidelitati vestre firmiter precipiendo mandamus, quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio fidedignum, quo presente Georgius Chelle vel Laurencius de Thwlwar aut Anthonius Almas de Chaford seu Mathe de Ewche aliis absentibus homo noster, ab omnibus quibus incumbit, meram de premissis experiatur veritatem, quam tandem nobis fide-

liter rescribatis. Datum Bude, in festo beati Thome apostoli, anno domini M° quadringentesimo tricesimo tercio.

A zalavári conventnek 1434. évi jelentéséből, melynek eredetije a hg. Batthyány cs. körmendi ltárában őriztetik. Nagy Imre.

233. *A vármegye alispánja és szolgabírái Hahóthi László fiainak Rumi Dorozló neje Ilkó asszony elleni ügyét elhalasztják. Kapornak, 1434. máj. 20.*

Nos Paulus de Berendh vicecomes et iudices nobilium comitatus Zaladiensis damus pro memoria, quod Michael et Balthasar filii Ladislai de Haholth in nostram personaliter venientes presenciam, contra nobilem dominam Ilko vocatam consortem Dorozlo de Rwm tota die legitime in termino steterunt coram nobis, et que iuxta continencias literarum nostrarum prorogatoriarum ac conventus de Kapurnak citacionis relatoriarum feria quarta proxima post festum Penthecosten proxime preteritum nostri in presenciam peremtorie responsura non venit neque misit, item iobagiones eiusdem domine in literis conventus de Kapurnak evocatoriis nominatim . . . . . eidem statuere commissos statuere non curasset; unde nos eandem pro eius non venire et pro non statucione iobagionum in iudiciis consvetis commisimus fore convictos *(így)* si se racionabiliter non poterit excusare. Datum in Kapurnak, secundo die termini prenotati, anno domini Millesimo quadringentesimo tricesimo quarto.

Eredetije kopott állapotban a Kisfaludy cs. ltárában. A föntnevezett alispánnak még egy másik halasztó levele is megvan ugyanott 1435-ből. Véghely D.

234. *Zsigmond király elismeri, hogy több rendbeli ingókat, ruhaneműeket, ékszereket, könyveket, három lovat és készpénzt, melyeket a görög császárnak az országon keresztül a bazeli zsinatra utazó követeitől elraboltak, Gersei Pető László főispán Zala vármegyében összeszedetvén, általa valamint Szécsi Tamás által a királynak átadattak. Ulm, 1434. aug. 6.*

commissio propria domini imperatoris.

Nos Sigismundus dei gracia Romanorum imperator semper augustus ac Hungarie Bohemie Dalmacie Croacie

etc. rex, memorie commendamus per presentes, quod cum nos nuper fidelem nostrum egregium Thomam de Zeech aule nostre militem de hac imperiali nostra civitate Vlma vocata pro certis rebus et bonis per quosdam latrones et malefactores ab ambassiatoribus imperatoris Grecorum, per dictum regnum nostrum Hungarie ad has exteras partes ad nostram celsitudinem et ad sacrum Basiliense concilium pergentibus pridem in eodem regno nostro Hungarie ablatis, ad ipsum regnum nostrum Hungarie et consequenter ad comitatum Zaladiensem, in quo nonnulle ex pretactis rebus dictorum ambasiatorum reperte fuisse nostro culmini asserebantur, pro nostra serenitate et per consequens antefatis ambasiatoribus prelibati imperatoris grecorum per ipsum apportandis destinassemus, tandem idem ad nos rediens, quamplures ex eisdem rebus et bonis, videlicet: unum vas argenteum parvum pro tiriaca, unam cincturam seu cingulum de serico contextam viridis coloris cum argento deaurato, unam literam loquentem cardinali Bononiensi, unum pileum foderatum cum pellibus sobolinis, unum cifum argenteum ab intra deauratum, duo coclearia argentea deaurata, unum librum ewangeliorum cum coopertorio argenteo deaurato, unam tabulam continentem in se imaginem beate Marie virginis depictam, quinque ligaturas capitis, octo manutergia cum serico ornata, unum valisium de Mediolano cum catena, unam tunicam de veluto figurato rubeo, cum rimis aureis in circuitu, foderatam cum pellibus ermelinis cum nodulis undecim, unam tunicam de kamoka blauea foderatam cum dorsis varii cum nodulis decem, unam tunicam de kamokato nigro et albo foderatam cum mardurinis, collarium foderatum cum sobolinis cum nodis de auro filato, unam tunicam de kamokato blaueo foderatam cum ventre varii, quatuor pecias seu particulas de kamoka, unam nigram, aliam blaueam, terciam croceam, quartam de diversis coloribus, duas ulnas de kamuka blauea, unam tunicam de kamuka blauea foderatam, cum panno blaueo, unum valisium rubeum de Ruscia, unam tunicam de kamoka alba foderatam cum ventre varii, habentem nodulos viginti duos, unam tunicam de chemeleto foderatam cum mardurum *(igy)*,

collarium cum sobolinis cum condiculis de serico deaurato, unam parvam tunicam de kamoka blauea foderatam, cum dorso varii, unum valisium rubeum, unum coopertorium de kamokato blaueo albo foderatum cum czandato rubeo, unum cultellum magnum cum tribus particulis argenti; quinque pecias de subtili tela, quatuor sudaria, unam tunicam de veluto rubeo foderatam cum panno rubeo, unum biretum de scarleto foderatum cum ventre varii, unam tunicam de chemeleto albo foderatam cum pellibus lincum, habentes nodulas decem, unam tunicam de kamoka brunatici coloris foderatam cum dorsis varii, unam tunicam de kamoka varii coloris, cum subductura de collo marduris, unum coopertorium de kamoka cuius medium est croceum et per circuitum de kamoka blauei et albi colorum, foderatum cum czandato rubeo, unum pileum de veluto griseo velutato foderatum cum sobolinis, unum pileum de veluto griseo velutato foderatum cum dorsis varii, unum pileum antiquum brunatici et grisei colorum foderatum cum pellibus mardurinis, duas camisias de tela subtili, unum cantrum argenteum fractum, duo paria calceamentorum crocei coloris, unam spadam turconicam decoratam certis particulis argenti deaurati, unum parvum librum grecorum, unum par manicarum muliebrium de kamoka blauea nec non duo flagella. Quas quidem res et bona uti prelibatus Thomas de Zeech nobis retulit, fidelis noster egregius Ladislaus filius Pethew de Gerse Zaladiensis et Castriferrei comitatuum comes erga Stephanum de Bede et in domo sua ac in quibusdam aliis locis se reperisse et nomine nostro tamquam comes parochialis ad se recepisse asserens, eidem Thome de Zeech in persona nostre maiestatis recipienti ad afferendum et presentandum nobis, simul cum tribus equis necnon duodecim florenis auri ac quingentis denariis monete nostre quartrici appellate minus triginta denariis predictorum malefactorum coram testimonio capituli ecclesie Castriferrei assignasset, cum eisdem tribus equis ac pecuniis nostre maiestati in specie in pretacta civitate nostra Vlmensi attulit assignavit et presentavit; preterea quia annotatus Ladislaus filius Pethew priusquam pretitulatus Thomas de Zeech cum antefatis rebus

superius nominatis ad nostram rediisset maiestatem, per quendam Gallum familiarem suum unam parvam crucem duos perlos continentem, tres imagines lapideas in auro conclusas, et duos annulos, unum scilicet cum lapide blask vocato et in eodem incluso et alium sine lapide, qui prefatorum ambasiatorum imperatoris grecorum existere, et ultra hec duas alias cruces que prescriptorum malefactorum fuisse dicebantur, nostre celsitudini in eandem civitatem nostram Vlma vocatam destinavit, ideo super prefatarum rerum et bonorum nobis ut premittitur apportatarum et presentatorum assignacionibus et presentacionibus primum per dictum Ladislaum filium Pethew sepefato Thome de Zeech, tandemque per eundem Thomam de Zeech necnon per dictum Gallum familiarem antefati Ladislai filii Petheu in persona eiusdem nostro culmini modo premisso factis, eosdem Ladislaum filium Pethew et Thomam de Zeech quitos et expeditos duximus committendos, imo committimus presencium testimonio mediante. Datum Vlme predicta, feria sexta proxima ante festum beati Laurencii martyris, anno domini Millesimo quadringentesimo tricesimo quarto, regnorum nostrorum anno Hungarie etc. XLVIII°, romanorum, XXIII°, Bohemie XV° imperii vero secundo.

Belől pecséttel, alatta a föntebbi szavakkal; eredetije a gróf Festetics cs. keszthelyi ltárában. Zaladien. 108. *b.* Ugyanott megvan a vasvári káptalannak a föntebbi ügyben teljesített vizsgálatról szóló jelentése 1434. jun. 15-röl, mely szerint az elrabolt tárgyak egy része Ságodon Bödei István házában, a másik része pedig Kutasi-Szentmártonban Szent-Márton templomában volt elrejtve. 108. *a.* Nagy Imre.

235. *A zalavári convent bizonyságlevele Felsőpetri Hym birtokának felosztásáról. 1435. jun. 14.*

Omnibus Christi fidelibus presentibus pariter et futuris, presencium noticiam habituris, conventus monasterii beati Adriani martyris de Insula Zaladiensi salutem in salutis largitore. Ad universorum noticiam harum serie volumus pervenire, quod cum iuxta continenciam literarum viri magnifici domini Mathius de Paloch regni Hungarie palatini prorogatoriarum pariter et arbitratoriarum, tercio

die festi Penthecostes proxime preteriti in facto porcionis possessionarie condam Hym de Felsewpetri in eadem habite a parte orientali aque Aproalmauize vocate existentis, inter Matheum filium Bartholomei et Johannem filium Petri de Alsopetri actores ab una, necnon Gregorium filium Ladislai et Egidium filium Petri de Felsewpetri parte ab altera in causam attractos arbitrium fieri debuisset per octo probos et nobiles viros equali numero eligendos in facie predicte possessionis Felseupetri coram nostris testimoniis, tandem ipso termino adveniente, nostrum hominem videlicet fratrem Johannem sacerdotem unum ex nobis ad infrascriptam arbitrativam disposicionem audiendam et videndam nostro pro testimono transmisimus pro utrisque partibus fidedignum, qui tandem exinde ad nos reversus, nobis retulit isto modo, quod ipse termino in prefixo ad faciem prescripte possessionis Felsewpetri accessisset, ubi predicti octo probi et nobiles viri videlicet Stephanus et Anthonius dicti Tryek *(így)* de Zenthelsebet, Ladislaus dictus Sarkan de Akushaza, Johannes filius Andre de Chehy, Andreas filius Georgii de Patho, Dionisius de Sagod, Demetrius literatus filius Georgii de Zagorhida et Johannes filius Petri de Zegfalw per partes equali numero electi, auditis parcium prescriptarum proposicionibus, visisque et examinatis ambarum parcium literalibus instrumentis, iudicialiter et arbitrative hoc modo ordinassent et disposuissent, quod ipsi prescriptam porcionem possessionariam condam Hym in dicta Pethry habitam, terram scilicet litigiosam et in ipsos per defectum seminis eiusdem condam Hym communiter devolutam, partes inter predictas in tres partes rectas et condecentes divisissent, earumdemque parcium unam a parte meridionali prescriptis Gregorio filio Ladislai, Egidio filio Petri necnon Stephano filio Stephani, altero Stephano filio Gregorii, Paulo filio Georgii et Georgio filio Ladislai de dicta Felsewpetri, aliam vero partem iuxta eandem a parte aquilonali prescriptis Matheo filio Bartholomei, Johanni filio Petri, necnon Gallo filio Georgii, Dionisio filio Jacobi, Emerico filio Nicolai, Petro filio Marci et Francisco filio Thome de Alsopetri, terciam vero partem similiter iuxta

eandem a parte aquilonali Nicolao filio Johannis, Laurencio filio Blasii, Andrea et Emerico filio Gregorii de eadem Alsopetri, cum omnibus earumdem utilitatibus et pertinenciis quibuslibet perpetuo et irrevocabiliter possidendam tenendam semper et habendam relinquissent et commisissent. In cuius rei memoriam firmitatemque perpetuam presentes literas nostras privilegiales pendentis et autentici sigilli nostri munimine roboratas eisdem duximus concedendas. Datum octavo die termini prenotati, anno domini Millesimo quadringentesimo XXX° quinto.

Hártyán, sárga-kék selyemzsinóron függő pecséttel; eredetije a Szeghy cs. birtokában. Közölve Szeghy Miklós másolatából.

236. *A veszprémi káptalan Pálóczi Mátyus országbírónak jelenti, hogy Batthyány György fia László részére Szentgyuri Vincze Lászlót és Istvánt Felsőeörsön megidéztette. 1435. dec. 28.*

Magnifico viro Mathius de Palocz regni Hungarie palatino, et iudici comanorum, capitulum ecclesie Vesprimiensis, amiciciam paratam cum honore. Vestra noverit magnificencia, quod cum nos honore quo decuit receptis literis vestris evocatoriis pro parte Ladislai filii Georgii de Bathyan, contra Ladislaum filium Thome Vincze et Stephanum filium Valentini similiter Vincze de Zenthgywr confectis, nobisque amicabiliter directis, iuxta earumdem continenciam unacum Alberto de Zabadi Sancti Regis homine vestro, inter alios homines vestros in eisdem literis vestris nominaliter expresso, nostrum hominem, videlicet discretum virum dominum Benedictum presbiterum capellanum honorabilis viri domini Valentini custodis predicte ecclesie Vesprimiensis, socii et concanonici nostri, ad infrascriptam evocacionem faciendam nostro pro testimonio fidedignum duxissemus destinandum, qui demum exinde ad nos reversi, nobis concorditer retulerunt, quod idem homo vester presente eodem nostro testimonio, feria sexta proxima ante festum Nativitatis domini proxime preteritum, memoratos Stephanum filium Valentini Vincze, et Ladislaum filium Thome similiter Vincze de Zenthgywr, in facie porcionis possessionarie eorum Felsewrs vocate, ad ea que in eisdem literis vestris

evocatoriis continentur, responsuros, ac de iudiciis quinquaginta quator marcarum vobis et parti adverse satisfacturos, contra annotatum Ladislaum filium Georgii de Bathyan, ad octavas festi Epiphaniarum domini nunc venturas in vestre magnificencie presenciam evocasset. Datum sexto die diei evocacionis antedicte, anno domini Millesimo quadringentesimo tricesimo quinto.

Zárlatán kerek pecsét romjaival; eredetije a körmendi ltárban. Véghely D.

237. *A zalavári convent előtt Alsóorosztoni Kis István leánya Orsolya, Kaczorlaki János neje, bizonyos berzenczei és alsóorosztoni birtokok felett Orosztoni Mihály és Guath István fiaival kiegyez. 1436. máj. 15.*

Omnibus Christi fidelibus presentibus pariter et futuris, presencium noticiam habituris, conventus monasterii beati Adriani martyris de Zala salutem in salutis largitore. Ad universorum noticiam harum serie volumus pervenire, quod nobilis domina Vrsula vocata filia condam Stephani parvi de Alsoorozthon, consors videlicet Johannis dicti Kachor de Laak ac idem Johannes dictus Kachor in eorum necnon Stephani Georgii Benedicti et Petri filiorum, ac puellarum Cristina et Katherina vocatarum filiarum ipsorum personis, quorum onera et gravamina de subnotandis super se assummendo ab una, parte vero ex altera Vallentinus Paulus et Johannes filii Petri ac Michael filius Stephani dicti Guath de eadem Orozthon coram nobis personaliter constituti, confessum extitit per eosdem communiter in hunc modum, licet quod prefata nobilis domina ipsos Valentinum, Paulum Johannem filios Petri ac Michaelem filium Stephani racione cuiusdam porcionis possessionarie in possessione Berzencze vocata in comitatu Zaladiensi existentis *(igy)* habite, nec non rectificacionis metarum dicte possessionis Orozthon in causam attraxisset, ipsaque causa inter ipsos diucius ventilata extitisset, sed tamen ipsi ordinativa disposicione nonnullorum proborum et nobilium virorum pacem parcium amancium, ut omnis fomes ire invidie et rancoris malicia de eorum medio prorsus evellerentur, in talem pacis devenissent unionem, imo devenerunt

coram nobis isto modo, quod prefati Valentinus, Paulus et Johannes filii Petri, nec non Michael filius Stephani duas sessiones iobagionales integras, in una earumdem Benedictus dictus Chorba alias resedisset, aliam vero nunc habitatoribus destructam, penes sese in linea a parte occidentali in medio dicte possessionis Orozthon existentes, cum omnibus earumdem utilitatibus et pertinenciis quibuslibet ad easdem spectantibus, more aliorum iobagionum ipsorum in eadem Orozthon utencium, nec non octo tributa moncium vinearum, videlicet unius Stephani dicti Rach, alterius Stephani dicti Fekethw, tercie Anthonii parvi in loco Elewhegh vocato, quarte Vallentini dicti Varga in loco Remetehege, quinte . . . . . Cheznegy et Johannis dicti Konkol, sexte Vallentini Varga et Luce Elyberth dicti, septime Barlo et Gregorii sutoris, nunc octave Stephani dicti Capitan et Pauli similiter Capitan dicti in predicto loco Eleuheg vocato, pro totali porcione possessionaria prefate domine Vrsule in dicta possessione Berzemze *(igy)* ipsam concernente, necnon quoddam pratum subtus locum Pogachaalya vocatum, ac quandam insulam in eodem loco Pogacha, nec non decem iugera terrarum arabilium in uno ordine in loco Bedergepw vocatis *(igy)* penes viam qua ducit ad possessionem Bagotha, a parte meridionali, in territorio eiusdem possessionis Alsoorozthon adiacencium, habitum, existenti et situatarum, similiter cum earumdem utilitatibus et pertinenciis quibuslibet, pro totali satisfaccione rectificacionis metarum sepedicte possessionis Orozthon, eidem domine fieri debendarum, prefate nobili domine Vrsula vocate ac Stephano Georgio Benedicto et Petro filiis, necnon puellis Cristina et Katherina vocatis filiabus eiusdem fratribus ipsorum condivisionalibus ipsorumque posteritatibus universis, dedissent donassent et contulissent, imo dederunt donaverunt et contulerunt eisdem perpetuo et irrevocabiliter possidendas, tenendas semper et habendas, salvis iuribus ecclesie nostre; voluerunt eciam partes prescripte, quod si qua pars parcium prescriptarum nutu divino volente absque heredibus ab hac luce decedere contingat, extunc porcio possessionaria talis partis decedentis in partem superstitem

vel super viventem revolvi et condescendi debeat et teneatur pleno iure. Super qua quidem donacione et restitucione ac resignacione nec non rectificacione metarum ex integro prefata nobilis domina sua et in personis quibus supra, onera eorumdem in se assumta, contentata extitisset in perpetuum, in super alter alterum super universis causis, controversiis, iniuriis, damnis, nocumentis et aliis quibusvis maleficiorum generibus nec non iudiciorum oneribus, salva porcione iudicis, usque ad hec tempora inter ipsos quovismodo illatis perpetratis et exortis, reddidissent et commisissent quitos expeditos satisfactos modisque omnibus absolutos, imo reddiderunt et commiserunt coram nobis. In cuius rei memoriam firmitatemque perpetuam presentes literas nostras privilegiales pendentis et autentici sigilli nostri munimine roboratas eisdem duximus concedendas. Datum feria tercia proxima ante festum Ascensionis domini, anno eiusdem M° quadringentesimo XXX° sexto.

A pecsét hiányzik; eredetije Vas megye ltárában az Egervári cs. iratai közt. Nagy Gyula.

238. *Zsigmond király bizonyos ságodi birtokrészben a királyi jogot Ságodi Pál leányainak: Dorottyának Büki Istvánnénak és Borbálának Petendi Istvánnénak s ezek társainak adományozza. Buda, 1436. jun. 4.*

Sigismundus dei gracia Romanorum imperator semper augustus ac Hungarie Bohemie Dalmacie Croacie etc. rex, fidelibus nostris conventui ecclesie de Kapornok salutem et graciam. Cum nos ad supplicacionis instanciam honorabilis magistri Stephani de Byk archidiaconi kathedralis et canonici in ecclesia Zagrabiensi, cancellarie nostre hungaricalis prothonotarii, in personis nobilium dominarum Dorothee Johannis filii Georgii de Byk familiaris scilicet sui, ac Barbare Stephani de Petend consortum, item puelle Agatha filiarum utpote Stephani filii Pauli de Sagod, nec non memorati Johannis filii Georgii ac Michaelis et Nicolai filiorum Petri de eadem Sagod . . . . . ite maiestati, donacioni collacioni et perpetuacioni cuiusdam porcionis possessionarie in ipsa possessione Sagod habite, per prefatum Ste-

phanum (filium) Pauli de eadem Sagod mediantibus literis vestris privilegialibus pro prefatis nobilibus dominabus Dorothea, Barbara et puella Agatha, et Johanne filio Georgii necnon Michaele et Nicolao filiis Petri, cum certis condicionibus et clausulis in eisdem literis vestris lacius specificatis factis, nostrum regium benivolum consensum prebuimus pariter et assensum, insuperque pro fidelitatibus et fidelium serviciorum meritis prefati Johannis filii Georgii nostre maiestati per eum exhibitis et impensis, totum et omne ius nostrum regium si quod in prefata porcione possessionaria (per) antelatum Stephanum filium Pauli memoratis filiabus suis nec non Johanni filio Gregorii *(igy)* ac Michaeli et Nicolao filiis Petri modo prenarrato data et perpetuata in ipsa possessione Sagod in comitatu Zaladiensi existente habita quoquomodo haberemus et nostram quibuscunque causis modis et racionibus concerneret maiestatem, simulcum cunctis suis utilitatibus et pertinenciis (prefato) Johanni filio Georgii et per eum memoratis nobilibus dominabus Dorothee et Barbare ac puelle Agathe, nec non Michaeli et Nicolao filiis Petri ipsorumque heredibus et successoribus universis serie aliarum literarum nostrarum exinde confectarum in perpetuum duxerimus conferendam, velimusque ipsos in dominium ipsarum et eiusdem per nostrum et vestrum homines legitime facere introduci, igitur fidelitati vestre firmiter precipiendo mandamus, quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio fidedignum, quo presente Johannes de Zentpal vel Bartholomeus filius Johannis de predicta Bagod *(igy)* aut Johannes de Lorand aliis absentibus homo noster, ad facies pretacte porcionis possessionarie in ipsa possessione Sagod habite, consequenterque ipsius iuris nostri regii in eadem habiti, vicinis et commetaneis suis universis inibi legitime convocatis et presentibus accedendo, introducat prefatas nobiles dominas Dorotheam Barbaram ac puellam Agatham, nec non predictos Johannem filium Georgii ac (Michaelem et Nicolaum) filios Petri de Sagod in (dominium eiu)sdem, statuatque eandem et idem ipsis premisso iure eis incumbenti perpetuo possidendam si non fuerit contradictum, contradictores vero si qui fuerint, evocet ipsos contra memo-

ratas nobiles dominas Dorotheam et Barbaram ac puellam Agatham aliosque supradictos nostram in presenciam, ad terminum competentem, racionem contradiccionis eorum reddituros; et post hec huiusmodi introduccionis et statucionis seriem cum contradictorum et evocatorum si qui fuerint vicinorumque et commetaneorum qui premisse statucioni intererunt nominibus, terminoque assignato, nobis fideliter rescribatis. Datum Bude, secundo die festi sancte Trinitatis, anno domini M° CCCC° sexto, regnorum nostrorum anno Hungarie L°, Romanorum XXVI°, Bohemie XVI°, imperii vero quarto.

Zárlatán pecsét nyomaival; eredetije a hg. Batthyány cs. körmendi ltárában. Nagy Imre.

239. *A vármegye alispánjainak és szolgabíráinak bizonyságlevele, hogy Hahóti László fia Mihály, testvérének Boldizsárnak Alsósöjtör és Falkos nevű birtokain minő hatalmaskodást követett el. Csács, 1437. jun. 6.*

Nos Paulus de Berend et Gallus de Vsa vicecomites et iudices nobilium comitatus Zaladiensis memorie commendamus, quod cum nos ad instantem et legitimam peticionem Balthasar filii Ladislai de Haholth, Michaelem dictum Kako de Kyrthws . . . . . (hominem) nostrum ad infrascriptam inquisicionem faciendam nostro pro testimonio duximus transmittendum, qui tandem exinde ad nos reversus, nobis retulit isto modo, quod ipse feria sexta proxima ante festum Ascensionis domini proxime preteritum, in dicto comitatu Zaladiensi accedendo, sicut a nobilibus et ignobilibus huius dicti comitatus Zaladiensis hominibus a quibus decens et opportunum fuisset, diligenti et conscienciosa inquisicione palam et occulte facta, scire veritatem infrascriptorum potuisset, sic scivisset, quomodo temporibus preteritis quidam Franciscus Pyrotho apud quendam Petrum iobagionem Michaelis filii dicti Ladislai de dicta Haholth in possessione Seyther eiusdem Michaelis per modum seler residenciam habuisset, a prefatoque Petro iobagione dicti Michaelis filii Ladislai ad porcionem possessionariam dicti exponentis in posssessione Falkwssy causa commorandi ire intendere

voluisset, tunc annotatus Michael filius dicti Ladislai de dicta Haholth, quadraginta capecias wladorum de curia et domo cuiusdam Emerici Gylych iobagionis dicti exponentis in Alsoseyther residentis, unacum iobagionibus suis excepisset et quo sue placuisset voluntati deduci fecisset; insuper temporibus preteritis quidam Johannes filius Andree Geguch dicti, prefato Francisco Pyrotho dicto unam vaccam cum vitulo sub spe restitucionis adservandam dedisset et tradidisset, prenominatusque Michael filius Ladislai ab ipso prenominato Francisco, dictam vaccam cum eiusdem vitulo minusiuste et indebite abstulisset et recepisset potencia sua mediante, in preiudicium eiusdem exponentis et damnum valde magnum. Datum in Chaas, feria quinta proxima post festum sacratissimi corporis Christi, anno domini Millesimo quadringentesimo tricesimo septimo.

Hátlapján két viaszpecséttel; eredetije a Kisfaludy cs. ltárában. Közölve Beliczay Jónás másolatából.

240. *A zalavári convent bizonyságlevele, hogy Albert király adománylevele következtében Gersei Pető Lászlót és Petőt Zala és Vas vármegyék főispánjait, Tátika vára s az ahoz tartozó faluk és puszták birtokába beiktatta. 1438. apr. 18.*

Omnibus Christi fidelibus presentibus pariter et futuris presencium noticiam habituris, conventus monasterii beati Adriani martyris de Zala salutem in salutis largitore. Ad universorum noticiam harum serie volumus pervenire, quod nos literas serenissimi principis domini Alberti dei gracia Hungarie Dalmacie Croacie etc. regis, Austrieque et Stirie ducis necnon marchionis Moravie etc. statutorias nobis directas, summa cum obediencia recepimus in hec verba: Albertus dei gracia Hungarie Dalmacie Croacie etc. rex, Austrieque et Stirie dux necnon marchio Moravie etc. fidelibus nostris conventui ecclesie Zaladiensis salutem et graciam. Cum nos pro fidelitatibus et fidelium serviciorum meritis fidelium nostrorum dilectorum egregiorum Ladislai et Pethew filiorum condam Johannis filii Pethew de Gerse Zaladiensis et Castriferrei comitatuum comitum, castrum nostrum Tadika vocatum in comitatu Zaladiensi existens, ac

possessines et villas Zantho, Watka, Hydegkwth cum tributo in eadem Hidegkuth exigi solito, necnon Kowachy et Wybeech vocatas ac quandam particulam terre Marchalmelleke alio nomine Theresnek nominata ad idem castrum uti fertur ab olim de iure spectantes, simul cum quibusdam silva Zobyke ac campis Bandymezew, Homok, Zagotha et Dragolgyakra appellatis, similiter ad ipsum castrum uti asseritur pertinentibus, atque iure patronatus ecclesiarum in prescriptis possessionibus et villis constructarum, aliis eciam omnibus ipsius castri ac dictarum possessionum et villarum utilitatibus et pertinenciis, terris ut puta arabilibus cultis et incultis, agris pratis silvis nemoribus montibus vallibus vineis et vinearum promontoriis, aquis fluviis aquarumque decursibus, piscinis piscaturis molendinis et molendinorum locis, et generaliter quarumlibet utilitatum et pertinenciarum integritatibus, quovis nominis vocabulo vocitatis, ad dictum castrum ac possessiones et villas prenotatas rite et legitime ac ab antiquo spectantibus et pertinere debentibus, sub ipsarum veris metis et antiquis limitibus, vigore aliarum literarum nostrarum donacionalium exinde confectarum, prefatis comitibus Ladislao et Pethew ipsorumque heredibus et posteritatibus universis in perpetuum duxerimus conferendas, velimusque ipsos in dominium eiusdem castri ac possessionum, tributi et terrarum prenotatarum per nostrum et vestrum homines legitime facere introduci; igitur fidelitati vestre firmiter precipiendo mandamus, quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio fidedignum, quo presente Ladislaus filius Michaelis de Koppan aut Michael de Byk vel Emericus de eadem ceu Stephanus dictus Beke de Sagod neve Ladislaus de Vsa aliis absentibus homo noster, ad facies prefati castri ac possessionum tributi et terrarum ac silve prenotatarum, vicinis et commetaneis suis universis inibi legitime convocatis et presentibus accedendo, introducat prefatos Ladislaum et Pethew comites in dominium earumdem, statuatque easdem eisdem premisse nostre donacionis titulo perpetuo possidendas, si non fuerit contradictum, contradictores vero si qui fuerint, evocet ipsos contra memoratos Ladislaum et Pethew comites nostram in pre-

senciam ad terminum competentem, racionem contradiccionis eorum reddituros; et post hec huiusmodi introduccionis et statucionis seriem, cum contradictorum et evocatorum si qui fuerint, vicinorumque et commetaneorum antefatarum castri ac possessionum, qui premisse statucioni intererunt nominibus ac termino assignato, nobis fideliter rescribatis. Datum Bude, in festo annunciacionis beate Marie virginis gloriose, anno domini M° quadringentesimo XXX° octavo. Unde nos mandatis eiusdem domini nostri regis in omnibus obedire cupientes ut tenemur, unacum prefato Ladislao filio Michaelis de Koppan homine ipsius domini nostri regis, nostrum hominem, videlicet fratrem Franciscum sacerdotem unum ex nobis, ad premissa peragenda nostro pro testimonio transmisimus fidedignum, qui tandem exinde ad nos reversi nobis uniformiter retulerunt, quod ipsi feria sexta proxima ante dominicam Ramispalmarum proxime preterita et aliis diebus ad id aptis et sufficientibus, ad facies prefatorum castri Thadica ac possessionum et villarum Zantho, Wathka, Hydegkuth et tributi in eadem Hydegkuth exigi soliti, nec non Kowachy et Wybeech vocatarum ac cuiusdam particule terre Marchalmelleke alio nomine Theresnek nominate, necnon silve Zebyke ac camporum Bandymezew, Homok, Zagotha et Dragolgyakra appellatorum, necnon patronatus ecclesiarum in prescriptis possessionibus et villis constructarum ad ipsum castrum Thadika spectancium, vicinis et commetaneis suis universis inibi legitime convocatis et presentibus, Nicolao filio Stephani de Vsa, Valentino filio Johannis, Petro filio Georgii, Anthonio filio Gregorii et Johanne filio Georgii de eadem Vsa, Andrea de Wky officiale et familiare domini Simonis de Rozgon episcopi ecclesie Wesprimiensis, item Ladislao filio Nicolai de Chab, Blasio Baso, Georgio filio Stephani et Vincencio de eadem Chab, Ladislao filio Georgii de Enyereh, Georgio filio Pero et Petro filio Stephani de eadem Enyereh, Ambrosio filio Ladislai de Zelews, Johanne filio Stephani de eadem, Dionisio filio Benedicti de Koppan, Petro filio Emerici de eadem, Thoma filio Nicolai et Simone de Fook, Sebastiano filio Laurencii de Karmach, Michaele filio Nicolai de eadem et Nico-

lao filio Georgii de Vathka accessissent, prenominatos Ladislaum et Pethew comites in dominium earumdem introduxissent, easdemque eisdem premisse regie donacionis titulo cum cunctis earumdem utilitatibus et pertinenciis quibuslibet perpetuo possidendas statuissent, nullo contradictore inibi pro tunc nec demum nostri in presencia apparente. In cuius rei memoriam firmitatemque perpetuam presentes literas nostras privilegiales pendentis et autentici sigilli nostri munimine roboratas eisdem duximus concedendas. Datum quintodecimo die diei introduccionis et statucionis antedicte, anno domini supradicto.

Hártyán, világoskék-lila és téglaszinű selyemzsinóron függő pecsét maradványaival; eredetije Keszthelyen a gr. Festetics cs. ltárában, Zaladien. 111. Nagy Imre.

241. *Hédervári Lőrincz nádor előtt Kolgyári Császár Mihály a maga és osztályos testvérei nevében, Kolgyári Lászlót Miklóst és Pétert, kolgyári részbirtokuknak királyi adományozás útján való megszerzésétől tiltja. Buda, 1439. jun. 3.*

Nos Laurencius de Hedreh(ua)ra regni Hungarie palatinus et iudex comanorum memorie commendamus per presentes, quod Michael filius (Briccii) Chazar dicti de Kolgyar in sua ac Petri et Jacobi filiorum Pauli necnon Gregorii et Petri filiorum Nicolai similiter Chazar dictorum de eadem Kolgyar, fratrum suorum condivisionalium personis, ad nostram veniens presenciam, per modum protestacionis et inhibicionis nobis significare curavit in hunc modum, quomodo ipse percepisset, quod Ladislaus Nicolaus et Petrus filii Blasii de dicta Kolgyar totalem porcionem ipsorum possessionariam in predicta possessione Kolgyar vocata . . . . . iure hereditario . . . . . entem a regia serenitate sibi ipsis vane donacionis titulo impetrassent; unde facta ipsa protestacione, eosdem Ladislaum et Nicolaum ac Petrum, alios eciam quoslibet ab huiusmodi impetracione . . . . . seque ipsos in dominium eiusdem quovis quesito sub colore intromissione et eandem sibi ipsis statui faccione qualitercunque facta vel fienda prohibuit contradicens et contradixit inhibens publice et manifeste coram nobis, testimonio pre-

sencium mediante. Datum Bude, feria quarta proxima ante festum sacratissimi corporis Christi, a(nno domini Millesimo) quadringentesimo tricesimo nono.

Hátlapján fehér viaszba nyomott kerek pecsét maradványaival; eredetije a N. Muzeumban. Közölve néhai Supala Ferencz másolatából. U. o. megvan Bátori István országbíró levele 1439. nov. 6-ról, mely szerint Szentgyörgyvölgyi Kelemen fia Miklós és társai, Kolgyári Császár Bereczk fiát Mihályt, ennek fiait Miklóst és Györgyöt s más többeket, Kolgyár nevű birtokért beperelték.

242. *Albert király Pál argentini püspöknek és a zalavári apátság kormányzójának megengedi, hogy az apátságnak Adrianmartir nevű Csongrád vármegyei birtokán, a Tiszán át, révet állíthasson fel. Szeged, 1439. jul. 25.*

Nos Albertus dei gracia romanorum rex semper augustus, ac Hungarie Bohemie Dalmacie Croacie etc. rex, et dux Austrie etc. memorie commendamus tenore presencium significantes quibus expedit universis, quod nos sicuti ad humilime et devote supplicacionis instanciam fidelis nostri sincere dilecti reverendi in Christo patris domini Pauli episcopi ecclesie Argentinensis et gubernatoris abbacie Zaladiensis, per ipsum propterea nostre oblate maiestati, sic non minus pro multimodis fidelitatibus et fidelium obsequiorum meritis eiusdem per ipsum prius benedicte et laudabilis memorie condam excellentissimo principi domino Sigismundo romanorum imperatori ac Hungarie etc. regi, socero et predecessori nostro charissimo, in diversis et variis ac validis suis agendis, prosperis scilicet et adversis iuxta ipsius condam domini Sigismundi imperatoris et regis nutum et beneplacitam voluntatem, uti superinde clara sumsimus experimenta, et tandem nobis regimen et solium ipsius regni nostri Hungarie celico opitulamine adipiscentibus et enactis, eciam celsitudini nostre exhibitis et impensis, eidem domino Paulo episcopo ex certa maiestatis nostre sciencia et animo deliberato annuendum duximus et concedendum, imo annuimus et concedimus presencium per vigorem, ut ipse circa possessionem dicte abbacie Zaladiensis, Adrianmartir vocatam in comitatu Chongradiensi existentem, secus fluvium

Ticie sitam et habitam, in et super eodem fluvio Ticie vadum seu transitum navalem instituendi, idemque navibus, carinis et aliis ad dictum vadum correquisitis instrumentis fulciendi, ac tandem ipse suique successores abbates universi perpetuis semper successivis temporibus, simulcum universis suis redditibus, proventibus et utilitatibus ac naulis transfretacionis solucionis exaccione, more et ad instar aliorum in dicto fluvio Ticie huiusmodi vada tenencium in perpetuum tenendi, possidendi et habendi plenam et securam habeant facultatis potestatem, ex presenti nostre maiestatis annuencia et concessione speciali, absque tamen preiudicio vadorum et iurium aliorum, harum nostrarum vigore et testimonio literarum mediante, quas in formam nostri privilegii redigi faciemus, dum nobis in specie fuerint reportate. Datis Zegedini, in festo beati Jacobi apostoli, anno domini Millesimo quadringentesimo tricesimo nono.

I. Mátyás király 1474-ki átiratából, l. alább. Nagy Imre.

243. *A zalavári convent bizonyságlevele Szegfalui Jánosnak és fiának Szegfalu és Aracsa nevű birtokokban több egyes birtokrészekbe történt beiktatásáról. 1439. aug. 8.*

Omnibus Christi fidelibus presentibus pariter et futuris presencium noticiam habituris, conventus monasterii beati Adriani martyris de Zala salutem in salutis largitore. Ad universorum noticiam harum serie volumus pervenire, quod nos literas serenissimi principis nostri domini Alberti dei gracia romanorum regis semper augusti ac Hungarie Bohemie Dalmacie Croacie etc. regis et Austrie ducis statutorias nobis directas, summa cum obediencia recepimus in hec verba: Albertus dei gracia romanorum rex semper augustus, ac Hungarie Bohemie Dalmacie Croacie etc. rex et Austrie dux, fidelibus nostris conventui ecclesie Zaladiensis salutem et graciam. Dicitur nobis in personis Johannis filii Petri de Zegfalw ac Stephani et Mathei filiorum eiusdem, quomodo ipsi in dominium quarumdam terrarum arabilium in quibusdam terris arabilibus Delczyfeld, Kwesdbykeeleyfeld, Swpfeld, Thelekfeld, Welgfeld et Zelew(myn)feld vocatis in territorio dicte possessionis Zegfalw, necnon quorumdam duo-

rum falcastrorum feneti Welsewreth vocati penes pratum Petri filii Petri de Aracha, a parte orientali in territorio eiusdem possessionis Aracha in comitatu Zaladiensi existentis adiacencium et habiti, ipsos emcionis titulo concernencium, legitime vellent introire, super quo fidelitati vestre firmiter precipiendo mandamus, quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio fidedignum, quo presente Emericus vel Johannes filius Petri de Pethry aut Thomas vel Michael de Kerechen aliis absentibus homo noster, ad facies predictarum possessionum Zegfalw et Aracha vocatarum et per consequens dictarum terrarum arabilium et feneti, vicinis et commetaneis earumdem universis inibi legitime convocatis et presentibus accedendo, introducat prefatos Johannem de Zegfalw ac Stephanum et Matheum filios eiusdem in dominium earumdem, statuatque easdem eisdem premisso emcionis titulo ipsis incumbenti perpetuo possidendas si non fuerit contradictum, contradictores vero si qui fuerint, evocet ipsos contra annotatos Johannem ac Stephanum et Matheum nostram in presenciam ad terminum competentem, racionem contradiccionis eorum reddituros; et post hec ipsarum introduccionis et statucionis seriem cum contradictorum et evocatorum, vicinorumque et commetaneorum qui premisse statucioni intererunt nominibus, terminoque assignato, nobis fideliter rescribatis. Datum Bude, sabbato proximo post festum sacratissimi corporis Christi, anno domini M° quadringentesimo XXX° nono. Unde nos mandatis ipsius domini nostri regis in omnibus obedire cupientes ut tenemur, unacum prefato Johanne filio Petri de Pethry homine eiusdem domini nostri regis, nostrum hominem, videlicet fratrem Stephanum sacerdotem unum ex nobis ad premissa peragenda nostro pro testimonio transmisimus fidedignum, qui tandem exinde ad nos reversi, nobis concorditer retulerunt, quod ipsi in festo beati Jacobi apostoli proxime preterito et aliis diebus ad id aptis et sufficientibus, ad facies predictarum possessionum Zegfalw et Aracha vocatarum et per consequens predictarum terrarum arabilium et feneti, vicinis et commetaneis earumdem universis inibi legitime convocatis et presentibus, Michaele et Stephano filiis

Gregorii ac Francisco filio Bartholomei dicti Chernel de Orozthon ac Petro filio Petri de dicta Aracha, necnon nobili domina Margaretha vocata consorte Alberti, ac Thoma filio Demetrii, Petro filio Stephani, Andrea, Michaele, Demetrio et Nicolao filiis Laurencii de eadem Aracha accessissent, prefatos Johannem de Zegfalw ac Stephanum et Matheum filios eiusdem in dominium dictarum terrarum arabilium et duorum falcastrorum feneti introduxissent, easdemque eisdem premisso iure ipsis incumbenti perpetuo possidendas statuissent, nullo contradictore inibi pro tunc nec demum nostri in presencia apparente. In cuius rei memoriam firmitatemque perpetuam, presentes literas nostras privilegiales pendentis et autentici sigilli nostri munimine roboratas eisdem duximus concedendas. Datum quintodecimo die diei introduccionis et statucionis antedicte, anno domini supradicto.

Hártyán, kék és rózsaszinű selyemzsinóron függő pecsét romjaival; eredetije a Szeghy cs. iratai között. Közölve néhai Szeghy Miklós másolatából.

244. *I. Ulászló király Zánka nevű birtokot Rátóti Gyulafi Lászlónak adományozza. Buda, 1440. sept. 4.*

commissio propria domini regis.

Nos Wladislaus dei gracia Hungarie Polonie Dalmacie Croacie etc. rex, Lythvanieque princeps supremus et heres Ruscie, memorie commendamus tenore presencium significantes quibus expedit universis, quod nos qui divina nobis suffragante clemencia sceptra gubernamus regalia et eorum principatui auspice domino feliciter presidemus, cunctorumque nostrorum fidelium fidelitates et actus strennuos provida consideracione pensare, et ipsis pro eis ex innata nobis regia liberalitate condigna premia solemus elargiri, recensentes et in regalibus precordiis revolventes preclaras fidelitates, laudedigna obsequia, sinceras complacencias fidelis nostri egregii Ladislai dicti Gywla filii condam Gywle de Ratolth, quibus idem celsitudini nostre in pluribus nostris et regni nostri agendis, prosperis sicilicet et adversis, presertim vero in eleccionis et coronacionis nostre maiestatis in regem huius regni Hungarie solita cum solennitate factarum pro-

mocione, pure fidelitatis constanciam illibate observando, et suam personam pro nominis nostre maiestatis exaltacione et tranquillo statu regnicolarum nostrorum variis fortune casibus strennua agilitate exponendo, se gratum et acceptum iuxta nostre voluntatis libitum representare studuit, anhelatque in futurum toto nisu, volentes eundem premissorum suorum fidelium obsequiorum intuitu remuneracionis bravio ad presens presignire, quandam possessionem nostram Zanka vocatam in comitatu Zaladiensi nunc apud manus fidelis nostri egregii Johannis filii condam Stephani senioris de Rozgon titulo pignoris habitam, simul cum cunctis ipsius utilitatibus et pertinenciis quibuslibet, terris scilicet arabilibus cultis et incultis, pratis, pascuis, silvis, nemoribus, vineis vinearumque promontoriis, aquis aquarumque decursibus, molendinis eorumdemque locis, ac generaliter quarumlibet utilitatum integritatibus, quovis nominis vocabulo vocitatis, ad eandem possessionem Zanka rite spectantibus et pertinere debentibus, sub suis veris metis et antiquis limitibus quibus eadem hactenus rite et legitime tenta fuit et possessa, ex certa nostre maiestatis sciencia et animo deliberato, prefato Ladislao dicto Gywla ipsiusque heredibus et posteritatibus universis, de manibus nostris regiis dedimus donavimus et contulimus, imo damus donamus et conferimus iure perpetuo et irrevocabiliter possidendam tenendam pariter et habendam, salvo iure alieno, ita tamen, ut eandem idem Ladislaus Gywla, a prefato Johanne filio condam memorati Stephani de Rozgon pro illa summa pecunie, pro qua eadem eidem extitit impignorata, redimere debeat et teneatur, harum nostrarum vigore et testimonio literarum mediante, quas in formam nostri privilegii redigi faciemus, dum nobis in specie fuerint reportate. Datum Bude, die dominico proximo ante festum nativitatis virginis Marie, anno domini Millesimo quadringentesimo quadragesimo.

Hártyán, belől pecséttel: eredetije a kismartoni levéltárban A. 22. 36. Nagy Imre.

245. *Erzsébet királyné Rezi várát és Keszthely mezővárost a hűtlen Gersei Pető Lászlótól és Pétertől, Páka várát pedig a szintén hűtlenségbe esett Szécseni Lászlótól elveszi, s hívének Zágorhidai Demeternek adományozza. Pozsony, 1440. sept. 21.*

commissio propria domine regine.

Nos Elizabeth dei gracia regina Hungarie Dalmacie Croacie etc. ac Austrie et Stirie ducissa nec non marchionissa Moravie etc. memorie commendamus tenore presencium significantes quibus expedit universis, quod nos que actus et merita cunctorum nobis fideliter obsequencium ex innata nobis liberalitate reginali, bravio digne retribucionis metiri, ipsosque favoribus graciosis et donativis premiis proinde decorare solemus. Attentis ac digna prespicacique meditacione in nostris precordiis pensatis precelsis fidelitatibus et fidelitatum obsequiis et meritoriis serviciis laudum preconiis merito attollendis fidelis nostri sincere dilecti nobilis viri Demetrii literati filii Georgii de Zagorhyda, dapiferorum et thesauriorum nostrorum vice magistri, quibus idem a diuturno tempore unacum fideli nostro magnifico Thoma de Zeech nostre maiestatis summo thesaurario, domino suo, ubique cum nostra maiestate procedendo, non sine maximis expensarum et laborum oneribus res et personam suas diversis exponendo fortune casibus, pro nostre maiestatis debito incremento honoris indesinenter assistendo, expeditiva agilitate et indefessa sollicitudine locis et temporibus opportunis iuxta maiestatis nostre libitum et beneplacitum exhibitis et impensis, usque in presenciarum se gratum reddidit sua sollercia et acceptum, reddereque anhelat in futurum; cupientes itaque tum premissorum meritorum suorum consideracione, tum eciam pro sex milibus florenorum auri pro certis et arduis nostris expedicionibus, utilitatem profectum et commodum prefati regni nostri Hungarie concernentem per eum datis solutis realiterque et effectualiter expositis contemplacione, ipsum reginalis benignitatis clemencia prosequi favorosa, castrum Rezy et oppidum Kezthel cum cunctis villis et possessionibus ac porcionibus possessionariis ad easdem spectantibus in comitatu Zaladiensi, que Ladislai et

Petri dicti Pethew filiorum Johannis filii Pethew de Gerse, item castellum Paaka vocatum cum suis pertinenciis omnibus in predicto comitatu Zaladiensi situm et habitum, quod Ladislai de Zeczen prefuerunt et per notam infidelitatis eorumdem, quam ipsi Ladislaus ac Petrus dictus Pethew nec non alter Ladislaus de Zeczen in adhesione notorii emuli nostri Wladislai regis Polonie in surrepcione iuris nostri ac incliti regis Ladislai nati nostri dilecti sub introducti et anhelantis manifeste incurrere non formidarunt; item utramque possessionem Bayan in comitatu Simigiensi existentes, que condam Emerici filii Frank de eadem Bayan prefuerunt et per defectum seminis eiusdem Emerici ad nos regnique nostri sacram coronam condescendisse et devenisse perhibentur, sed et alias quascunque possessiones et porciones possessionarias ipsius Emerici in quibuscunque comitatibus et ubicunque intra ambitum prefati regni nostri Hungarie situatas, apud manus quorumcunque habitas et existentes, simul cum cunctis suis utilitatibus et pertinenciis quibuslibet, terris scilicet arabilibus cultis et incultis, agris pratis silvis nemoribus montibus vallibus aquis fluviis et aquarum decursibus, molendinis et molendinorum locis, generaliter vero quarumlibet utilitatum integritatibus, quovis nominis vocabulo vocitatis, ad dicta castrum oppidum castellum ac possessiones et porciones possessionarias rite et legitime spectantibus et pertinere debentibus, sub suis veris metis et antiquis limitibus, prefato Demetrio ac per eum Johanni et Jacobo fratribus suis carnalibus ipsorumque heredibus et posteritatibus universis, premissis sic uti nostre superius exposita sunt et narrata maiestati stantibus et se habentibus, ex certa sciencia nostre maiestatis et animo deliberato dedimus donavimus et contulimus, imo damus donamus et conferimus, iure perpetuo et irrevocabiliter tenendas possidendas pariter et habendas, iuribus alienis fidelium nostrorum semper salvis, harum nostrarum vigore et testimonio literarum mediante. Datum Posonii, in festo beati Mathei apostoli et evangeliste, anno domini Millesimo quadringentesimo quadragesimo.

Hártyán, belől a királyné ép pecsétjével; eredetije Keszthelyen a gr. Festetics cs. ltárában. Zaladien. 116.

246. *Czillei Ulrik, midőn I. Ulászló király fogságából kiszabadult, a mint Trencsén és más várak visszaadására magát kötelezte, ugyanazon föltételek alatt Kemend, Márványkő, Kigyókő, Nemti és Paka nevű várakat a királynak visszaadja. Buda, 1440. nov. 6.*

Ego Vlricus, Cilie Ortemburge et Zagorie comes, nunc de captivitate serenissimi domini Wladislai regis Hungarie, Polonie etc. emissus, inter cetera mea obligamina promitto sub fide et honore meis, ac sub eisdem omnibus obligaminibus et condicionibus, que in facto restitucionis castrorum Trinchiniensis et aliorum prefato domino regi feci, eciam castra Kemend, Marmankew, Kigowkw, Nemthy et Paka, pridem per homines serenissime domine Elizabeth regine et meos ut dicitur capta, si apud manus et in potestate hominum nostrorum existunt vel aliquod ex eis existit, effective reddere et resignare prefato domino regi aut his quibus mandaverit; casu autem quo sub potestate hominum meorum non fuerint, eciam id quod melius potero pro restitucione eorumdem faciam et totum posse apponam ad id et labores; harum literarum nostrarum quibus sigillum meum appensum est vigore et testimonio mediante. Datum Bude, die dominico proximo post festum (Omnium Sancto)rum, anno domini Millesimo quadringentesimo quadragesimo.

Nos Vlricus premissa
ratificamus (sajátkezű aláírás).

Hártyán, hártyaszalagon függött pecsét nyomaival; eredetije Keszthelyen a gr. Festetics cs. ltárában. Zaladien. 115. Márványkő és Kigyókő várak Vasmegyében feküdtek, amaz a Hegyháton Pető-Mihályfalva, emez pedig Ostfi-Asszonyfalva határában; Kigyókő nem ugyanaz a Sopron vármegyei Hegykővel, hol soha vár nem volt, mint ez Teleki Hunyadyak Kora VI. köt. 33. lapon tévesen állíttatik. Nagy Imre.

247. *I. Ulászló király a hűtlenségbe esett Kanizsai Imre, Miklós és László Kehida nevű birtokát Gersei Pető Lászlónak és Petőnek adományozván, az iktatásra a zalavári conventet kiküldi. Buda, 1441. jan. 20.*

Wladislaus dei gracia Hungarie Polonie Dalmacie etc. rex, Lythvanieque princeps supremus et heres Rusie,

fidelibus nostris conventui ecclesie Zaladiensis salutem et graciam. Cum nos pro fidelitatibus et fidelium serviciorum meritis fidelium nostrorum egregiorum Ladislai et Pethew filiorum Johannis filii Pethew de Gerse per ipsos nobis locis debitis et temporibus opportunis laudabiliter exhibitis et impensis, quandam possessionem Emerici filii Johannis, Nicolaique et Ladislai filiorum Ladislai de Kanisa, Kethyda vocatam in comitatu Zaladiensi habitam, ac per notam infidelitatis eorumdem Emerici ac Nicolai et Ladislai, necnon nobilis domine matris eorumdem Nicolai et Ladislai, quam iidem partem domine Elizabet regine statum nostrum ac ipsius regni nostri Hungarie inquietare satagentes fovendo, contra nostrum culmen regium incurrisse perhibentur, ad nostram maiestatem secundum regni nostri consvetudinem ut dicitur devolutam, cum tributo in eadem exigi solito, necnon prediis et ceteris utilitatibus ad eandem pertinentibus, vigore aliarum literarum nostrarum donacionalium exinde confectarum eidem Ladislao et Pethew ipsorumque heredibus in perpetuum contulerimus, velimusque ipsum per nostrum et vestrum homines legitime facere introduci, igitur fidelitati vestre firmiter precipiendo mandamus, quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio fidedignum, quo presente Michael de Feneky, vel Demetrius de eadem, aut Lucas de Kustan sive Ladislaus de Kopan neve Georgius Poka de Ollari aliis absentibus homo noster, ad facies predicte possessionis ac tributi et prediorum, ceterorumque ipsorum pertinencium, vicinis et commetaneis suis universis inibi legitime convocatis et presentibus accedendo, introducat eosdem Ladislaum et Pethev in dominium eiusdem et ipsorum, statuatque ipsam et eadem ipsis premisso nostre donacionis titulo incumbenti perpetuo possidendas et tenenda, si non fuerit contradictum, contradictores vero si qui fuerint, evocet ipsos contra annotatos Ladislaum et Pethew nostram personalem in presenciam ad terminum competentem, racionem contradiccionis eorum reddituros. Et post hec huiusmodi possessionarie introduccionis seriem, cum contradictorum et evocatorum si qui fuerint, vicinorumque et commetaneorum qui premisse statucioni intererunt

nominibus et termino assignato, eidem nostre personali presencie fideliter rescribatis. Datum Bude, in festo beatorum Fabiani et Sebastiani martyrum, anno domini Millesimo quadringentesimo quadragesimo primo.

Zárlatán pecséttel; eredetije Keszthelyen a gr. Festetics cs. ltárában. Zaladien. 117. Nagy Imre.

248. *I. Ulászló király Ludbregi Kakas Jánostól és ennek rokonától Rechnitzer Istvántól Kemend várát átveszi és egyszersmind kijelenti, hogy a vár tulajdonjoga felett, mely fönt nevezettek és Gersei Pető László és Pető között vitássá vált, Budán fog dönteni. Kemend vára alatti táborban, 1441. mart. 10.*

commissio propria domini regis.

Nos Wladislaus dei gracia Hungarie Polonie Dalmacie Croacie etc. rex, Lithvanieque princeps summus et heres Russie, notum facimus tenore presencium quibus expedit universis, quod quia egregius Johannes Kakas de Lwdbreg castrum Kemend vocatum in comitatu Zaladiensi habitum, quod ipse ac egregius Stephanus Rechnitzer dictus frater suus a manibus fidelium nostrorum egregiorum Ladislai et Pethew de Gerse novissime cepisse dicuntur, interim donec in facto eiusdem castri, ad quod se ipsi Johannes Kakas et Stephanus Rechnitzer ab una, nec non iamdicti Ladislaus et Pethew ab alia partibus contra se se hinc inde iura habere allegant, per nos utrique parti modo infrascripto iusticia ministrabitur, manibus nostris et hominum nostrorum dedit et assignavit, ideo promisimus et verbo regio pollicemur, quod quadragesimo die a prima die nostri adventus ab hoc itinere in civitatem nostram Budensem fiendi computando, in quo scilicet ambe partes predicte nostri in presencia ibidem comparere ac universa iura et literalia eorum instrumenta super facto castri predicti confecta contra se se producere et exhibere, ac iudicium finale et indilatum in facto eiusdem castri recipere debebunt, inter easdem partes visis utrisque earum iuribus, unacum prelatis et baronibus nostris in facto eiusdem castri merum iudicium indilatamque iusticiam faciemus, ac castrum predictum illi parti que pingius ius ad id habebit, reddemus; interimque nulli parcium ipsum volumus assignare; harum nostrarum

vigore et testimonio literarum mediante. Datum in descensu nostro exercituali sub castro Kemend predicto, feria sexta proxima ante festum beati Gregorii pape, anno domini M° CCCC° XL° primo.

Belől pecséttel; eredetije a gr. Festetics cs. keszthelyi ltárában. Zaladien. 121. Nagy Imre.

249. *I. Ulászló király a tőle elpártolt s a hűtlen Szécsi Jánossal tartó több Zala vármegyei nemesnek megkegyelmez. Körmend melletti mezei táborban, 1441. apr. 9.*

commisio propria domini regis.

Nos Wladislaus dei gracia Hungarie Polonie Dalmacie Croacie etc. rex, Lithwanieque princeps summus et heres Russie, memorie commendamus per presentes, quod nos de benignitate nostra regia, qua delinquentibus veniam et lapsis sublevamen solemus impertire, iurisque rigorem interdum lenitate misericordie consvevimus temperare, Blasio filio Michaelis de Egerwar et Michaeli filio eiusdem Blasii, Georgio de Tilay castellanis castri Reznek, Paulo et Petro filiis Luce de Cho, Andree de Kysfalud, Georgio de Radoch, Thome de Byr, Gregorio filio Marci de Telekes, Demetrio filio Mathe de eadem, Benedicto de Korlathfewlde Castriferrei, Vlrico filio Johannis dicti Zalay de Syra Soproniensis, Ladislao filio Emerici de Ollar, Petro filio Briccii de Zagorhyda, Blasio filio Sebasciani de Czwp, Nicolao filio Lorandi ac Thome de eadem Czwp, Emerico Johanni filio *(igy)* Nicolai de Kerekthow, Georgio filio Mathie de Ilwagh, Dominico filio Andree de Apathy, Briccio et Johanni de Zobapathaka Zaladiensis comitatuum nobilium *(igy)* super nota seu labe infidelitatis quam ipsi sub nomine Johannis de Zeech domini ipsorum pridem notabilis rebellis nostri, hoc regnum nostrum et fidelium bona igne et preda vastando incurrerunt, capitibus, possessionibus, rebusque et bonis eorum universis graciam et misericordiam duximus faciendas speciales, imo facimus per presentes, universas quoque literas nostras super donacione possessionum et bonorum eorumdem racione premisse infidelitatis eorum quibuscunque hactenus datas revocamus, cassamus et anullamus, ita tamen, quod

ipse Blasius filius Michaelis de Egerwar et alii qui supra, se de cetero ab huiusmodi facinore et delictis reservando, fidelitatem sinceram maiestati nostre et huic regno teneantur observare, alioquin presens nostra gracia ipsis minime videatur suffragari. Quocirca vobis fidelibus nostris magnificis palatino et iudici curie nostre vestrasque in iudicatu vices gerentibus, nec non comitibus vel vicecomitibus et iudicibus nobilium prefatorum comitatuum, aliisque cunctis iudicibus et iusticiariis presentibus et futuris, presencium noticiam habituris firmiter precipimus, quatenus prefatos Blasium filium Michaelis de Egerwar et alios quos supra, contra formam premisse nostre gracie ad cuiusvis instanciam intra et extra iudicium in personis possessionibus rebusque et bonis impedire vel quovismodo damnificare nullatenus presummatis, nec sitis ausi modo aliquali, premisse nostre gracie sub obtentu, presentibus perlectis exhibenti restitutis. Datum in descensu nostro exercituali campestri prope oppidum Kewrmend vocatam, in dominica Ramispalmarum, anno domini Millesimo quadringentesimo quadragesimo primo.

Belől pecséttel; eredetije az orsz. ltárban. 1017. 38. dipl. oszt. 13618. Nagy Imre.

250. *A zalavári convent bizonyságlevele, hogy vévén I. Ulászló királynak Nemti vára alatt 1441. mart. 27-én kelt levelét, a hűtlenségbe esett Egervári Balázsnak és fiának Fanchka nevű birtokába s az ott épült kastélyba, valamint Reznek nevű birtokba és az ott épült kastélyba és még több más Zala vármegyei birtokokba Gersei Pető Lászlót és Petőt beiktaa, 1441. jul. 18.*

Omnibus Christi fidelibus presentibus pariter et futuris presencium noticiam habituris, conventus ecclesie Sancti Salvatoris de Kapornok salutem in salutis largitore. Ad universorum noticiam harum serie volumus pervenire, quod nos literas serenissimi principis domini Wladislai dei gracia Hungarie Polonie Dalmacie Croacie etc. regis, Lithvanieque principis supremi et heredis Rwscie, domini nostri graciosissimi statutorias, summa cum obediencia recepimus in hec verba: Wladislaus dei gracia Hungarie Polonie Dalmacie Croacie etc. rex, Lithvanieque princeps

summus et heres Ruscie, fidelibus nostris conventui ecclesie de Kapornok salutem et graciam. Cum nos pro fidelitatibus et fidelibus serviciis fidelium nostrorum egregiorum Ladislai et Pethew filiorum condam Johannis filii Pethew de Gerse, per ipsos maiestati nostre laudabiliter exhibitis et impensis, quasdam possessiones Blasii filii condam Michaelis de Egerwar et Michaelis filii eiusdem cum eodem Blasio patre suo in uno victu ut dicitur existentis, ut puta Fanchka partim in Castriferrei partim vero in Zaladiensi comitatibus habitam cum castello ibidem habito similiter Fanchka appellato, ac Wyfalw aliter Felzerfalw vel Altalfalwa sive Davidfalwa vocata, item Reznek cum castello similiter Reznek, ac Kerezthwr, Leekfalwa, Jakabfyanosfalwa, Lakos, Cheterthwkhel et Kysfalud alio nomine Zenthgywrgh nec non Tytews nuncupatas, ac quandam possessionem eorumdem Blasii et Michaelis ipsius nec non nobilis puelle filie eiusdem Blasii qualicunque nomine proprio vocate, in uno victu panis cum eisdem Blasio et Michaele ut dicitur existentis, Pwztabech nuncupatam, omnino in dicto comitatu Zaladiensi existentes, item porcionem possessionariam in possessione Eghazasapathy appellata in dicto comitatu Zaladiensi existente, aliasque quaslibet possessiones et porciones possessionarias prefatorum Blasii et Michaelis filii et puelle filie ipsius Blasii in eodem comitatu Zaladiensi ubilibet habitas, que omnino per notam infidelitatis eorumdem, quam iidem nonnullis nostris regnicolis sed et forensibus et extraneis, teutunicis utputa et bohemis infidelibus nostris, possessiones et bona fidelium nostrorum igne et preda vastantibus adherendo et partes eorum fovendo, et signanter idem Blasius in familiaritate Johannis filii condam Nicolai de Zeech a ias de Felsewlyndva notorii nostri infidelis domini scilicet sui procedendo, contra nos ut dicitur incurrerunt, ad nostram maiestatem prohibentur fore devolute, simul cum universis ipsarum utilitatibus et pertinenciis, premissis sic ut prefertur stantibus et se habentibus, prefatis Ladislao et Pethew ipsorumque heredibus et posteritatibus universis vigore aliarum literarum nostrarum donacionalium exinde confectarum in perpetuum duxerimus conferendas, velimusque ipsos in do-

minium earumdem per nostrum et vestrum homines legitime facere introduci; fidelitati igitur vestre firmiter precipiendo mandamus, quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio fidedignum, quo presente Demetrius filius Nicolai de Fenek vel Dionisius de Koppan aut Michael de Henche sin Dominicus de Zampach seu Paulus de Byk sive alter Paulus de Berend neve Michael aut Ladislaus ceu Emericus de eadem Byk vel Thomas de Byk vel Thomas de Fok aut Dionisius Myke de Apathy sin Michael filius Stephani de Ohyd aliis absentibus homo noster, ad facies predictarum possessionum Fanchka et castelli similiter Fanchka, parcium scilicet ipsarum in dicto comitatu Zaladiensi adiacencium, ac Wyfalu aliter Felzerfalw vel Altalfalu sive Davidfalwa, item Reznek et castelli similiter Reznek, ac Kerezthwr, Leekfalwa, Jakabfyanosfalwa, Lakos, Chethwrtwkhel et Kysfalwd alio nomine Zenthgywrgh nec non Tythews et Pwztabech, ac porcionis possessionarie in possessione Eghazasapathy apellata ut premittitur habite, necnon quarumlibet possessionum et porcionum possessionariarum eorumdem Blasii et Michaelis ac puelle filie ipsius Blasii in dicto comitatu Zaladiensi ubivis habitarum, vicinis et commetaneis earumdem universis inibi legitime convocatis et presentibus accedendo, introducat prefatos Ladislaum et Pethew in dominium earumdem, statuatque ipsis premisse nostre donacionis titulo perpetuo possidendas, contradiccione infidelium nostrorum non obstante, contradictores vero si qui fuerint ex nostris fidelibus, evocet eosdem contra annotatos Ladislaum et Pethew nostram in presenciam ad terminum competentem, racionem contradiccionis eorum reddituros. Et post hec huiusmodi introduccionis et statucionis seriem cum contradictorum et evocatorum, nostrorum scilicet fidelium si qui fuerint, vicinorumque et commetaneorum qui premisse statucioni intererunt nominibus, terminoque assignato, nobis fideliter rescribatis. Datum in descensu nostro exercituali sub castro Nempthy, feria secunda proxima post festum annunciacionis beate Marie virginis, anno domini Millesimo quadringentesimo quadragesimo primo. Unde nos mandatis regiis obedire cupientes ut tenemur, unacum prefato Paulo de Byk

homine suo regio, nostrum hominem, videlicet religiosum virum fratrem Sebastianum sacerdotem unum ex nobis ad premissam statucionem faciendam nostro pro testimonio duxissemus destinandum. Tandem iidem exinde ad nos reversi, nobis concorditer retulerunt, quod ipsi in festo beate Margarethe virginis et martyris proxime preterito et aliis diebus circa id sufficientibus, primo ad facies predictarum possessionum Fanchka et castelli similiter Fanchka parcium scilicet ipsarum in dicto comitatu Zaladiensi adiacencium, ac Wyfalw aliter Felzerfalw vel Altalfalva sive Dawidfalwa, item Reznek et castelli similiter Reznek, ac Kerezthwr, Lekfalwa, Jakabfyanusfalwa, Lakos, Cheterthwkhel et Kysfalwd alio nomine Zenthgywrg, necnon Tytews et Pwztabech, ac porcionis possessionarie in possessione Eghazasapathy vocata habite, item Paulo et Dominico de Tabazeg commetaneis, necnon Andrea filio Martini Stephano filio Nicolai et Paulo filio Stephani de Paly vicinis prefati castelli Fanchka et pertinenciarum eiusdem de comitatu Zaladiensi, preterea Mathia filio Sebastiani, Petro filio Stephani dicti Chepan, Michaele et Blasio filiis eiusdem, Nicolao filio Michaelis dicti Chete, Petro et Georgio filiis eiusdem Nicolai de Gywrgfalwa, Paulo filio Stephani officiale seu comite terrestri Stephani filii bani de Alsolyndva in Wyfalu commorante, ac Briccio filio Emerici, Georgio filio eiusdem, Andrea filio Posa, Petro filio Johannis, Valentino filio Stephani et Elia filio Thome de Nemesnepfalwa, ac Blasio filio Martini et Thoma de Budafalwa commetaneis, nec non Georgio filio Martini dicti Gwde, Clemente filio Stephani, Michaele similiter Gwde et Elia filio Stephani dicti Konch de Felsewnemesnepfalwa vicinis predicti castelli Reznek (et poss)essionum similiter Reznek, Kerezthwr, Lekfalwa, Jakabfyanosfalwa et Lakos vocatarum, item Paulo filio Johannis, Johanne dicto Batyz, Simone filio Dominici et Valentino filio Luce dicti Nemze de Fernekagh, (item) Paulo filio Ladislai de Zobapataka commetaneis, ac Georgio de Kemenfalva et Stephano filio Michaelis de eadem vicinis predicte possessionis Chetertwkhel, ceterum Nicolao filio Michaelis de Zeel, Paulo filio Michaelis de Berend, Johanne filio Anthonii, Petro filio

Francisci et Gregorio filio Valentini de eadem Berend commetaneis, nec non Clemente et Nicolao de Bogod vicinis dicte possessionis Zenthgywrgh, item Nicolao Kopaz, Georgio filio Johannis filii Andree de Apathy, Michaele Luka de Ollar commetaneis, ac Blasio filio Pauli de Betefalwa et Johanne de Gyrus vicinis dicte porcionis possessionarie in dicta possessione Eghazas Apathy habite inibi legitime convocatis et presentibus accedendo, introduxissent prefatos Ladislaum et Pethew in dominium earumdem, statuissentque easdem eisdem premisse regie donacionis titulo perpetuo possidendas tenendas pariter et habendas, contradiccione prescriptorum infidelium non obstante, legitimis diebus in faciebus earumdem iuxta regni consvetudinem moram faciendo, nulla penitus inibi nec domum coram nobis aliqua contradiccione fidelium apparente. In cuius rei memoriam firmitatemque perpetuam presentes literas nostras privilegiales pendentis et autentici sigilli nostri munimine roboratas eisdem duximus concedendas. Datum sexto decimo die diei introduccionis et statucionis predictarum, anno domini supradicto.

Hártyán, kávészinű selyemzsinóron függött pecsét nyomaival; eredetije Keszthelyen a gr. Festetics cs. ltárában Zaladien. 119. Nagy Imre.

251. *Mátyás veszprémi püspök János zsidi plébánost és alesperest s Mátyás egerszegi plébánost kiküldi, hogy Gergely zalaistvándi plébános ellen, ki templomának ékszereit és reliquiáit elprédálta, itéletet hozzanak. Buda, 1441. sept. 8.*

Mathias episcopus Wesprimiensis
locique eiusdem comes perpetuus.

Discretis viris dominis Johanni vicearchidiacono et plebano de Syd ac Mathie plebano de Egerzeeg, salutem benediccione cum paterna. Referentibus nobis nuper magnificis Ladislao et Pethew de Gerse comitibus Zaladiensibus intelleximus, qualiter discretus vir dominus Gregorius plebanus parochialis ecclesie de Istwand, alias sinistro fretus consilio, nonnulla clenodia et cruces reliquiis plenas, et alias res atque bona ipsius ecclesie de Istwand hinc inde

manu sacrilega dissipasset, quasdam vero ex eisdem quo sibi placuisset de ipsa ecclesia deportasset, et sic cum eisdem insalutato hospite et nulla super eisdem rebus prefatis dominis comitibus tanquam patronis ac aliis suis plebizanis data racione recessisset; qui sepius monitus ad dandam racionem super premissis, ad prefatam suam ecclesiam noluisset reverti, licet nuper sibi ut hoc faceret, nostris literis mediantibus firmis dederimus in mandatis. Quapropter discrecioni vestre in virtute sancte obediencie firmiter iniungimus atque committimus, quatenus habita presencium noticia, memorato domino Gregorio plebano ad quintum diem festi Exaltacionis sancte crucis proxime venturi, ad prefatam villam Istwand, ubi et vos eodem die comparere debeatis, vestri in presenciam vocato et accersito, super omnibus premissis, annotatis dominis comitibus patronis, iuxta eorumdem allegaciones et proposiciones, ex parte ipsius domini Gregorii nostra in persona et auctoritate vobis presentibus in hac parte specialiter attributa, sine ulteriori dilacione meri iuris et iusticie ministrare debeatis complementum, sic et taliter, quod sepefati domini comites pro defectu iusticie non habeant ulterius materiam . . . . . vobis autem dominis . . de Ollar et . . de Zenthyvan plebanos similiter in virtute . . . . . committimus et mandamus, quatenus habita presencium noticia, ad prefatum dominum Gregorium . . . . . reperire poteritis, personaliter accedendo, committatis eidem verbo nostro sub pena excommunicacionis . . . . . dicto quinto die festi Exaltacionis sancte crucis ad memoratam villam Istwand . . . . . citatus accedere et prenarratis dominis comitibus vel hominibus ipsorum per eos ad . . . . . super eorum accionibus, coram antefatis dominis Johanne vicearchidiacono et plebano de Syd, n(ec non Mathi)a plebano de Egerzeeg respondere et eorum iudicio atque iudicatui astare et parere de(beat et) teneatur. Cuius quidem cause iudicio inter ipsas partes fiendo, volumus ut et vos inter(esse de)beatis. Et post hec omnium premissorum seriem ut fuerit expediens, omnes vos supradicti nobis vel vicario nostro Wesprimiensi in spiritualibus generali con-

scienciose rescribatis. Datum Bude, in festo nativitatis beate Marie virginis gloriose, anno domini M° CCCC° XL° primo.

Belől vörös viaszba nyomott gyűrüs pecséttel, a paizsban egy patkó látszik; eredetije Keszthelyen a gr. Festetics cs ltárában, Zaladien. 120. *a.* Nagy Imre.

252. *A vasvári káptalan előtt Gersei Pető László megengedi, hogy Csányi Csák fia János jobbágyai Csáktilaj nevű birtok szomszédságában bizonyos vitás birtokterületet egy évig használhassanak.*

1441. oct. 16.

Nos capitulum ecclesie Castriferrei memorie commendamus, quod egregius Ladislaus filius condam Johannis filii Pethew de Gerse comitatus Zaladiensis comes, onus vero et gravamen egregii Pethew fratris sui carnalis super se assummens ab una, parte vero ab alia Johannes filius Chak de Chanig *(így)* onera vero et gravamina modo simili Thome et Petri fratrum carnalium ac Johannis et Benedicti filiorum Blasii de eadem Chanig similiter in se recipiens coram nobis personaliter constituti, per eundem egredium *(így)* Ladislaum confessum extitit eo modo, quod ipse ad peticionem eiusdem Johannis Chak id annuisset et consensisset, imo annuit et consensit nostri in presencia, ut populi et iobbagiones predictorum Johannis Chak ac aliorum fratrum suorum in eorum possessione Chaktylai vocata residentes, terram contenciosam iuxta eandem possessionem adiacentem uno anno integro et non amplius perarare et seminare, fructusque et utilitates eiusdem percipere valeant, capecias vero eiusdem terre contenciose annotatis dominis Ladislao et Pethew dare et persolvere teneantur populi prefati; super qua quidem terra contenciosa iidem domini Ladislaus et Pethew proclamatam congregacionem reportatam et celebratam habere asserebant, post lapsum vero anni integri presens litera seu annuencia in curia regia in iudicio vel extra aut alias viribus foret penitus et omnino esset caritura, alie vero litere eorum causales et instrumentales super dicta terra contenciosa confecta et emanata partibus predictis in vigoribus permanentes, testimonio presencium mediante. Datum secundo die festi beati Galli confessoris,

anno domini Millesimo quadringentesimo quadragesimo primo.

Hátlapján pecsét nyomaival; eredetije a gr. Festetics cs. ltárában Keszthelyen. Castriferrei. 101. Nagy Imre.

253. *I. Ulászló király Gulács és Rendes nevű birtokokban néhai Gulácsi Lőkős részbirtokát, Unyomi Miklós sümegi várnagynak és Tomaji Lászlónak adományozza. Nagyhatvan, 1442. aug. 23.*

commissio propria domini regis.

Nos Wladislaus dei gracia Hungarie Polonie Dalmacie Croacie etc. rex, Lythuanieque princeps summus et heres Ruscie etc. memorie commendamus tenore presencium significantes quibus incumbit universis, quod nos qui benemeritorum fidelium obsequia digna semper premiacione consuevimus remunerare, debitum habentes respectum ad gratas fidelitates et obsequia singulari accepcione digna fidelium nostrorum Nicolai filii Mathie de Wnyan castellani castri episcopatus Wesprimiensis Simeg vocati, et Ladislai de Thomay familiarium fidelis nostri reverendi in Christo patris domini Mathie episcopi Wesprimiensis, quibus iidem Nicolaus castellanus et Ladislaus de Thomay castro in predicto his impacatis guerrarum temporibus in conservacione et fideli custodia castri predicti et alias contra nostros rebelles atque hostes tam aliegenas quam predicti regni nostri incolas, qui in contemtum nostre regie maiestatis nonnullas partes comitatus nostri Zaladiensis et eius incolas et signanter tenutas et pertinencias atque possessiones predicti castri episcopalis Simeg appellati igne et preda pluribus vicibus affecerunt et vastaverunt, prefatum quoque castrum undique circum vallantes, diversis modis impugnacionibus et insultacionibus peractis ibidem quamplures familiares ipsius Nicolai castellani et aliorum familiarium prenarrati domini episcopi in antefato castro suo Simeg existencium et ipsis nostris rebellibus atque hostibus resistencium, sed et nonnullos villanos et populos ville episcopalis similiter Simeg appellate dire mortis interitu occiderunt, alios vero letalibus vulnerum plagis sauciaverunt, viriliter et constanter agendo, et eis pro nobis animosa strenuitatis audacia continuam

dando resistenciam, tam tempore obsidionis castri prenotati, quam alibi se viriliter opponendo, plurima damna perferendo et incommoda suscipiendo adversa, se nobis pariter gratos reddiderunt et acceptos, cupientes propterea laboriosos sudores linteo benivolencie et favoris abstergere, ut delectet ipsos constantes fuisse atque ut iidem ad ampliorem accendantur devocionis et fidei zelum, in aliqualem predictorum serviciorum suorum atque damnorum et incommoditatum, que ut premittitur pertulerunt, recompensam, quasdam porciones possessionarias in possessionibus Gwlach et Rendes vocatis in comitatu Zaladiensi existentibus habitas, que condam Johannis de eadem Gwlach alias de Rendes filii scilicet prefati Ladislai de Thomay ex prima sua uxore, filia videlicet condam Lewkes de eadem Gwlach procreati, hominis scilicet absque heredum solacio defuncti prefuisse et per huiusmodi defectum seminis eiusdem ad manus nostras regias iuxta regni nostri consvetudinem devolute fore dicuntur, simulcum omni iure nostro regio, si quod in eisdem quibuscunque ex causis et racionibus haberemus, aliisque cunctis earum utilitatibus et pertinenciis, terris scilicet arabilibus cultis et incultis, agris, pratis, pascuis, silvis, nemoribus, vineis et vinearum promontoriis, aquis, fluviis, aquarumque decursibus, piscinis, piscaturis, molendinisque et molendinorum locis, et generaliter quarumlibet utilitatum et pertinenciarum earumdem integritatibus quovis nomine vocitatis, premissis sic uti nobis modo quo supra exponuntur maiestati se habentibus, prefatis Nicolao filio Mathie castellano et Ladislao de Thomay eorumque heredibus et posteritatibus universis ex certa nostra sciencia dedimus, donavimus et contulimus, imo damus, donamus et conferimus iure perpetuo et irrevocabiliter possidendas, tenendas pariter et habendas, salvo iure alieno, presencium nostrarum vigore et testimonio literarum mediante, quas in formam nostri privilegii redigi faciemus, dum nobis in specie fuerint reportate. Datum in Naghatvan, in vigilia festi beati Bartholomei apostoli, anno domini M° CCCC° XL° secundo.

Hártyán, belől veres viaszba nyomott pecséttel; eredetije a hg. Batthyány cs. körmendi ltárában. Nagy Imre.

254. *A zalavári convent előtt Begeni Máté és Domokos egyik részről, másik részről pedig Szegfalvi János és fia István, Szegfalu és Begen, máskép Kál nevű birtokokban magszakadás esetében kölcsönös örökösödést kötnek ki. 1443. apr. 24.*

Omnibus Christi fidelibus presentibus pariter et futuris, presencium noticiam habituris, conventus monasterii beati Adriani martyris de Zala salutem in salutis largitore. Ad universorum noticiam harum serie volumus pervenire, quod Matheus dictus Begeny et Dominicus filius Nicolai de Begen aliter de Kal ab una, parte vero ex altera Johannes filius Petri de Zegfalw ac Stephanus filius eiusdem coram nobis personaliter constituti, sunt confessi in hunc modum, quod ipsi animo deliberato ac concordi et unanimi eorum voluntate inter se huiusmodi confederativam fraternalem disposicionem inter ipsos et eorum successores perpetuo duraturam duxissent faciendam, quod si domino volente primitus predictis Matheo et Dominico aut eorum unus ab hoc seculo absque prolibus decedere et deficere contingeret, extunc totales porciones eorumdem possessionarie in dicta possessione Begen alio nomine Kal vocata in comitatu Zaladiensi existente habite, cum cunctis earumdem utilitatibus et pertinenciis quibuslibet, in prefatos Johannem de Zegfalw et Stephanum filium eiusdem et eorum successores universos devolvantur et condescendi debeant iure perpetuo et irrevocabiliter tenende possidende pariter et habende ; si vero prefati Johannes de Zegfalw et Stephanus filius eiusdem primitus abhoc seculo absque heredum solacio decederent et deficere contingerent, extunc totalis porcio eorumdem Johannis et Stephani in dicta possessione Zegffalw vocata in eodem comitatu Zaladiensi existente habita, cum omni plenitudine iuris et utilitatum eiusdem modo simili in prefatos Matheum et Dominicum et eorumdem heredes et successores universos devolvi debeant *(így)* et condescendi pleno cum effectu similiter perpetuo possidenda semper et habenda coram nobis; voluerunt eciam partes prescripte, quod ipsi predictas porciones possessionarias in dictis possessionibus Begen alio nomine Kal et Zegfalw habitas, a modo et deinceps nulli-

piam alteri vendere perpetuare vel alio quovismodo alienare valeant neque possint; ad que premissa, ut premittitur, eedem partes personali eorum astancia sponte obligarunt nostri in presencia. In cuius rei memoriam firmitatemque perpetuam presentes literas nostras privilegiales pendentis et autentici sigilli nostri munimine roboratas eisdem duximus concedendas. Datum in festo beati Georgii martyris, anno domini Millesimo quadringentesimo quadragesimo tercio.

Hártyán, zöld selyemzsinóron függött pecsét romjaival; eredetije a Szeghy családnál. Közölve néhai Szeghy Miklós másolatából.

255. *Az esztergomi érsek, az egri püspök és a nádor mint a király helytartói, Mátyás veszprémi püspököt és a veszprémi káptalant Erek nevű birtokból járó tized elfoglalásától tiltják. Buda, 1443. dec. 18.*

Dionisius cardinalis etc. archiepiscopus Strigoniensis, Simon de Rozgon episcopus Agriensis ac summus cancellarius regie maiestatis vicariusque et Laurencius de Hedrehwara palatinus et similiter vicarius regni Hungarie, reverendo in Christo patri domino Mathie episcopo ecclesie Wesprimiensis ac venerabili Nicolao Bodo preposito Bachiensi coadiutori eiusdem, salutem cum honore. Pro parte et in persona honorabilis capituli dicte ecclesie Wesprimiensis nobis ceterisque prelatis et baronibus more hic Bude pro facienda pace huius regni congregatis, expositum extitit eo modo, quomodo vos decimas frugum et vinorum possessionis Erek dominis de dicto capitulo semper et ab antiquo provenientes, per Nicolaum castellanum castri vestri Symegh occupari et insuper quartas eorumdem dominorum tam de culltello decimacionis Gyermendkees quam possessionibus ad domum et curiam vestram ad Gyermend habitas, spectantibus, eisdem dominis provenire debentes, pro vobis levari et exigi fecissetis in ipsorum damnum et iuris derogamen non modicum, vos eciam domine preposite iobagiones ipsorum dominorum in nonullis possessionibus ipsorum commorantes, per vestros familiares et ad vos pertinentes

per continuas victualium exacciones vexare et damnificare permitteretis. Quia autem frater et amice nostri presens congregacio nostra et aliorum fratrum nostrorum, pro bono pacis et sedandis quibusvis malorum generibus remittendisque occupatis et quibuslibet damnorum illacionibus reformandis et refundendis, prout et in posterum celebrari debet, facta fuit et celebrata, pro eo vestras paternitatem et amiciciam petimus et hortamur, nosque vicarii auctoritate regia et in persona domini nostri regis requirimus et eisdem committimus, quatenus antedictas decimas et quartas dictorum dominorum sic ut premittitur per vos perceptas, eisdem dominis effective restituere et restitui facere, vosque domine preposite quoslibet vestros familiares de dictis possessionibus ipsorum dominorum remanere et vestras manus penitus excipere, hactenus eciam commissa et indebite patrata eisdem reformare et refundere de ceteroque eosdem dominos et eorum iobagiones quiete et pacifice tueri et conservare velitis atque debeatis, ne factum pacis predicte turbare videamini; presentes perlectas reddi petimus presentanti. Datum Bude, feria quarta proxima ante festum beati Thome apostoli, anno domini M° CCCC° XL° tercio.

Belől három gyűrüs pecséttel; eredetije a veszprémi káptalan házi ltárában Caps. IV. «Echer» csomagban. Véghely D.

256. *Bakonaki Török László és Nádasdi Osvald kanizsai várnagyok és társaik, a Rozgonyiak által ostrom alá vett Kanizsa várát Alsólendvai Bánfi István- és Pálnaknak átadják, hogy ezek az ostrom alól a várat fölmentvén, azt mindaddig megtarthassák, míg a Kanizsai családbeliek mindennemű költségeiket megtéríteni fogják, kik közül egyik Bánfi István leányát Dorottyát majdan nőül veheti.*

Kanizsa, 1443.

Nos Ladislaus Thwrek de Bakonok, Osualdus de Nadasd castellani castri Kanisa, Benedictus plebanus de eadem canonicus Vesprimiensis, Nicolaus de Hyduegh, Georgius Farkas de Moroczhel, Jacobus Zelee de Zenthbalas, Johannes Kaczor de Laak, Benedictus de Damonia, Balko de dicta Bakonok, Petrus et Stephanus de Mantha, Gregorius de Zewles, Bekes de Reche, Johannes Kola de Homokomar et alter

Joannes de Laak memorie commendamus, tenore presencium significantes quibus expedit universis, quod quia per egregios Johannem, Rinoldum et Osvaldum de Rozgon castrum Kanisa ad presens potenter extitit obsessum et condescensum, per ipsosque quampluribus diebus..... machinis edificacionibusque bastie et castella ac aliis apparamentis ad id aptis et sufficientibus fuit et est propugnatum, nosque ipsis ad resistendum sufficientes fore non cognoscentes, in subsidium gubernatoremque et protectorem ipsius castri Canisa magnificos Stephanum et Paulum filios condam Stephani bani de Also Lyndwa, data fide nostra christiana, tactoque sancto crucis signo per nos prestita, intro ad prefatum castrum Canisa recipimus et recipiemus, in manusque ipsorum contulimus, ita videlicet, quod ipsos inimicos de suo prefato castro Kanisa removebunt, castrumque ipsum remotis ipsis inimicis tamdiu conservabunt, quousque de sumtibus et expensis per ipsos ad premissa factis ad nostrumque scitum erogandis, de pertinenciis ipsius castri Kanisa per egregios dominum Emericum, Nicolaum et Ladislaum de dicta Kanisa vel alias aliunde fuerit satisfactum; insuperque egregium dominum Emericum de dicta Kanisa fratrem ipsorum, dominum videlicet nostrum, pronunc in captivitate dicti Renoldi existentem, toto posse et omnibus eorum viribus eliberare pretendunt, laborantque et faciunt, ipsosque Emericum, Nicolaum et Ladislaum in filios cognacionales puro corde ..... ent, ita .....uni eorumdem filiam iamdicti domini Stephani Dorothea vocatam, cuius etati magis convenit, matrimonio secundum ritum sancte romane ecclesie tradent et copulabunt; que premissa dum ad dictum castrum Kanisa pervenerint, unacum viginti familiaribus eorum po(cioribus) nacione hungaris, in suis literis obligatoriis per ipsos nobis dandis et per nos nominandis, tacto vivifice crucis signo, suorum et ipsorum suorum familiarium iuramentis confirmabunt et roborabunt; dum autem ipsas eorum expensas et sumtus, quas facto in premisso erogarent, de pertinenciis ipsius castri Kanisa exigere et extorquere possint atque valeant, vel alias undecunque eisdem per dictos dominos de dicta Kanisa persolutum fuerit, extunc omni difficultate se-

mota, occasioneque postergata, dictum castrum Kanisa in manus dictorum Emerici, Nicolai et Ladislai de sepefata Kanisa assignare, dare et conferre ac . . . . . Datum in dicto castro Kanisa, feria tercia . . . . . Millesimo quadringentesimo quadragesimo tercio.

Rongyolt állapotban, innét a hiányok, az okmány alsó részén öt zöld viaszpecsét töredékeivel; eredetije az orsz. ltárában. N. R. A. 1552. 97. dipl. oszt. 13752. Közölve Kovács Nándor másolatából.

257. *Rozgonyi György országbíró, miután az Albert király halálakor megakadt octavalis perek folytatását I. Ulászló király tovább folytatni rendelte, a veszprémi káptalannak Ecséri Péter özvegye elleni perében az utóbbit meg nem jelenése miatt birságolja. Buda, 1444. sept. 29.*

Nos comes Georgius de Rozgon iudex curie domini Wladislai de gracia Hungarie Polonie Dalmacie Croacie etc. regis damus pro memoria, quod cum nuper prefatus dominus noster rex unacum prelatis et baronibus ac proceribus regni sui in novissima eorumdem congregacione hic Bude celebrata id statuisset, ut universe cause, que in ultima octava, tempore condam domini Alberti regis vertebantur, in eodem statu in quo tunc existebant in presentibus octavis festi beati Jacobi apostoli reinchovari deberent, tandem ipsis octavis instantibus, Emericus literatus de Kysberen pro honorabili capitulo ecclesie Vesprimiensis cum procuratoriis literis eiusdem contra nobilem dominam relictam Petri de Echyr, ab eisdem octavis festi beati Jacobi apostoli quinquaginta novem diebus continuis legitime stetit in termino coram nobis, qui iuxta continenciam literarum comitis Stephani de Bathor pridem similiter iudicis curie regie prorogatoriarum, super factis in literis capituli ecclesie Albensis inquisitoriis et evocatoriis contentis peremtorie responsura, nostram in presenciam non venit neque misit, unde ipsam in iudicio commisimus fore convictam si se racionabiliter non poterit excusare. Datum Bude, sexagesimo die termini prenotati, anno domini Millesimo quadringentesimo quadragesimo quarto.

Eredetije a veszprémi kápt. házi ltárában, Caps. IV. «Echer» csomagban. Véghely D.

258. *Hédervári Lőrincz nádor a zalavári conventet kiküldi, hogy Istóczi Antalt, Oztolcz (Istócz) nevű birtok fele részébe, melyet Szentbalázsi Zele Balázstól s Rajki Lászlótól per útján nyert, iktassa be. Buda, 1444. oct. 3.*

Amicis suis reverendis conventui ecclesie Zaladiensis, Laurencius de Hedervara regni Hungarie palatinus et iudex comanorum amiciciam paratam cum honore. Dicitur nobis in persona Anthonii filii Nicolai filii Pauli de Oztolcz, quomodo ipse in dominium medietatis porcionis possessionarie in dicta possessione Oztolcz vocata a plaga orientali existentis et habite, ipsamque porcionem possessionariam per medium iuridicum a manibus nobilium virorum Blasii dicti Zele de Zenthbalas et Ladislai de Rayk ac nobilium dominarum consortum ipsorum reoptentam, ipsum omnis iuris titulo concernentem legitime vellet introire; super quo vestram amiciciam presentibus petimus diligenter, quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio fidedignum, quo presente Benedictus Chontus de Bagolya aut Blasius literatus de And sive Stephanus Egud sive Benedictus Kantha (Chontus) de dicta And aliis absentibus homo regius, ad faciem dicte medietatis porcionis possessionarie, vicinis et commetaneis suis universis inibi legitime convocatis et presentibus accedendo, introducat prefatum Anthonium filium Nicolai in dominium eiusdem statuatque eandem eidem cum omnibus suis utilitatibus et pertinenciis quibuslibet, premisso iure sibi incumbenti perpetuo possidendam, si non fuerit contradictum, contradictores vero si qui fuerint, evocet ipsos contra annotatum exponentem regiam in presenciam ad terminum competentem, racionem contradiccionis eorumdem reddituros; et post hec ipsarum introduccionis et statucionis seriem cum contradictorum et evocatorum vicinorumque et commetaneorum qui premisse statucioni intererunt nominibus, terminoque assignato, domino regi fideliter rescribatis. Datum Bude, sabbato proximo post festum beati Michaelis archangeli, anno domini Millesimo quadringentesimo quadragesimo quarto.

A zalavári conventnek a beiktatásról 1444. évében kiadott

jelentéséből, melynek eredetije a zalavári convent orsz. ltárában őriztetik, 103. sz. a. s mely szerint a beiktatás minden ellenmondás nélkül megtörtént, az iktatásnál mint szomszédok jelen voltak: «Balk, Lucas et Benedictus filii Ladislai sartoris de Bakonuk» Véghely D.

259. *A vármegye szolgabírái bizonyítják, hogy Marczali Miklós vajda és Dénes bán fiainak zalavári várőrei a Gersei Petők keszthelyi birtokáról négy ökröt és négy lovat elhajtattak. Zsid, 1444. oct. 13.*

Nos Paulus de Kezy et Stephanus filius Blasii de Keueskal iudices nobilium comitatus Zaladiensis memorie commendamus, quod cum nos ad legitimam peticionem egregiorum Ladislai et Pethew filiorum Johannis de Gerse comitum Zaladiensium unum ex nobis, videlicet Laurencium de Tuluar ad infrascriptam inquisicionem faciendam transmisissemus, qui tandem exinde ad nos reversus retulit nobis eo modo, ut ipse in festo beati Michaelis archangeli proxime preterito, in dicto comitatu procedendo, ab omnibus quibus decuisset et licuisset, nobilibus et ignobilibus, talem scivisset veritatem, quomodo Ladislaus de Nyar et Nicolaus de Magasi castellani de Zalauar per magnificos Emericum et Johannem filios Nicolai vaivode ac Stephani et Georgii filiorum Dionisii bani de Marczali in dicta Zalauar constituti, ex voluntate et permissione eorumdem dominorum ipsorum, sabbato proximo ante festum Nativitatis virginis gloriose proxime preteritum, missis et destinatis quibusdam familiaribus ipsorum ad oppidum Keztel prefatorum Ladislai et Pethew, abinde duodecim boves et quatuor equos de aratro ipsorum proprio aufferri et recipi fecissent, et quo voluissent fecissent, et duos familiares ipsorum captivassent et captum deduxissent, alios vero familiares ipsorum circa ipsa aratra reperiendo dire verberassent et vestibus ipsorum spoliassent, potencia eorum mediante, in preiudicium ipsorum valde magnum. Datum in Syd, feria tercia proxima ante festum beati Galli confessoris, anno domini M° CCCC° XL° quarto.

Hátlapján két pecséttel; eredetije Keszthelyen a gr. Festetics cs. ltárában. Zaladien. 121. *c.* Nagy Imre.

260. *Szécsi Dénes esztergomi érsek, Mátyás veszprémi püspök, Hédervári Lőrincz nádor, Ujlaki Miklós és Hunyadi János erdélyi vajdák, Zala vármegye egyházi és világi nagyjait személyesen, a többi birtokos nemeseket pedig követek által husvét után eső vasárnapra a Pesten tartandó országgyülésen való megjelenésre meghívják. Székesfehérvár, 1445. febr. 8.*

Dionisius miseracione divina sancte Romane ecclesie cardinalis archiepiscopus Strigoniensis etc. Mathias episcopus Wesprimiensis, Laurencius de Hedrewara regni Hungarie palatinus, Nicolaus de Wylak et Johannes de Hwnyad vaivode Transsilvani, universis et singulis prelatis baronibus nobilibus et alterius cuiusvis status possessionatis hominibus comitatus Zaladiensis, salutem et fraterne caritatis augmentum. Dudum pervigiles nos et ceteri fratres nostri laborari habuimus, querendo vias et modos, quibus maledicta hec guerrarum commocio iam prohdolor in totum regni corpus seva rabie descensa sopiri posset de medio, et licet sepius secundum quod pro tempore visum fuit ei rei remedia posuerimus, quibus non pauca iam mala extincta sunt, restant tamen et extinguenda quamplurima, que nisi adhibeatur medium non solum per se nocebunt, quin et dudum sopita secum mala amplo cremento recrescere et resurgere facient, eruntque prioribus novissima nociora. Huius ergo rei gracia, licet et nunc covencionem habuerimus, tractantes de remedio . . . . . distulimus tamen conclusionem facere usque ad vestrum interesse, volentes, ut quod omnes pariter concernit, omnium vestrum consilio fiat; quocirca fraternitates vestras attencius ut possumus obsecramus, hortamur et petimus, quatenus vos prelati et barones personaliter, vos vero nobiles et alii certos ex vobis plena omnium vestrum facultate mittendo, octavo die festi Pasche domini nunc venturo in civitatem Pestiensem, quo et ceteros fratres nostros per totum regnum convocavimus, convenire velitis, tractaturi de viis, modis et remediis, quibus universa cessent mala, guerraque sopiatur per totum regnum; quum nolumus iam progenitorum nostrorum sudorosis laboribus quesitam terram et patriam nostris aut alio-

rum dissidiis vastatam linqui. Ut autem quilibet cuiuslibet partis regnicola securum habeat iter, presentibus salvum conductum prebemus omnibus vobis libere veniendi et redeundi, sub fide nostra et honore; inhibemus autem universos quoscunque preeminencie homines ire predam, spolia, nocumenta et damna, quibuscunque miserant, cuius si contrarium fecerint, noverit se contra regnum hoc perpetuam infidelitatis notam incurrisse, cuius penam nos pariter vobiscum irremissibiliter exequemur, non parcendo fratribus et amicis, imo contra tales tamquam turbatores regni et communis boni in continenti vobiscum pariter insurgere volumus et eos punire et conterrere usque ad exterminum *(így)* personarum atque rerum; secus ergo prout liberacionem patrie et relevacionem oppressorum optatis non facturi; quum non obstante absencia cuiuscunque vestrum cum ceteris fratribus nostris id faciemus et diffinemus, quod erit pro bono regni. Datum in Albaregali, feria secunda proxima post festum beate Dorothee virginis et martyris, anno domini etc. XL° quinto.

Kivül egykorú jegyzéssel . . . . . Prelatorum et baronum contra patratores actuum potenciariorum post huiusmodi emanacionem commissorum, que contra filios Zele debet produci.

Belől két veres viaszba és három zöld viaszba nyomott gyürüs pecséttel; eredetije a veszprémi kápt. házi ltárában, Lad. 109. Miscellan. 50. Véghely D. E meghivó levél eddig még nem volt ismeretes; l. Hunyadyak kora I. köt. 451. l.

261. *Az alispánok és szolgabírák Apáthi János özvegyének Nikel Tamás és neje elleni ügyét elhalasztják. Kapornak, 1445. apr. 8.*

Nos Michael de Hasagh et Gallus de Vys vicecomites et iudices nobilium comitatus Zaladiensis, damus pro memoria, quod causam quam nobilis domina Elizabeth vocata relicta Johannis de Apathy, pro qua Bartholomeus filius Maurici de eadem Apathy cum procuratoriis literis nostris comparuit, contra nobilem dominam Elizabet vocatam consortem Thome dicti Nykkel, ac eundem Thomam Nykkel dominum et maritum eiusdem domine eisdem statuere com-

misimus, personaliter astantes, iuxta continencias aliarum literarum nostrarum prorogatoriarum pariter et citatoriarum, feria quinta proxima post diem Concussionis ovorum proxime preteritum movere habebant coram nobis, de parcium voluntate ad feriam quintam proximam post festum Penthecostes proxime venturum duximus prorogandam. Datum in Kapornak, feria quinta antedicta, anno domini M° CCCC° XL° quinto.

Zárlatán pecsét nyomaival; eredetije Keszthelyen a gr. Festetics cs. ltárában. Zalad. 121. *b.* Nagy Imre.

262. *A szolgabírák bizonyságlevelet adnak ki arról a vizsgálatról, melyet Gersei László és Pető főispánoknak azon panaszára teljesítettek, hogy midőn a panaszlóknak egyik Szabó Gál nevű mindszenti jobbágya negyvened magával hat felkantározott és nyergelt legjobb lóval tizennyolcz szekéren negyven ökörrel és húsz lóval gabnát szállított, Nova körül a kondorai pusztán Alsólendvai Pál- és Barlahidai Botka István özvegyének emberei a fogatokat tőlük erőszakkal elvették, Szabó Gált pedig Nemti várában felakasztották.*

Kapornak, 1445. aug. 11.

Nos Dionisius de Donathfalua et Salamon de Miley iudices nobilium comitatus Zaladiensis districti sedis Kapornok, memorie commendamus, quod cum nos ad instantem et legitimam peticionem magnificorum Ladislai et Pethew de Gerse comitum comitatus Zaladiensis, Paulum parvum de Fernekagh hominem nostrum ad infrascriptam inquisicionem faciendam nostro pro testimonio duxissemus transmittendum, qui tandem exinde ad nos reversus, nobis retulit isto modo, quod ipse feria quarta proxima post festum beati Laurencii martyris proxime preteritum in dicto comitatu Zaladiensi accedendo, sicut a nobilibus et ignobilibus huius dicti comitatus Zaladiensis hominibus, a quibus decens et opportunum fuisset, diligenti et conscienciosa inquisicione palam et occulte facta scire veritatem infrascriptam potuisset, sic scivisset, quod cum feria secunda proxima post festum ad vincula beati Petri apostoli proxime preteritum, quidam Gallus sartor in Mendzenth residens familiaris et iobagio, unacum aliis quatraginta iobagionibus ipsorum exponencium necnon sex equis optimis cum frenis et sellis ac octodecim curris, quatraginta bobus et viginti equis equacialibus

ipsos currus trahentibus Bathor Balashaza racione transduccionis et deportacionis bladorum prefati Galli sartoris accessissent; ibidemque versus propria prefatus Gallus sartor et annotati quatraginta iobagiones cum bladeis *(így)* curribus bobus et equis ipsos currus trahentibus in libera via venire habuissent, et dum ad tenutas possessionis Nova territoriumque eiusdem possessionis Kondora pervenissent Benedictus de Baranya, Ladislaus Vasvari dicti, Petrus de Vsa, Franciscus de Gersa, Johannes de Vasper, Ladislaus filius Dionisii de Hashagh, Paulus filius Briccii magni de Zelych, Gregorius filius Stephani de Monyorokerek, Ladislaus de Kerechen, Dionisius Pogan de Cheb familiares magnifici viri Pauli de Alsolendva et Georgius Zewke de dicta Zelych familiaris nobilis domine relicte Stephani dicti Bothka de Barlahyda, ex commissione et voluntate eorumdem magnifici Pauli et nobilis domine relicte Stephani Bothka unacum aliis ipsorum familiaribus manibus armatis irruendo, dictos currus boves et equos cum ipsis bladis ab eisdem aufferrissent et deportassent, eosdem iobagiones spoliando, prefatumque Gallum sartorem absque omni sua sine culpa contra regni consvetudinem captivassent, captumque ad castrum Nemthy deduxissent et deduci ac suspendissent et suspendi fecissent potencia mediante, in preiudicium dictorum exponencium et damnum valde magnum. Datum in Kapornok, secundo die diei inquisicionis prenotate, anno domini Millesimo quadringentesimo quadragesimo quinto.

Hátlapján két pecséttel; eredetije Keszthelyen a gr. Festetics cs. ltárában. Zaladien. 125. *c.* Nagy Imre.

263. *A szolgabírák bizonyságlevele arról a többrendbeli hatalmaskodásról, melyet Marczali György és István szentgyörgyvári várnagyai és Marwa nevű komáromi kapitány, Gersei Pető János fiainak Keszthely nevű mezővárosában a jobbágyokon, a Szent-Mártonról nevezett parochialis egyházban, a Szűz Mária kolostorban, valamint a Gersei Petők lakházában elkövettek. Zsid, 1445. aug. 31.*

Nos Paulus filius Stephani de Kezy ac Stephanus filius Blasii de Keueskal iudices nobilium comitatus Zaladiensis memorie commendamus, quod cum nos ad legitimam

peticionem egregiorum Ladislai et Pethew filiorum Johannis filii Pethew comitum comitatus Zaladiensis de Gerse, unum ex nobis, videlicet Thomam de Fok ad infrascriptam inquisicionem faciendam transmisissemus, qui tandem exinde ad nos reversus retulit nobis eo modo, ut ipse feria tercia proxima post festum beati Stephani regis proxime preteritum, in dicto comitatu procedendo, ab omnibus quibus decuisset et licuisset nobilibus et ignobilibus, videlicet vicinis et commetaneis ac aliis cuiusvis status et condicionis dicti comitatus hominibus diligenter inquirendo, talem scivisset veritatem, quomodo Andreas de Chapy ac David Kachor de Lak castellani de Zenthgyurghuara, per magnificos Georgium et Stephanum filios Dionisii bani castro in eodem constituti, ac Marwa capitaneus exercitus de Komaron unacum gentibus ipsorum Stephani et Georgii domini ipsorum, necnon Emerici et Johannis filiorum Nicolai filii vaivode de ipsa Marchaly, sabbato proximo post festum Assumcionis virginis gloriose in anno proxime transacto preterito, manibus armatis et potenciariis ad oppidum Keztel antefatorum Ladislai et Pethew hostiliter irruendo, ipsum oppidum Keztel devastassent, ac universa bona ipsorum hospitum videlicet clenodia domorum, videlicet sales, denarios et alia innumerabilia bona ipsorum, videlicet vestes, camisias, griseos, penitus et per omnia levando deportassent, eo non contenti, die in prefixo sexaginta quatuor boves et equos ac viginti sex vasa vinum iobagionum ipsorum Ladislai et Pethew de ipsa Keztel depelissent et deduxissent, ex consensu ac voluntate ac permissione eorumdem Georgii et Stephani ac Emerici et Johannis filiorum Nicolai filii voivode dominorum ipsorum; insuper hostia claustri ecclesie beate Marie virginis de ipsa Keztel confringendo, claustro de eodem unam crucem ac quamplurima ornamenta sacerdotalia ac res et bona ipsius claustri deportassent; preterea unum familiarem ipsorum Ladislaum de Vsa nomine, in dicta Keztel reperiendo, captivassent et captum deduxissent, tamdiu conservando, donec ipsorum placuisset voluntati, ac vestibus et armis spoliassent. His premissis non contenti, hostia ecclesie parochialis beati Martini confessoris confrigendo, duas calices et unum

librum manuale ecclesia de eadem excipiendo, simulcum bonis ipsius ecclesie deportassent; de his non contenti, ad domum ipsorum Ladislai et Pethew in eadem Keztel habitam veniendo, hostia domorum ipsorum confrangendo, omnia bona ipsorum domibus de eisdem levando deportassent, in qua ipsi populi duorum millium florenorum auri (damna) passi fuissent, in preiudicium ipsorum Ladislai et Pethew ac damnum ipsorum iobagionum valde magnum. Datum in Syd, feria tercia proxima post festum beati Bartholomei apostoli, anno domini M° CCCC° XL° quinto.

Hátlapján két pecsét maradványaival; eredetije Keszthelyen a gr. Festetics cs. ltárában. Zaladien. 126. Nagy Imre.

264. *Hunyadi János kormányzó a fehérvári káptalant kiküldi, hogy Gersei Pető Lászlót és Pétert Asztalnok-András-Uzsa és másik Uzsa nevű birtokokba és Töreken bizonyos birtokrészbe iktassa be. Temesvár, 1446. jul. 25.*

Johannes de Hwnyad regni Hungarie gubernator etc. honorabili ecclesie Albensi salutem et honorem. Dicitur nobis in personis magnificorum Ladislai et Petri aliter Pethew filiorum condam Johannis filii Pethew de Gerse, quomodo ipsi in dominium quarumdam possessionum Aztalnok-Andrasusa et alterius Vsa ac porcionis possessionarie in possessione Thewrek habite vocatarum, omnino in comitatu Zaladiensi existencium, ipsis omnis iuris titulo concernencium, legitime vellent introire; super quo honorabilitatem vestram requirimus, nihilominus vobis committimus, quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio fidedignum, quo presente Michael de Fenek aut Johannes Luca de Ollar vel Vincencius de Apathy sin Demetrius de Fenek seu Johannes de Peter aliis absentibus homo noster, ad facies prescriptarum possessionum Aztalnok-Andrasusa et alterius Vsa, nec non prescripte porcionis possessionarie in possessione Thewrek habite, vicinis et commetaneis earumdem universis inibi legitime convocatis et presentibus accedendo, introducat memoratos Ladislaum et Petrum aliter Pethew filios condam Johannis filii Pethew in dominium earumdem, statuatque easdem eisdem pre-

misso iure ipsis incumbenti perpetuo possidendas si non fuerit contradictum, contradictores vero si qui fuerint, evocet ipsos contra antelatos Ladislaum et Petrum filios Pethew palatinalem in presenciam, ad terminum competentem, racionem contradiccionis eorum reddituros; et post hec huiusmodi introduccionis et statucionis seriem cum contradictorum et evocatorum si qui fuerint, vicinorumque et commetaneorum, qui premisse statucioni intererunt nominibus, ac termino assignato, eidem domino palatino suo modo rescribatis. Datum in Themeswar, in festo beati Jacobi apostoli, anno domini Millesimo quadringentesimo quadragesimo sexto.

Zárlatán vörös viaszba nyomott pecsét maradványaival; eredetije Keszthelyen a gr. Festetics cs. ltárában. Zaladien. 133. Nagy Imre.

265. *Kanizsai László fiai László és Miklós egy részről, más részről Kanizsai János fia Imre, azért hogy Kanizsai László fiai bizonyos közös ezüstneműekért Kanizsai Imrének hétszáz forinttal adósai maradtak és hogy Kanizsai Imre kanizsai várnagya Terjék László Kanizsa vár megvédésére saját pénzéből négyszázharmincz forintot fordított és neki ezért biztosításul Kanizsai László fiainak egy bibliája adalott, a mindezekért elzálogosított Kisasszond, Gelse, Sziget és Kehida nevű birtokoknak közösen való visszaváltására magukat kötelezik. Kanizsa. 1446. aug. 1.*

Nos Emericus filius Johannis de Kanisa et Ladislaus filius Ladislai de eadem Kanisa, significamus per presentes quibus expedit universis, quod quamvis a multis retroactis temporibus inter nos et patres nostros super rebus nostris in domo tavernicali nostra existentibus, diversisque aliis factis et debitis, necnon racione impignoracionis possessionum Kysazond, Gelse, Zygeth et Kethyda vocatarum, per nos quodammodo factis, contenciones diverse inter nos mote et suscitate extitissent, tamen componentibus magnifico Johanne de Zeecz ac religioso viro domino fratre Stephano abbate de Kapornok, aliisque nonnullis probis et nobilibus viris per partes electis, ad talem pacis devenimus unionem: quod quia alias pater noster videlicet Nicolai et Ladislai, quedam clenodia argenteria de dicta domo tavernicali condam Johannis, patris scilicet nostri Emerici, iuxta suam voluntatem excepisset, pro quibus nos videlicet Nicolaus et

Ladislaus porciones nostras in prefatis possessionibus Gelse et Zygeth vocatis habitas eidem Emerico pro septingentis florenis auri, pignori, usque ad tempus redemcionis obligaramus, his insuper disturbiorum temporibus pro conservacione et speciali tuicione castri nostri Kanisa facta raciocinacione per Ladislaum Thewrek castellanum dicti castri Kanisa, fratris nostri scilicet Emerici, invenimus ipsum Ladislaum de propriis suis sumtibus quadringentos et triginta tres florenos auri exposuisse, pro quibus Oswaldus castellanus noster scilicet Nicolai et Ladislai, ac alii nostri familiares notabiles, protunc in conservacione eiusdem castri existentes, quendam librum nostrum biblie, videlicet Nicolai et Ladislai, propter maiorem rei evidenciam pro premissis quadringentis et triginta tribus florenis, ad manus prefati Ladislai Thewrek castellani dedissent et assignassent; pro quarum quidem pecuniarum quantitate, fidelitatibusque et fidelium obsequiorum meritis gratuitis, sangvinumque effusionibus prefati Ladislai, interfeccionibusque nonnullorum familiarium eiusdem, quas et que in conservacione dicti castri perpessus extitisset, nos Emericus quasdam possessiones nostras et fratrum nostrorum, videlicet Paath et Warazlo vocatas in comitatu Simigiensi existentes, cum iuribus nostris communiter concernentibus, eidem Ladislao perpetuo duxeramus conferendas; et quia nos iuxta disposicionem prefatorum magnifici Johannis de Zeecz et dicti domini abbatis, ceterorumque supradictorum, dictos septingentos florenos reliquosque quadringentos et triginta tres florenos eisdem Nicolao et Ladislao . . . . . prefato Ladislao castellano indulsimus et relaxavimus, prefatumque lib(rum biblie) manibus dicti Ladislai de Kanisa assignavit eo facto; nos vero Ladislaus in nostra et fratris nostri personis, dictam collacionem prefati Emerici . . . . . benivolum consensum prebemus et assensum; insuper his impacatis temporibus prefatas possessiones Gelse, Zygeth, Kisazondh et Kethida . . . . . cione communis cause aliisque nostris necessitatibus communiter nos concernentibus e . . tatis, nos Emericus causa pignoris obligaramus; ob hoc tempore opportuno . . . . . fratres nostri videlicet Nico-

laus et Ladislaus, a modernis possessoribus quibus impignoraveramus, communiter redimere debeamus et ad hoc adstricti simus; preterea super universis damnis, rerum et bonorum ablacionibus, nocumentis et iniuriis, qualitercunque quibusque modis et viis hucusque hactenusque exortis et suscitatis, se se mutuo reddidimus et commisimus quitos expeditos ac modis omnibus absolutos; volumus insuper, ut omnia prescripta et premissorum singula, nos Emericus, Nicolaus et Ladislaus de Kanisa usque festum Natalis Christi proxime venturum, in loco conventuali aut capitulari, seu alias ubi decens et opportunum fuerit, personaliter accedere, ibique roborare, eaque effectui mancipare debeamus et teneamur. Nos autem Johannes de Zeecz in persona Ladislai de Kanisa propter carenciam sigilli eiusdem, sigillum nostrum quo utimur, ac ipsius dicti domini Stephani abbatis sigillum, penes sigillum prefati Emerici fratris nostri duximus apponendum. Datum in Kanisa, in festo ad vincula sancti Petri, anno domini Millesimo quadringentesimo quadragesimo sexto.

Kissé rongált állapotban; alúl zöld viaszba nyomott három gyűrüs pecsét maradványaival; eredetije az Orsz. Ltárban. N. R. A. 1553. 2. dipl. oszt. 13945. Nagy Gyula.

266. *A vármegye alispánjai és szolgabírái előtt Csabi Vincze, Galsa nevű birtokban a maga részét Hosszútóti Ambrusnak zálogba adja. Rendek, 1447. apr. 21.*

Nos Michael de Hashagh et Nicolaus de Synye vicecomites et iudices nobilium comitatus Zaladiensis memorie commendamus, quod Vinche filius Laurencii filii Fevrch de Chaab personaliter coram nobis constitutus, dixit retulit ac vive vocis oraculo fassus extitit in hunc modum, ut ipse pro sublevandis certis ipsorum defectibus eis *(igy)* ingruentibus totalem porcionem suam possessionariam in possessione Galsa vocata habitam, cum omnibus suis utilitatibus et pertinenciis, videlicet molendinis ac aliis suis utilitatibus et pertinenciis ad eandem porcionem spectare debentibus, egregio Ambrosio de Huzytoth pro decem florenis puri auri impignorasset imo impignoravit coram nobis, tali modo, ut

quandocunque prefatus Vinche dictam porcionem suam possessionariam a prefato egregio Ambrosio pro dicta summa quantitatis pecunie redimere possit, redimendi habeat facultatem, assummens nihilominus idem Vinche eundem Ambrosium in dominio totalis porcionis sue possessionarie in dicta Galsa habite contra quoslibet impetitores ab omnibus impetitoribus defensando conservare laboribus suis propriis et expensis, ubi si idem in dominio prescripte porcionis conservare non posset aut non valeret, extunc in dominio tante porcionis possessionarie in possessione sua Rednek vocata conservare deberet et teneretur; ad quod se spontanea obligavit voluntate testimonio presencium mediante. Datum in Rednek, feria sexta proxima ante festum beati Georgii martyris, anno domini M° CCCC° XL° septimo.

Hátlapján két ép pecséttel; eredetije a hg. Batthyány cs. ltárában Körmenden. Nagy Imre.

267. *A vármegye alispánjai és szolgabírái a Hahóthi Boldizsár által Peleskei Eördög Miklós nejének Bak nevű birtokán elkövetett hatalmaskodás felett ítélnek. Kapornak, 1447. jun. 1.*

Nos Gallus de Vys ac Egidius Zekel de Zenthgrachyan vicecomites et iudices nobilium comitatus Zaladiensis memorie commendamus, quod nobis feria quinta proxima post festum Penthecostes proxime preteritum unacum nobilibus provincie in figura nostri iudicii pro faciendo moderativo iudicio sedentibus, causasque cunctorum coram nobis litigancium iusto iuris tramite discernentibus, Georgius literatus filius Nicolai de Hethes pro egregia domina Katherina vocata consorte Nicolai Erdeugh de Peleske cum procuratoriis literis conventus ecclesie de Kapornak legitima citacionis forma observata ac iuxta continencias literarum nostrarum inquisitoriarum et citatoriarum necnon prorogatoriarum, contra Balthasar filium Ladislai de Haholth proposuit eo modo, quod cum temporibus preteritis, quidam Thomas dictus Herman protunc iobagio dicti Balthasar filius *(így)* Ladislai de Haholth predicta in possessione Seyther residens, habita licencia iustoque terragio deposito aliisque suis debitis penitus persolutis iuxta regni consvetudinem ad possessionem

dicte exponentis Baak vocatam se recepisset moraturum, tunc prefatus Balthasar de dicta Haholth cum suis complicibus ad cellarium eiusdem Thome Herman in sua vinea habitum irruendo, abindeque confractis ianuis dicti cellarii unum vas vini Pauli dicti Bornok iobagionis dicte exponentis ab eodem Thoma Herman octo florenis auri emtum et plene persolutum extrahi et alia bona ipsius Thome Herman deportari et quo sue placuisset voluntati fecisset potencia mediante, in preiudicium dicte exponentis et damnum valde magnum. Et quia prefatus Balthasar ad premissa peremtorie responsurus et racionem premissorum redditurus nostram in presenciam non venit neque misit nec prefatum iobagionem ad peticionem nostri hominis ad possessionem ipsius actricis Baak vocatam predicta transmittere recusasset neque predictum vinum predicti Pauli Bornok restituisset, unde nos premissis perceptis, premissam causam iudicantes commisimus eo modo, quod quia premissa facta potenciaria de novo patrata iuxta generale novum decretum simpliciter non debeant pertransire, ut et alii ab eo exemplati a talibus studeant se precavere, de sano consilio universitatis nobilium protunc nobiscum in sede nostra iudicaria sedencium nobis auctoritate data, ut prefatum iobagionem dicte actricis per prefatum Balthasar cum gravaminibus consvetis inremissibiliter exigendis cum omnibus suis rebus et bonis levando liberare et ad predictam possessionem Baak transducere deberemus moraturum, de factis autem potenciariis per ipsum Balthasar patratis omnimodam impendere deberemus satisfaccionem. Datum in Kapornak, feria quinta ante dicta, anno domini Millesimo quadringentesimo quadragesimo septimo.

Hátlapján két pecséttel; eredetije a Kisfaludy cs. ltárában. Véghely D.

268. *A fehérvári convent bizonyságlevele, hogy a veszprémi káptalan egy örményesi jobbágytelket László tihanyi apátnak és a conventnek egy arácsi jobbágytelekért cserébe adott. 1448. febr. 19.*

Capitulum ecclesie Albensis, omnibus Christi fidelibus, presentem paginam inspecturis, salutem in salutis largitore.

Ad universorum noticiam harum serie volumus pervenire, quod venerabilibus dominis Petro Simigiensi, necnon Nicolao Segwsdiensi archidiaconis, Blasio preposito Wrsiensi, necnon magistro Johanne de Waraslo decano atque canonicis ecclesie Wesprimiensis, cum procuratoriis literis capituli eiusdem ecclesie, in personis dominorum de eodem capitulo ab una, parte vero ex altera religioso domino fratre Ladislao abbate monasterii Thykoniensis, ipso domino Ladislao abbate onera conventus eiusdem sui monasterii super se assummendo, coram nobis personaliter costitutis, per eosdem confessum extitit in hunc modum, ut ipsi pro utilitate et commodo ampliori ecclesiarum predictarum cum duabus earumdem ecclesiarum sessionibus infra declarandis, subscriptam fecissent permutacionem concambialem perpetuo duraturam, ut iidem domini de prefato capitulo ecclesie Wesprimiensis, quandam unam sessionem predicte ecclesie eorum iobagionalem in possessione Ewrmenes vocata in comitatu Zaladiensi existenti habitam, in qua nunc Mauricius dictus Nonay resideret, inter alias sessiones eiusdem ecclesie beati Aniani sitam, eidem monasterio beati Aniani, e converso vero idem dominus frater Ladislaus abbas sua et dicti sui conventus personis quandam unam sessionem predicti sui monasterii sancti Aniani in porcione sua possessionaria in possessione Arach similiter in predicto comitatu Zaladiensi habitam, cui tam ab orientali, meridionali et occidentali quam aquilonari partibus vie publice vicinarentur, cum additamento unius iugeris terre arabilis in loco Inola appellato, intra metas iamfate possessionis Arach existentem, cui a partibus orientali terre arabiles nobilis domine consortis Stephani de Koromla, filie scilicet condam Benedicti de Ayka, meridionali autem, occidentali et aquilonari similiter terre arabiles prefati monasterii vicinaliter adiacerent, pretacte ecclesie Wesprimiensi et consequenter dominis supra nominatis mutua vicissitudine dedissent, tradidissent et perpetuo ascripsissent, imo deberunt et ascripserunt coram nobis, testimonio presencium mediante, per ipsas ambas partes et eorum successores universos iure perpetuo et irrevocabiliter possidendas, tenendas, pariter et

habendas; assumendo nihilominus eedem partes sese mutuo et alternatim in dominio earumdem sessionum contra quosvis illegittimos impetitores defensando conservare eorum laboribus et expensis. Et si qua parcium predictarum, in dominio talis sessionis, alteram partem conservare nollet aut non posset, extunc talis pars vigore presencium in dominio ipsius sessionis non remanens, iterum in dominium sue sessionis condescendere valeat atque possit. Datum per manus venerabilis domini Benedicti de Boroh lectoris ecclesie nostre pretacte ac socii et concanonici nostri, feria secunda proxima post dominicam Reminiscere, anno domini Millesimo quadringentesimo quatragesimo octavo; venerabili ac honorabilibus dominis Nicolai Bodo dicto preposito, domino et prelato nostro, Emerico de Sirimio cantore, Marco custode, Benedicto de Ethwes, altero Benedicto de Soklos decanis ecclesie nostre pretacte existentibus.

Hártyán, függő pecséttel; eredetije a veszprémi kápt. ltárában. Caps. II. «Arács» csomag. Véghely D.

269. *Az alispán és szolgabírák bizonyságlevele, hogy azon perben mely Gersei László és Pető s Silvester városlódi prior közt Tapolcza mezőváros dolgában folyt, Hunyadi János kormányzó halasztó parancsára Silvester prior azt felelte, hogy ő ezzel nem törődik. Rendek, 1448. apr. 26.*

Nos Dionisius de Kylid et Gregorius de Bela vicecomites magnificorum Johannis de Zeech et alterius Johannis de Rozgon comitum comitatus Zaladiensis et iudices nobilium eiusdem comitatus, damus pro memoria per presentes, quod Valentinus filius Jacobi de Farkasfolwa in persona egregiorum Ladislai et Pethew filiorum Johannis filii Pethew de Gerse, per modum protestacionis nobis significare curavit, quomodo ipsi Ladislaus et Pethew quasdam literas preceptorias magnifici Johannis de Hwnyad regni Hungarie gubernatoris et per Johannem filium Andree de Vsa pro religoso viro fratre Silvestri priori de Leweld direxisset eidem domino priori in eo loquentes, ut ipsi causam eorum inter ipsum ab una, parte vero ab alia inter Ladislaum et Pethew de Gerse coram vicario ecclesie Strigoniensis super facto oppidi Tapolcza

motam et vertentem, statu in eodem, ad presentem congregacionem generalem universorum prelatorum et baronum ac procerum regni Hungarie prorogaret, et in eisdem literis inscriptum fuisset, quod idem dominus prior easdem literas post earum lecturam exhibenti restitueret; tamen idem dominus prior easdem literas eidem Johanni filio Andree minime reddere curasset, et quod alias literas prefati domini gubernatoris per dictum Valentinum filium Jacobi de Farkasfalua eidem domino priori similiter in eo loquentes, ut idem dominus prior eandem causam eorum unacum egregiis Ladislao et Pethew coram dicto vicario ecclesie Strigoniensis habere dinosceretur, statu in eodem ad ipsam generalem congregacionem ipsorum prelatorum et baronum Bude factam prorogaret, tamen in eo dominus prior nullam relacionem eidem homini eorum facere procurasset, nisi hoc allegasset, quod ipse cum literis domini gubernatoris non curaret, et in suo processu litis pertransiret. Unde nos super ipsa protestacione literas nostras eidem Ladislao et Pethew duximus concedendas, nec eciam dictas literas . . . . . domini gubernatoris reddere non curasset testimonio presencium mediante. Datum in Rendek, feria sexta proxima post festum beati Georgii martyris, anno domini M° CCCC° XL° octavo.

Hátlapján három pecsét maradványaival; eredetije Keszthelyen a gr. Festetics cs. ltárában. Misc. 509. Nagy Imre.

270. *Szécsi Dénes esztergomi érseknek közjegyzőileg hitelesített oklevele, mely szerint Silvester városlődi prior s Gersei László és Pető, Tapolcza mezőváros elpusztítása és ott a Mária egyházából épült erősség lerombolása dolgában kibékülnek. A pesti országgyűlésen, 1448. máj. 20.*

Nos Dionisius miseracione divina sacrosancte Romane ecclesie tituli Ciriaci in thermis presbiter cardinalis, archiepiscopus Strigoniensis, locique eiusdem comes perpetuus, primas et apostolice sedis legatus natus, memorie commendamus tenore presencium significantes, quibus expedit universis, quod religiosus frater Silvester prior ordinis fratrum cartusiensium de Leveld cum procuratoriis literis conventus

ipsius sui ordinis cartusiensis ab una, ac magnifici domini Ladislaus et Pethew de Gerse pridem comites Zaladienses ex altera partibus coram nobis ac notario et testibus infrascriptis personaliter constituti, dixerunt retulerunt et confessi extiterunt in hunc modum, quod (qua)mvis causa inter fratrem Silvestrum priorem de dicta Leueld conventumque et dominos Ladislaum et Pethew de pretacta Gerse (in), de et super facto demolicionis et destruccionis fortalicii ex ecclesia beate Marie virginis (erecti, atque) invasionis depredacionis ipsius oppidi Tapolcza nec non nonnullarum in . . . . . cionis quoque rerum et bonorum in alter utrum mutuo alternatim usque ad hodierna tempora undecunque et qualitercunque . . . . . et diu partes inter easdem in sede nostri vicariatus Strigoniensis ventillata fuerit, tamen ipsi . . . . . sanioris consilii freti volentes eciam decreto regnicolarum, in quo contineret, talismodi iniurias et preiudicia, presertim (in) ipsis guerrarum temporibus patratas simpliciter et de plano fore condescensas, se conformamare, amplioribus laboribus fa . . . . . expensis et sumptibus in eadem causa fiendis locum dare nolentes, sed omni amicicia sibi invicem complacere, (non) coacti, non compulsi, neque per aliquem errorem ad illicitam paccionem circumventi, sed sponte pure et simpliciter (omni) liti accioni et cause atque sumtui usque hodie inter eosdem mutuo factis et quomodolibet in futurum exinde fiendis cesserunt et renunciarunt. Quodque omnes litere, lites, questiones, rancores et controversie inter eosdem pretextu premissorum mote suscitate habite et exorte sint et esse debeant, nulle sopite cassate et annullate, quas coram nobis sopierunt, annullarunt et pro nullis esse dixerunt. Preterea quod nulla parcium predictarum ab alia unquam et nullo tempore in antea et deinceps repetet seu repetere possit atque velit quascunque expensas, labores, fatigas, sumtus, damna, preiudicia et interesse, que per ipsas aut aliquam earum hinc inde in huiusmodi cause deduccione facte sunt, sed de plano inter se mutuo relaxarunt et in alterutrum defalcarunt, imo super cunctis iniuriis invasionibus damnificacionibus et preiudiciis inter se sicut pretulimus, vicissim usque in presenciarum

patratis et irrogatis, prefatus dominus Silvester prior sua, et conventus sui ordinis nominibus et personis, prescriptos dominos Ladislaum et Pethew ac familiares et iobagiones eorum tunc temporis secum existentes, ipsique Ladislaus et Pethew antedictos Silvestrum priorem et totum conventum dicti ordinis quittos expeditos et absolutos reddiderunt et commiserunt nostri in presencia. Ad que premissa et quevis premissorum singula firmiter et inviolabiliter observanda partes prescripte se sponte obligarunt coram nobis ac notario et testibus subscriptis. In quorum omnium et singulorum fidem et testimonium premissorum presentes literas nostras per Jacobum de valle sancti Georgii notarium et scribam nostrum publicum infrascriptum publicare mandavimus, nostrique sigilli annullaris iussimus appensione muniri. Datum in Pesth, in generali regnicolarum convencione, anno domini M° CCCC° XL° octavo, indiccione undecima, die vicesima mensis May, hora nonarum vel quasi, pontificatus autem sanctissimi in Christo patris et domini Nicolai divina providencia pape quinti, anno eius primo, presentibus ibidem reverendo patre domino Gregorio episcopo Milkoviensi . . . . . ma armeno licanciato in decretis, preposito ecclesie beati Georgii martyris de viridi campo Strigoniensi, Johanne Fodo . . . et Petro de Jenew canonicis ecclesie Strigoniensis, item magnificis dominis Johanne Nicolao et Thoma . . . . . comitatuum Zaladiensis Castriferrei et Komaromiensis comitibus, aliisque quampluribus testibus . . . . . Et ego Jacobus Valentini de valle sancti Georgii clericus Zagrabiensis diocesis publicus sacra apostolica auctoritate notarius, quia premissarum litium, accionum, causarum et sumtuum renunciacioni et cessioni damnorum iniuriarum et preiudiciorum relaxacionem, parciumque predictarum alterne et mutue quietacionem, absolucionem et expedicionem, aliisque omnibus et singulis premissis dum sic ut premittitur coram eodem archiepiscopo fierent et agerentur, unacum prenominatis testibus presens interfui, eaque omnia sic fieri vidi et audivi ac in nota recepi, ideoque de manifesto eiusdem domini archiepiscopi hoc presens publicum instrumentum, me aliis occupato negociis, per

alium fideliter conscriptis exinde confeci et in hanc publicam formam redegi, signoque et nomine meis solitis et consvetis unacum appensione sigilli annullaris dicti domini archiepiscopi consignavi et roboravi, in fidem testimonium omnium singulorum premissorum rogatus et requisitus.

Kivül: Suplicatur pro stuba de Marmankw, que fuerat Georgio de Terebecz (egykorú írás).

Hártyán, belől a szokásos notariusi siglával; eredetije Keszthelyen a gr. Festetics. cs. ltárában. Zaladien. 138. Nagy Imre.

271. *Az alispánok és szolgabírák Hunyadi János kormányzó megkeresésére bizonyítják, hogy Nádasdi Darabos Jakab, László és Márk, valamint ezek osztályos rokona Molnári Domokos, Szabar nevű birtokban országos és heti vásártartási joggal s egyszersmind pallosjoggal is bírtak. Kapornak, 1448. jul. 4.*

Nos Georgius de Kawas ac Stephanus Bothka de Zeplak vicecomites et iudices nobilium comitatus Zaladiensis memorie commendamus, quod nobis feria quinta proxima post festum nativitatis beati Johannis Baptiste proxime preteritum, unacum nobilibus provincie in figura nostri iudicii pro faciendo moderativo iudicio sedentibus causasque cunctorum coram nobis litigancium iusto iuris tramite discernentibus, Jacobus dictus Darabus de Nadasd in sua, item in personis Ladislai et Marci carnalium, necnon nobilis domine Ilko vocate consorti *(így)* et Dominici de Molnar condivisionalis fratrum suorum in nostram veniendo presenciam, exhibuit nobis quasdam literas domini Johannis de Hwnyad regni Hungarie gubernatoris, hunc tenorem continentes: Johannes de Hwnyad regni Hungarie gubernator etc. nobilibus viris comiti vel vicecomiti et iudicibus nobilium comitatus Zaladiensis salutem cum favore. Dicunt nobis Ladislaus et Jacobus Darabus dicti de Nadasd in sua ac Marci carnalis necnon nobilis domine Ilko consortis dicti Jacobi et Dominici de Molnar condivisionalis fratrum suorum in personis, quomodo ipsi in possessione ipsorum Zabar vocata alias forum annuale liberum singulis festivitatibus primo Kathedre sancti Petri, secundo vero beati Johannis evangeliste et ter-

cio beati Demetrii martyris, item forum ebdomadale in omnibus feriis secundis in omni ebdomada ab antiquo celebrari consvetum habuissent; preterea in eadem possessione Zabar et suis tenutis ipsi malos et nocivos homines viam iustorum precludencium suspendendi, tormentandi, cinerendi omnimodam habuissent potestatis facultatem, et in preteritis eis turbiorum temporibus abolita fuissent; super quo vestras nobilitates presentibus requirimus et (h)ortamur, quatenus receptis presentibus, vicinis et commetaneis nobilibusque comprovincialibus dicti comitatus et aliis quibus decet et licet, ad fidem eorum deo debitam experiri debeatis; qui si ex huiusmodi veridicis attestacionibus dictorum vicinorum et commetaneorum et nobilium comprovincialium, premissa sic uti nobis relata sunt fore comperieritis, extunc dicta fora annualia et (h)ebdomadalia celebrari et in singulis libertatibus quibus alias usi fuissent, eosdem exponentes uti frui et gaudere permittatis, aliud in premissis non facturi; presentibus perlectis exhibenti restitutis. Datum in Zakch, feria quinta proxima ante festum beati Georgii martyris, anno domini Millesimo quadringentesimo quadragesimo octavo. Unde nos mandatis et peticionibus prefati domini Johannis de Hwnyad regni Hungarie gubernatoris in omnibus fideliter obedire cupientes, ut tenemur, Dionisium filium Nicolai de Donathfalva unum ex nobis iudicem nobilium ad premissa rescienda nostro pro testimonio duxissemus destinandum; qui tandem exinde ad nos reversus nobis retulit isto modo, quod ipse die dominico proximo post festum beati Ladislai regis proxime preteritum, ad prefatam possessionem Zabar accedendo, ibique universos vicinos et commetaneos eiusdem possessionis Zabar et suarum pertinenciarum, necnon quamplures nobiles comprovinciales dicti comitatus Zaladiensis invicem congregando, eosdemque ad fidem eorum deo debitam, ad premissa requisitos habuisset, qui quidem vicini et commetanei dicte possessionis Zabar et suarum pertinenciarum ac nobiles comprovinciales dicti comitatus Zaladiensis ad fidem eorum deo debitam fidelitatemque sacre regni Hungarie corone observandam de premissis taliter attestati fuissent prout per prefatos exponentes prefato

domino gubernatori dicta querimonia porrecta et prolata fuissent, (omnino) sic et suomodo acta facta et prolata fuissent et extitissent, et quemadmodum tenor literarum predicti domini gubernatoris contineret predictarum. Datum in Kapornak, feria quinta proxima post festum visitacionis virginis Marie, anno domini supradicto.

Hátlapján három gyűrűs pecséttel; eredetije a lukafalvi Zarka cs. ltárából a N. Muzeumban. Nagy Imre.

272. *A vármegye közönségének jelentése Hunyadi János kormányzóhoz, melyben őt a vármegye fölkéri, hogy azért a több rendbeli hatalmaskodásért, melyet Csapi Máté s András szentgyörgyi várnagy és társai Marczali Györgynek és Istvánnak Mánd, Szentgyörgy, Bethefalva és Égenfölde nevű birtokain lakó jobbágyaival Keszthely mezővárosában és Tomaj s Rezi nevű birtokokon elkövetettek, a Gersei Petőknek igazságot szolgáltasson. Rendek, 1448. sept. 6.*

Magnifice vir domine noster graciose. Vestre magnificencie patefacimus per tenorem *(így)*, quomodo Benedictus filius Ladislai de Nyczk et Ladislaus filius Valentini de Vsa familiares egregiorum Ladislai et Pethw filiorum condam Johannis filii Pethw de Gerse in persona eorumdem Ladislai et Pethw ad nostram iudiciariam veniendo presenciam, nobis in persona eorumdem dominorum ipsorum significare curaverunt querulose, quomodo Matheus de Chapy unacum suis familiaribus et complicibus, ex consensu et voluntate Andree de eadem Chapy castellani de Zenthgyergh, nec non Valentini filii Petri de Begethe et familiaris eiusdem Valentini, signanter vero universis populis et iobagionibus magnificorum Georgii et Stephani filiorum condam bani de Marczaly in possessionibus Mand, Zenthgyergh, Bethefalwa et Hegenfelde commorantibus, feria sexta proxima ante festum beati Bartholomei apostoli proxime preteritum, ad oppidum Kezthel irruendo, ad curiam et domus prefatorum Ladislai et Pethw, ibique res et bona eorumdem in domibus reperta et inventa aufferendo deportassent; tandem eo non contenti, ad possessionem Thomay et abhinc ad campum Rezy veniendo, universos pecudes et pecora tam ipsorum Ladislai et Pethw quam eciam iobagionum eorumdem in dictis pos-

sessionibus commorantes, in toto quatuor centos boves, centum et septuaginta equos equaciales ac tricentos vaccas ac bidennes*) aufferendo deportassent, et ad castellum Churgo**) deduxissent et quo eorum placuisset voluntati fecissent ac providas mulieres pectoribus equorum trucidassent et universas res et bona iobagionum eorumdem apud ipsos reperta et inventa penitus abstulissent et quo voluissent fecissent potencia eorum mediante in preiudicium et damnum ipsorum Ladislai et Pethw valde magnum. Presentes nos idem Benedictus et Ladislaus in persona prefatorum dominorum ipsorum qualem de premissis scieremus attestaremur veritatem. Nos igitur ad fidem nostram deo debitam fidelitatemque domino nostro regi et sue sacre regie corone observandam attestamur universaliter, quod omnia premissa et quevis premissorum singula per prefatum Matheum de Chapy ex consensu et voluntate annotatorum Andree et Valentini de dicta Begethe et suorum familiarium fuisset factum manifeste super iamfatos Ladislaum et Pethw prout per omnia ut prefertur per nos attestatur. Super quo vestram magificenciam rogamus, quatenus huiusmodi actus potenciarios per prefatos Matheum Andream et Valentinum ac prefatorum iobagionum antedictorum Stephani et Georgii super prefatos egregios Ladislaum et Pethw facta et irrogata, simpliciter et surda aure pertransire non velitis ob respectu dei omnipotentis et intuitu vestri servicii, iuxta formam generalis novi decreti pridem in Pesth per vos stabiliti. Datum in Rednek, feria sexta proxima ante festum virginis gloriose, anno domini Millesimo quadringentesimo quadragesimo octavo.

Hec universitas nobilium comitatus Zaladiensis circa sedem Rednek pertinens fideles vestri.

Kivül: Magnifico viro Johanni de Hwnyad regni Hungarie gubernatori domino eorum honorando.

Zárlatán négy pecséttel; eredetije Keszthelyen a gr. Feste-

*) Máshol így «bidentes».

**) Máshol így «ad castrum vestrum Chorgo».

tics cs. ltárában, Zaladiensis 140. Ugyanott megvan az országos tanácshoz intézett egészen hasonló tartalmú levél is, 139. *b.* Somogy vármegye közönsége is hasonló levelet intézett Hunyady János kormányzóhoz «Somoghvar in loco sedis nostre iudiciarie feria 2*a* post festum Nativitatis virginis.» U. o. 131. Mely napon kelt az oklevél, biztosan meg nem határozható; l. erre nézve Knauz Kortan 214. 215. l. Somogy vármegye közönségének levele nyomán azonban a september havi Mária napja vehető alapul. Nagy Imre.

273. *A kapornaki convent Hunyadi János kormanyzónak jelenti, hogy a midőn a zalavári apátságot Pál argentinai püspök és a glogonczai prépostság kormányzója részére visszafoglalni akarták, Marczali Bánfi György saját és rokonai nevében azzal, hogy azt nyakaszakadtáig át nem adja, ellenállott. 1448. sept. 30.*

Magnifico Johanni de Hwnyad regni Hungarie gubernatori domino et amico ipsorum honorando conventus ecclesie Sancti Salvatoris de Kapornak amiciciam paratam cum honore. Vestra noverit magnificencia, quod cum nos honore quo decuit receptis literis vestris preceptoriis super facto restatucionis abbacie ecclesie Zaladiensis, coram nostro testimonio fieri debende, egregio Johanni literato de Themeskwz vicegubernatori vestro per vos in regno Sclavonie constituto loquentibus, pro parte reverendi in Christo patris domini Pauli episcopi Argentinensis gubernatorisque prepositure de Golgoncza (contra) religiosum dominum fratrem Johannem alias abbatem de Iwrln *(így)* necnon magnificos Emericum et Johannem filios vaivode ac Georgium et Stephanum filios bani de Marczaly, emanatis iuxta earumdem continenciam unacum Ladislao de Themeskwz homine predicti vestri vicegubernatoris per ipsum vicegubernatorem vestrum ad contenta predictarum literarum vestrarum peragenda specialiter transmisso, nostrum hominem videlicet fratrem Thomam sacerdotem unum ex nobis nosro pro testimonio duxissemus destinandum, qui tandem ad nos reversi nobis concorditer retulerunt, quod ipsi primo feria sexta in festo videlicet beatorum Cosme et Damiani martyrum proxime preterito, ad possessionem Rada vocatam, consenquenterque domum et curiam abbatis dicte abbacie Zaladiensis ibidem habitam accessissent, et ibidem die et noctu extitis-

sent; tandemque sabbato sequenti, dum ipsi monasterium dicte abbacie Zaladiensis intrare, et eandem abbaciam cum omnibus suis iuribus et pertinenciis iuxta contenta quarumdam literarum attestacionalium comitum vel vicecomitum et iudicum nobilium comitatus Zaladiensis alias pro parte dicti domini Pauli episcopi emanatarum, eidem domino Paulo episcopo restatuere voluissent, tunc homines et familiares predictorum dominorum de Marczaly manibus armatis et potenciariis ipsis resistendo, premissam restatucionem ipsi domino Paulo episcopo fieri debendam exequi et effectui mancipare non permisissent, ipsos abinde per emissiones sagittarum affugando; et his sic habitis eodem die possessionem Hegenfelde vocatam intrassent, ubi prefatum Georgium filium bani personaliter reperissent, cui omnia premissa suomodo recitassent, ipseque Georgius filius bani perceptis premissis, ipsius scilicet vicegubernatoris et nostro hominibus taliter respondissent, quod predicti fratres sui in presenti exercitu huius regni forent constituti, ipse autem ad resignacionem prescripte abbacie per eosdem fratres suos non esset electus et commissus, ideo ipse ipsam abbaciam in absencia dictorum (fratrum) suorum remittere et resignare (no)llet, nam idem fratres sui dum de predicto exercitu ad propria reverter . . . in facto prescripte abbacie quid ipsis videretur facere . . . . . gerent. Ad u(ltimum) autem idem Georgius filius bani inter alia intencionem sue voluntatis taliter determinasset et sic h(abui)sset dicere, quod ipse prescriptam abbaciam Zaladiensem usque abcisionem sue guttoris remittere et resignare nollet; ipsius itaque vicegubernatoris et noster homines his perceptis, abinde rursus et iterato prefatam possessionem Rada intrassent, ubi duobus diebus et duobus noctibus permansissent, et tandem tercio die superveniente homines el familiares predictorum dominorum de Marczaly, equites scilicet et pedestres manibus armatis et potenciariis hostiliter super eos irruentes eosdem abinde affugassent et expulissent, mandatum et contenta predictarum literarum vestre magnitudinis ipsis exequi non permisissent. Cuius seriem vestre magnificencie duximus rescribendam. Datum quarto die termini pre-

notati, anno domini Millesimo quadringentesimo quadragesimo octavo.

Hátlapján pecsét maradványaival; eredetije a zalavári apátság házi ltárában. Loculus 3. Nr. 4. Nagy Imre.

274. *Hédervári László levele Rozgonyi György pozsonyi főispánhoz, a hegyesdi vár átadása dolgában. Eger, 1449. aug. 28.*

Magnifice domine et frater noster honorande!

In memoriam eiusdem vestre fraternitatis presentibus reducimus, ut quando Nicolaus de Wsa castellanus castri vestri Hegesd ad vos hominem suum, in eo, ut ipsum castrum vestrum his quibus committeretis redderet et resignaret, eidem vestre fraternitati tunc dicebamus, ut quamtocius possetis, ad occupandum ipsum castrum vestrum, homines vestros citissime transmitteretis; vos autem tamdiu hominem vestrum hic retardastis, quod interim bina vice litere domini gubernatoris ad ipsum Nicolaum portate fuerunt; et licet primitus id commiserit, ut ipsum castrum vestrum sub pena infidelitatis resignare deberet, prout iam de facto resignaverat, clavesque ipsius castri iam ipse Benedictus in suis habebat manibus; tamen supervenientibus aliis literis ipsius domini gubernatoris, vice versa ipse Nicolaus de Wsa claves dicti castri vestri a manibus dicti Benedicti abstulit et castrum reddere recusavit, quum ipse dominus gubernator iterum sub pena infidelitatis sibi commisit, ut ipsum castrum nullo modo usque adventum fratris nostri Sebastiani reddere audeat; et credimus, ut iam quitquam in facto ipsius castri laborabimus, nullius erit utilitatis, quia ipse litere dicti domini gubernatoris sibi in vicem contrariantur. Sepius enim hactenus per huiusmodi vestram moram et tarditatem scandalum passi sumus; nil enim iam in facto restitucionis ipsius castri usque adventum dicti fratris nostri efficere possumus; bonum est igitur, ut dispositis factis vestris, redeatis, habetis enim dante domino tanta bona, ut fratrem nostrum Paulum de Zeren honorifice poterimus expedire et ad propria remittere. Datum Agrie, in festo beati Augus-

tini episcopi et confessoris, anno domini etc. quadragesimo nono.

Ladislaus de Hedrewara
episcopus ecclesie Agriensis.

Kivül: Magnifico domino Georgio de Rozgon comiti Posoniensi fratri nostro charissimo.

Záró pecsét nyomaival; eredetije az Orsz. Ltárban. N. R. A. 1553. 36. dipl. oszt. 14291. Nagy Gyula.

275. *Pálóczi László országbíró a zalavári conventet kiküldi, hogy Mihályfalvai Don Györgyöt Pördefelde, Bolyoh, Márócz, Egyedlakos és Kozmaháza zálogos birtokokba iktassa be. Tormafölde, 1449. dec. 27.*

Amicis suis reverendis conventui ecclesie Zaladiensis comes Ladislaus de Palocz iudex curie regie, amiciciam paratam cum honore. Dicitur nobis in persona egregii Georgii Don de Myhalfalwa, quomodo ipse in dominium quarumdam possessionum Perdefelde, Bolyoh, Marocz, Egedlakws et Kozmahaza, vocatarum in comitatu Zaladiensi existencium habitarum, ipsum titulo pignoris concernencium, legitime vellet introire; super quo vestram amiciciam presentibus petimus diligenter, quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio fidedignum, quo presente Laurencius vel Johannes de Zamarfelde aut Benedictus Rumy de Igricy aliis absentibus homo regius, ad facies predictarum possessionum Perdefelde, Bolioh, Marotz, Egedlakws et Kozmahaza, vicinis et commetaneis earumdem inibi legitime convocatis et presentibus accedendo, introducat prefatum Georgium Don in dominium earumdem, statuatque easdem eidem cum cunctis earumdem utilitatibus et pertinenciis quibuslibet, premisso iure sibi incumbenti possidendas, si non fuerit contradictum, contradictores vero si qui fuerint, evocet eosdem contra annotatum Georgium de Don regiam in presenciam ad terminum competentem, racionem contradiccionis eorum reddituros; et post hec huiusmodi introduccionis et statucionis seriem, ut fuerit expediens, cum contradictorum et evocatorum, vicinorumque et commetaneorum, qui premisse statucioni intererunt nominibus, terminoque assignato, domino regi fideliter

rescribatis. Datum in Thormafelde, in festo beati Johannis apostoli et evangeliste, anno domini M° quadringentesimo quadragesimo nono.

A zalavári conventnek 1450-ben kelt jelentéséből, mely szerint a beiktatás minden ellenmondás nélkül megtörtént. A jelentés eredetije megvan az Ostffy cs. ltárában. Nagy Imre.

276. *Az alispán és szolgabírák Jári Baróth István özvegye részére Jári Baróth Balázst, Jalardot és Mártont birságolják. Reznek, 1450. mart. 6.*

Nos Petrus de Keweskal et Gothardus de Sitke vicecomites et iudices nobilium comitatus Zaladiensis damus pro memoria, quod cum secundum continenciam literarum nostrarum prorogatoriarum feria sexta proxima ante dominicam Oculi Michael filius Johannis de Resnek cum procuratoriis literis capituli Jauriensis in persona relicte Stephani dicti eciam Baroth de Jaar in figura nostri iudicii comparendo, contra Blasium Baroth de eadem Jaar, Jalard et Martinum respondere debuisset; unde ipso termino adveniente, prefato procuratore coram nobis legitime expectante, prefato Blasio Baroth et aliis supranominatis non venientibus neque mittentibus, pro eo eosdem in iudicio consveto contra prefatam dominam relictam Stephani Baroth commisimus fore convictos et aggravatos, si se racionabiliter non potuerint excusare. Datum in Resnek, die annotato, anno domini M° CCCC° quinquagesimo.

Három kisebb pecsét helyével; eredetije a Guary cs. ltárában. Közölve néhai Patr Iván másolatából. Győrmegyei másolatai közt l. Michael filius Nicolai dicti Baroth de Jaar.

277. *Az alispán és szolgabírák, a Gersei Petők Tátika és Rezi nevű váraihoz tartozó birtokokon Rozgonyi Rajnáld és János által szedett kamara haszna dolgában intézkednek. Rendek, 1450. aug. 21.*

Nos Gothardus filius Andree filii Ladislai de Vk vicecomes magnifici Johannis de Zech comitis Zaladiensis ac Paulus Abran dictus de Kezy et Benedictus filius Nicolai de Thoty iudices nobilium eiusdem comitatus Zaladiensis, me-

morie commendamus, quod nobis feria sexta proxima post festum beati Stephani regis proxime preteritum, unacum nobilibus huius comitatus de districtu sedis Rednek pro faciendo moderativo iudicio causantibus in sede nostra iudiciaria sedentibus, tunc familiaris egregiorum Ladislai et Pethew de Gerse in persona eorumdem ad nostram veniens presenciam, nobis et dictis nobilibus exposuit, quomodo ipsi scilicet Ladislaus et Pethew, universas et singulas ipsorum possessiones in pertinenciis castrorum Tadyka et Rezy pertinentes, iuxta disposicionem nonnullorum magnificorum et egregiorum virorum in lucrum camare regie maiestatis magnificis Renoldo et Johanni de Rozgon dicare permisissent, nunc homines ipsorum Renoldi et Johannis in ipsis diciis liberos ipsorum, videlicet qui victum et amictum de domibus dominorum ipsorum habuissent, dicassent et a dicatu non permisissent; et quia nos prefatum Paulum iudicem nobilium de medio nostri ad ipsam dicam transmisimus, requisitum habuimus in eo, utrum dictum lucrum camare videlicet magnificorum Johannis et Renoldi in presenti dice *(igy)* ex liberis dictorum Ladislai et Pethw iuxta alias *(igy)* consvetudinem regni miserint an ne, requisitum habuimus; qui quidem Paulus iudex ad nostram requisicionem taliter responsus extitit, quod ipsi dicatores in presenti dice ex liberis prefatorum Ladislai et Pethw aliquos remisissent et non tantos sed alias iuxta regni consvetudinem misissent, qui dicati pro tunc non extitissent; commisimus eciam ut de quarum *(igy)* possessionibus ipsorum Ladislai et Pethew prefatum lucrum camare villicus ipsius possessionis dicam non pluribus nisi per unam pintam vini, prout alias consvetudo regni extitit mutare valeat, et plures recipere non debeant lucri camare receptores antedicti aut precium unius pinte vini. Harum nostrarum vigore et testimonio literarum mediante. Datum in Rednek, feria sexta proxima post festum beati Stephani regis, anno domini M° CCCC° quinquagesimo.

Hátlapján két pecséttel; eredetije Keszthelyen a gr. Festetics cs. ltárában, Zaladien. 154. Nagy Imre.

278. *Rumi János fiai Miklós és László sajátkezű levelök szüleikhez Győr, 1451. aug. 5.*

Filiali salutacione premissa, scient nos esse sanos et recenter studere, quam quidem a vestra paternitate semper audire optamus. Vestre presentibus suplicamus paternitati, quatenus palia nostra cum expensis mittatis nobis cicius; scitis autem, quod lac valde diligimus, ideo nobis unam vaccam mittatis, quam eciam promisimus hospiti nostro, et petimus non mittatis nos in mendacio; si supervixerimus, donante deo, pro una vacca plures dabimus. Datum Jaurini, in festo Maria de nive. Anno domini M° CCCC° quinquagesimo primo. Scripsi manu propria Nicolaus de Rum filius vester.

Et ego Ladislaus de Rum filius vester, ut Nicolaus scribit vobis, sic et ego suplico nobis dare predicta, quia oculum doleo plus non scripsi.

Kivül: Nobili viro Johanni de Rum et domine parentibus pre cunctis venerande et metuende detur.

Levél alakban összehajtva; eredetije a Rumy cs. ltárában Balozsajban Vas vármegyében. A levél eleje mutatja, hogy a Rumy fiuk nevelés és tanítás végett időztek ekkor Győrött, a közmívelődés történetét érintő emez érdekes adatot annyival is inkább közlendőnek tartottuk, mert a Rumy család Zalamegyében is birtokos volt. Nagy Imre.

279. *A vasvári káptalan bizonyítja, hogy Peczöli Zarka Zsigmond a kapornaki apátságnak Peczöl nevű Vas vármegyei birtoka és az ahhoz tartozó Apátfölde nevű pusztája után a haszonbért a kikötött határnapon nem fizette meg. 1452. oct. 6.*

Nos capitulum ecclesie Castriferrei memorie commendamus, quod iuxta continenciam literarum nostrarum feudalium Ladislaus filius condam Sigismundi dicti Zarka de Pechel, reverendo in Christo patri Stephano episcopo ecclesie Streueriensis gubernatorique abbacie de Kapornok et conventui loci eiusdem de quadam possessione predicte ecclesie de Kapornok similiter Pechel vocate in comitatu Castriferrei existente, in qua ecclesia lapidea in honore beate Marie virginis

foret constructa, ac predio Apathfelde vocato ad eandem possessionem Pechel pertinenti, pro censu annuali sexcentos denarios viennenses in presenti octavo die festi beati Michaelis archangeli proxime preteriti coram nobis dare et solvere debuisset, qui quidem Ladislaus ad huiusmodi solucionem faciendam terminum ad predictum nostram in presenciam non venit neque misit, se in oneribus et obligacionibus in predictis literis nostris feudalibus contentis et expressis convinci et aggravari permittendo. Datum tercio die termini prenotati, anno domini Millesimo quadringentesimo quinquagesimo secundo.

Hátlapján pecsét nyomaival; eredetije a N. Muzeumban. U. o. őrzik egy másik hasonló levelét is a vasvári káptalannak 1447-ből, a hol a bérösszeggel Lukafalvi Zarka Zsigmond két fia Miklós és László maradtak tartozásban; akkor István egyszerűen kapornaki apát címet viselt. Nagy Imre.

280. *A vasvári káptalan előtt Asszonyfalvi Ostfi László fiai, továbbá Gímesi Forgács Benedek és Herbortyai Ostfi János leánya Borbála, ez utóbbinak anyját néhai Alsólendvai Zsigmond leányát Katalint, Alsólendva és Nemti várakban bírt részének elidegenítésétől, Alsólendvai Pál zalai főispánt és ennek rokonait pedig annak megszerzésétől tiltják. 1453. jul. 24.*

Nos capitulum ecclesie Castriferrei memorie commendamus, quod Franciscus filius Ladislai Osth de Azzonfolwa in sua ac Nicolai, Stephani et Ladislai fratrum suorum carnalium, necnon Benedicti Forgach de Gymes et nobilis puelle Barbare filie Johannis Osth de Herbartya ex nobili domina Katherina filia condam Sigismundi de Alsolyndwa procreate personis, nostram veniens in presenciam, prefatam dominam Katherinam matrem eiusdem puelle Barbare, a vendicione, impignoracione, perpetuacione seu qualibet alienacione porcionum suarum possessionariarum in castris Alsolyndwa predicta ac Nemethy vocatis ac in pertinenciis eorumdem habitarum, nec non aliarum porcionum suarum possessionariarum ubivis et quibuslibet comitatibus inter ambitum regni existencium, ac alios quoslibet, notanter autem magnificum dominum Paulum filium Stephani de dicta Alsolyndwa agazonum regalium magistrum comitem-

que Zaladiensem ac Nicolaum et Jacobum filios condam magnifici Stephani fratris patruelis eiusdem Pauli, easdem porciones possessionarias dicte domine Katherine quibusvis titulis, racionibus et cautelis ad seipsos recepcione, usuumque fructuum et quarumlibet utilitatum earumdem percepcione seu percipifaccione ac se quovis alio quesito colore in dominium earumdem intromissione seu statuifaccione quoquomodo factis vel fiendis prohibuit contradicendo publice et manifeste coram nobis, harum nostrarum vigore et testimonio literarum mediante. Datum in festo beati Jacobi apostoli, anno domini Millesimo quadringentesimo quinquagesimo tercio.

Hátlapján pecsét nyomával; eredetije az Ostffy cs. ltárában. Nagy Imre.

281. *A veszprémi káptalan előtt István streveri püspök és a kapornaki apátság kormányzója, az apátságnak a köveskáli határhoz tartozó Karintha nevű pusztáját Köveskáli Mihálynak bérbe adja. 1453. aug. 14.*

Nos capitulum ecclesie Wesprimiensis memorie commendamus, quod reverendus pater dominus Stephanus dei et apostolice sedis gracia episcopus Streueriensis ac gubernator abbacie monasterii de Kapornok nostri in medio personaliter constitutus, sponte fassus extitit eo modo, quod ipse quoddam predium dicti monasterii Karintha appellatum, simulcum lacu similiter Karintha nuncupato ac universis utilitatibus, terris arabilibus cultis et incultis, fenilibus pratis et pascuis ad dictum predium pertinentibus, intra metas possessionis Keweskaal vocate in comitatu Zaladiensi existentis habitum, Michaeli filio Stephani de dicta Keweskaal in feudum dedisset et assignasset beneplacito ipsius domini episcopi aut suorum successorum perdurante, tali modo quod idem singulis annis in festo beati Martini episcopi unum florenum auri puri sibi et dicte sue ecclesie coram testimonio conventus monasterii beati Adriani martyris de Zalawar racione eiusdem dare et solvere teneatur, ad quod se idem Michael filius Stephani nostri in presencia personaliter astans ultronea obligavit voluntate. Datum in vigilia Assum-

cionis virginis gloriose, anno domini Millesimo quadringentesimo quinquagesimo tercio.

Hártyán, hátlapján pecsét nyomaival; eredetije a vasvárszombathelyi káptalan ltárában. Közölve Géresi Kálmán másolatából.

282. *Az esztergomi érsek vicariusa. Bodó Miklóst a fehérvári szent Mária egyház prépostját és Unyomi Miklós veszprémi várnagyot azért, mert ők Erek, Diáki és Nyirág nevű birtokokban a veszprémi káptalannak járó tizedet elfoglalták, megidézteti. Esztergom, 1454. máj. 16.*

Albertus decretorum doctor archidiaconus Neugradiensis ac canonicus in ecclesia Strigoniensi, necnon reverendissimi in Christo patris et domini, domini Dionisii miseracione divina sancte Romane ecclesie tituli sancti Ciriaci in termis presbiteri cardinalis, archiepiscopi ecclesie Strigoniensis predicte, locique eiusdem comitis perpetui, primatis et apostolice sedis legati nati vicarius in spiritualibus et causarum auditor generalis, dilectis nobis in Christo honorabilibus et discretis viris dominis N. de Zenthkyralzabathy, N. de Rathold, N. de Bilege et N. de Felseewrs, aliisque omnibus et singulis ecclesiarum plebanis in Strigoniensi et Wesprimiensi dyocesibus ubilibet constitutis et existentibus, qui cum presentibus fueritis requisiti seu alter vestrum fuerit requisitus, salutem in domino sempiternam et mandatis nostris firmiter obedire. Gravem querelam pro parte honorabilium virorum dominorum canonicorum de capitulo Wesprimiensi nobis allatam noveritis nos recepisse continentem, quomodo venerabilis ac nobilis viri dominus Nicolaus Bodo prepositus ecclesie beate Marie virginis de Albaregali dicte Wesprimiensis dyocesis, ac Nicolaus de Wnyan castellanus castri Wesprimiensis nescitur quo spiritu ducti, nullo iure ipsis suffragante, quinpocius propria ipsorum temeritatis audacia mediante, ac indebite et minus iuste, omnes decimas videlicet vinorum, bladorum, agnorum, agnellorum aliarumque rerum decimari solitarum, certorum annorum iam elapsorum, de villis Erek, Dyaky, Nyragh, ac in maiori scilicet et minori cutellis decimacionis Germendkes vocatis, in dicta Wesprimiensi dyocesi existentibus, prefatis dominis capitulo, et canonicis

de iure provenire debentes recepissent, levassent et abstulissent ac pro se ipsis occupassent, et in usus suos convertissent, et de eisdem fecissent prout ipsorum placuisset voluntati, eisdem decimis dictos dominos canonicos et capitulum, contra deum et eius iusticiam spoliantes et defraudantes; preterea providus Barnabas carnifex de dicta civitate Wesprimiensi in certis decimis vinorum de vineis suis in territoriis Chopak vocatis habitis provenientibus, ipsis dominis canonicis et capitulo debitrum obligaretur, qui pluries requisitus easdem decimas solvere, recusasset et recusaret de presenti; insuper idem Barnabas eosdem dominos et capitulum verbis iniuriosis et diffamatoriis affecisset, et alias iidem prepositus et laici supranominati, previa racione dictis dominis canonicis et capitulo multipliciter iniuriati fuissent, plurimaque damna intulissent in dispendium salutis animarum suarum preiudiciumque dictorum dominorum canonicorum exponencium non modicum ac damnum, iniuriam et gravamen valdemagnum; quare fuimus pro parte dictorum dominorum de capitulo Wesprimiensi debita cum instancia requisiti, ut ipsis superinde de opportuno iuris remedio providere et citacionem legitimam auctoritate apostolice legacionis contra prefatos prepositum et laicos decernere et concedere dignaremur. Nos itaque attendentes requisicionem huiusmodi fore iustam et racioni consonam, volentesque unicuique iusticiam pro viribus ministrare, citacionem petitam decrevimus et decernimus per presentes; vestre igitur et cuiuslibet vestrum devocioni in solidum, in virtute sancte obediencie et sub excommunicacionis pena, quam in vos et alterum vestrum huiusmodi mandatum nostrum exequi recusantes seu recusantem, trium dierum canonica monicione premissa a die exhibicionis presencium vobis fiende computando ferimus, in his scriptis discricte precipiendo committimus et mandamus, quatenus mox visis presentibus ac dum et quando cum presentibus fueritis requisiti seu alter vestrum fuerit requisitus, ad prefatos dominum prepositum et laicos personaliter accedatis, ipsosque si eorum presenciam commode habere poteritis, alioquin in domibus habitacionum

ipsorum et alias, sic et taliter, quod huiusmodi vestra citacio ad noticiam eorumdem verisimiliter possit deveniri, auctoritate prefata apostolice legacionis, qua fungimur, in nostram peremtorie citetis presenciam, quos et nos tenore presencium sic citamus, ut ipsi vicesima die proxima a die huiusmodi vestre citacionis de ipsis fiende computanda, si ipsa vicesima dies iuridica fuerit, et nos aut nostrum surrogatum auditorem ad iura reddenda et causas audiendas pro tribunali sedere contigerit, alioquin prima die iuridica extunc immediate sequente, qua nos ut premittitur, aut dictum nostrum surrogatum auditorem ad iura reddenda et causas audiendas pro tribunali sedere occurretur, per se personaliter, aut per ipsorum legitimum procuratorem seu procuratores, ad huiusmodi causam seu causas, quam vel quas iidem domini canonici et capitulum contra prefatos dominum prepositum, et Nicolaum ac Barnabam moveret seu movere intendunt, sufficienter instructum seu instructos, Strigonii coram nobis aut nostro surrogato auditore prefato legitime compareant, eisdem exponentibus vel ipsorum legitimis procuratoribus in, de et super premissis et earum occasione, de iure responsuri, processurique et procedi visuri in dictis causa et causis, gradatim et successive usque ad sentenciam diffinitivam inlcusive, ac dicturi, allegaturi, auditurі et recepturi id quod iustum fuerit, et ordo dictaverit racionis, certificando eosdem sic citatos, quod sive ipse in dicto citacionis termino Strigonii coram nobis compareant sive non, ipsis ulterius non ibi in partibus sed per edictum in foribus huius alme ecclesie Strigoniensis, more solito publice citatis, ad partis coram nobis comparentis instanciam, in huiusmodi causa et causis prout iuris fuerit ad ulteriora procedemus, seu dictus noster surrogatus auditor procedet, alterius partis absencia vel contumacia in aliquo non obstante; et post hec diem et locum ipsius vestre citacionis, cum nominibus citatorum ac quitquid in premissis feceritis, nobis suo ordine conscienciose rescribatis, presentes in specie remittentes. Datum Strigonii, sedecima die mensis May, anno domini Millesimo quadringentesimo L-mo quarto.

Nicolaus de Wezthenicz notarius.

Belől zöld viaszpecsét maradványaival; eredetije a veszprémi kápt. házi ltárában. Caps. IV. «Alsó-Örs» csomag. Véghely D.

283. *Kanizsai Miklós és László Recse nevű birtokukat Csapy Andrásnak elzálogosítják. Szentgrót, 1454. sept. 30.*

Nos Nicolaus et Ladislaus filii condam Ladislai de Kanysa memorie commendamus, quod nos pro quibusdam nostris defectibus sublevandis totalem porcionem nostram possessionariam in possessione Reche vocata in comitatu Zaladiensi existente, egregio Andree de Chapy pro viginti florenis auri veri et iusti ponderis pignori obligamus, cum omnibus suis utilitatibus ad eandem quovis modo spectantibus terris arabilibus cultis et incultis, agris pratis silvis nemoribus, aquis aquarumque decursibus et quarumlibet *(így)* ad eandem spectantibus, proventibusque consvetis et inconsvetis, quovis nominis vocabulo vocitatis, ita tamen, quod dum et quandocunque nobis facultas redimendi suppeteret, extunc idem Andreas de Chapy nobis pacifice remittere debeat et teneatur; assumsimus eundem Andream contra quoslibet impetitores illegitimos tueri et protegere, ubi vero si id facere nollemus aut non curaremus, tunc in faccione et violacione nostre fidei convincamur ipso facto, testimonio et vigore literarum nostrarum mediante. Datum in oppido Zentgerolth, secundo die festi beati Michaelis archangeli, anno domini Millesimo quadringentesimo quinquagesimo quarto.

Zöld színű megcsonkult pecséttel; eredetije a gr. Draskovics cs. ltárában. U. o. megvan a vasvári káptalan levele 1456-ból, mely szerint Kanizsai János fia Imre Récse nevű birtokban a maga részét Csapi Tamás fia Andrásnak és nejének Ilona asszonynak szintén elzálogosította. Nagy Imre.

284. *Marczali Vajdafi János Nyavalád nevű pusztáját az erenyei paulinusoknak hagyományozza. Babócsa várában, 1454. dec. 21.*

Nos Johannes filius vaivode de Marczaly Zaladiensis et de Werewcze comitatuum comes, memorie commendamus, quod nos ex propria voluntate nostra pro salute parentum nostrorum et nostra, quoddam predium nostrum Nawalyad vocatum in comitatu Zaladiensi existens et habitum, cum

omnibus eiusdem pertinenciis et utilitatibus, videlicet silvis, pratis, fenilibus, terris arabilibus cultis et incultis, rubetis, virgultis, aquis et aquarum decursibus ac aliis quibuslibet ad dictum predium sub veris et antiquis metis de iure spectantibus, claustro beate Marie virginis intra metas possessionis Enereh fundato, vi testamentali legamus, donamus et perpetuamus, imo legavimus donavimus et perpetuavimus presencium per vigorem, tali modo, quod ipsi fratres ordinis sancti Pauli primi heremite in predicto claustro beate Marie virginis de Enereh commorantes, singulis septimanis unam missam de annunciacione beate Marie virginis gloriose, pro salute parentum nostrorum et nostra, solenniter officiare debeant et teneantur. In cuius rei testimonium presentes literas nostras testimoniales, sigillo nostro authentico consignatas pro uberiori cautela fecimus consignari. Datum in castro nostro Babocha, in festo beati Thome apostoli, anno domini Millesimo quadringentesimo quinquagesimo quarto.

I. Mátyás királynak «Bude feria quarta post festum beati Thome apostoli» 1495-ben «religiosus frater Paulus prior ordinis fratrum heremitarum, in claustro beate Marie virginis intra metas possessionis Enereh fundato degencium» kérésére kiállított megerősítő átiratából. Ugyanezen alkalommal átírja I. Mátyás király «in civitate nostra Albensi 1458. in festo beate Elene» kelt oklevelét, mely szerint «Stephanus filius bani de Marczaly» János és fiainak terhét is fölvévén, nyavaládi birtokát az erenyei kolostornak adományozza. Nagy Imre.

285. *Garai László nádor előtt Marczali Miklós vajda fia és a többi Marczaliak, Nyavalád nevű pusztájukat az erenyei és uzsai paulinus kolostornak, s a mennyiben az utóbbit a barátok többé meg nem szállanák, a hosszútóti parochiális egyháznak ajándékozzák. Buda, 1455. febr. 1.*

Nos Ladislaus de Gara regni Hungarie palatinus et iudex comanorum memorie commendamus per presentes, quod magnificus dominus Johannes filius Nicolai vaivode de Marczaly personaliter onera eciam egregiorum Georgii et Stephani filiorum Dionisii bani de eadem Marczaly ac Ladislai filii eiusdem Georgii nec non Johannis filii dicti Stephani in infrascriptis super se recipiendo, coram nobis

constitutus, confessus extitit sponte et retulit in hunc modum, quod ipse volens de bonis suis terrenis a deo sibi collatis parentum ac fratrum suorum animarum saluti providere, quoddam predium suum Nawalyad appellatum, in comitatu Zaladiensi existens, simul cum terris arabilibus cultis et incultis, silvis, nemoribus, pratis, fenilibus, terris pascualibus ac aliis cunctis utilitatibus ad idem predium pertinentibus, qualitercunque nominatis, claustris seu monasteriis in honoribus ac sub titulis sancti Spiritus in possessione Wsa ac gloriosissime virginis Marie in possessione Enyereh in eodem comitatu Zaladiensi existentibus constructis et fundatis, religiosisque fratribus heremitarum ordinis sancti Pauli in eisdem monasteriis pro tempore degentibus, aut ubi ipsi fratres heremite in dictum claustrum de prescripta Wsa nunc vacuum intrare nollent, extunc medietatem ipsius predii cum suis utilitatibus, altari beati Johannis Baptiste in ecclesia parochiali in possessione Hozywthoth constructo eiusdemque rectoribus pro tempore constitutis in perpetuam elemosinam dedisset, donasset et contulisset, imo dedit donavit et contulit coram nobis, hoc adiecto, ut si alique ipsarum ecclesiarum seu monasteriorum, altera earumdem consenciente, ipsum predium totaliter in eiusdem estimacione condigna ad se in perpetuum emere voluerit, extunc ipsa pars altera parte consenciente et suam porcionem vendere volente, ad huiusmodi emcionem liberam habeat facultatem atque potestatem, vigore et testimonio presencium mediante. Datum Bude, in vigilia festi purificacionis Marie virginis gloriose, anno domini Millesimo quadringentesimo quinquagesimo quinto.

Hátlapján pecsét nyomaival; eredetije az Orsz. Ltárban. Paul. de Erenye 2. 1. dipl. oszt. 14919. Nagy Imre.

286. *Battyány László fia János és Faiszi Ányos Mihály az őseik által alapított felső-eörsi prépostságot Verőczei Simon veszprémi kanonoknak adományozzák. Battyán, 1455. jun. 15.*

Johannes filius Ladislai de Bathyan, et Michael Anyos de Fayz, salutem in salutis largitore. Ad universorum noticiam harum serie volumus pervenire, quod nos attendentes

et considerantes virtutis vitam, probitatis merita, morum honestatem et laudabilem conversacionem ac ceterorum virtutum merita honorabilis viri magistri Simonis de Werewcze canonici ecclesie Wesprimiensis, quibus personam suam ab apice altissimo agnovimus fore redimitam, nosque inducunt ut eundem magistrum Simonem prosequamur favore gracioso, volentes sibi benivolenciam nostram ostendere favorabilem et graciosam, prepositurum ecclesie beate Marie Magdalene in Felse-Ewrs constructe ac per predecessores nostros fundate, nunc de iure et de facto vacantis, cum omnibus ipsius prepositure pertinenciis, videlicet ecclesia predicta, necnon eiusdem ecclesie possessionibus ipsarumque fructibus, proventibus, utilitatibus, pertinenciis et obvencionibus quibuslibet, nostri iuris patronatus auctoritate, eidem tamquam persone idonee et benemerite duximus dandam, donandam, conferendam et de eadem providendam, imo damus, donamus, conferimus et extunc providemus sibi de eadem; quocirca vobis universis et singulis providis viris, villicis, ceterisque populis et iobagionibus prepositure predicte firmiter committimus et mandamus, quatenus prefato magistro Simoni tanquam vero preposito Ewrsiensi et domino vestro in omnibus cedere ac obedire, omnesque proventus, fructus, utilitates et quaslibet obvenciones, vestri de medio aut alias, sibi vel hominibus eiusdem reddere et restituere ac amministrare debeatis, locis debitis et temporibus opportunis, secus non facturi; presentibus perlectis semper apud exhibentis manus remanentibus. In cuius rei memoriam et testimonium, presentes literas nostras privilegiales, sigillis nostris pendentibus quibus utimur impensione consignatas, eidem magistro Simoni duximus concedendas. Datum in Bathyan, in festo beatorum Viti et Modesti martyrum, anno domini Millesimo quadringentesimo quinquagesimo quinto.

Hártyán, a meglehetős ép és érdekes pecsétek mindegyike piros zöld selyem zsinóron függ; eredetije a hg. Batthyány cs. körmendi ltárában. Véghely D.

287. *Az alispán és szolgabírák a Kolgyári Császár Jakab és Gersei Pethő László jobbágyai által Kolgyári László egyik jobbágyán elkövetett több rendbeli hatalmaskodás felől bizonyságot tesznek. Kapornak, 1455. aug. 7.*

Nos Georgius Theryek de Zenthelsebeth ac (Pa)ulus de Ormand vicecomites et iudices (nobilium) comitatus Zaladiensis memorie commendamus, quod cum nos ad insta(n-tem) et legitimam peticionem Ladislai de Kolgyar, Valentinum Chepan de Gywrgffalua, hominem nostrum ad infrascriptam inquisicionem faciendam nostro pro testimonio duxissemus destinandum, qui tandem exinde ad nos reversus, nobis retulit isto modo, quod ipse feria tercia videlicet in festo beati Oisualdi *(így)* regis proxime preterito, in dicto comitatu Zaladiensi accedens, ab omnibus quibus decens et opportunum fuisset, diligenti et conscienciosa inquisicione palam et occulte facta (scire) veritatem infrascriptarum potuisset sic scivisset, quod cum temporibus preteritis quidam Stephanus filius Briccii iobagio ipsius exponentis in possessione Kerthesy in Kolgyar predicta, porcione scilicet possessionaria ipsius exponentis commorans, ad silvam eiusdem exponentis propriam causa apportacionis lignorum transivisset, cum curru suo transivisset, tunc Jacobus dictus Chazar de dicta Kolgyar in ipsum manibus armatis et potencia(riis) irruendo, ibique eundem usque effusionem sanguinis dire et acriter verberasset; insuper prefatus Jacobus eo non contentus, vestimenta ac securem eiusdem iobagionis pro tunc ab ipso recipiens depredasset ac quo sue placuisset voluntati fecisset; preterea Lucas et Petrus Soldus dicti in possessione Kerthessy Zenthpether commorantes, iobagiones egregii Ladislai Pethew de Gerse, ex commissione et voluntate ipsius Ladislai Pethew domini ipsorum, temporibus similiter preteritis, manibus armatis et potenciariis ad domum et curiam cuiusdam iobagionis predicti exponentis in predicta possessione Kerthesy Zenthpether habitas veniendo, abindeque unum bovem eiusdem excipiendo quo ipsorum placuisset voluntati fecissent et deduxissent potencia mediante, in preiudicium et damnum

dicti exponentis valde magnum. Datum in Kapornok, tercia die diei inquisicionis prenotate, anno domini Millesimo quadringentesimo quinquagesimo quinto.

Eredetije a N. Múzeumban. Közölve néhai Supala J. másolatából.

288. *Hollós Gergely alsólindvai várnagy végrendelete. 1455. dec. 7.*

Ego Gregorius Hollos ac castellanus de inferiori Lindua, licet eger in corpore mente tamen sanus per omnia, tale facio testamentum die dominica proxima ante festum concepcionis Marie, hora quasi sexta. Item servo meo Gaspar nomine lego duos florenos; item Gallo meo sartori lego duos florenos; item servo meo Petro Thornus dictus duos florenos; item Demetrio servo duos florenos; item Briccio de Cani lego balteum minorem cum ermile gengeus et tres florenos minus septuaginta denariis, cum quibus sunt tenentes mihi scilicet Petrus Danch et Michael Was; item loricam cum gallerio eciam lego Briccio Cani; item balteum maiorem cum bicello deaurato lego uxori meo cum filiis, sic, ut dominus Georgius presbiter de precio baltei habeat sedecim florenos et faciat peregrinacionem ad curiam romanam pro salute anime mee; item sessiones quas habeo pro vagio mihi positas, mediam partem lego Nicolao Hollos fratri meo cum filiis et filiabus suis, mediam autem partem filiis et filiabus cum uxore mea; item lego unum florenum Thome Thanchos cum quo obligatur mihi Dionisius Pogan; item tunicam parvam de nehazar dispositam, lego servo meo Gaspar; item Johannes Rumi tenetur octo florenis mihi, hoc lego ecclesie mee in honore beate Marie virginis pro salute anime mee; item omnes literas vagio mihi positas uxor mea absque omni precio reddat et restitui faciat his cuius litere sunt; item Georgio presbitero de Lindua patri meo spirituali, lego tunicam pellibus dispositam et unum florenum propter triginta missas pro salute anime mee; item decem pecora lego servis meis suprascriptis; item Simoni plebano de Lindua iam dicta, lego unum florenum ad triginta missas pro salute anime mee; item ecclesie beate Marie virginis in Lindua inferiori constructa lego

palisetrum cum sella et strepis pro salute anime mee; item octo iugera segetum lego ecclesie beate virginis in Lindua iamfati; item palium pellicium et joppam lego patri uxori mee; item pro Johanni lego quinque florenos ad forum unius equi. Et testamentum hoc feci coram servis meis supradictis ac hospiti meo Thoma Kalos, et uxore eius, coram Briccio Cani et Johanni supradicti, necnon Georgio presbitero de Lindua et quampluribus viribus, mulieribus, scilicet Stephano literato ac Stephano arcuparatore cum uxore sua et coram relicta Albi Petri iudicis de eadem Lindua existentem; executor autem fiat dominus Georgius presbiter de Lindua iam sepefatus; anno domini Millesimo CCCC° quinquagesimo quinto.

Alól töredezett kerek pecséttel; gyarló latinsággal írt eredetije a N. Muzeumban. Közölve Komáromy András másolatából.

289. *A zalavári conven telőtt Vajdai László és Benedek, Nagyvajda és Kisvajda s Kistelek nevű egész birtokokat és récsei birtokrészüket cserébe adják Kál és Szentviszló nevű birtokokért Csapi Andrásnak és gyermekeinek. 1456. jan. 19.*

Omnibus Christi fidelibus presentibus pariter et futuris presencium noticiam habituris, conventus monasterii beati Adriani martyris de Zala salutem in salutis largitore. Ad universorum noticiam harum serie volumus pervenire, quod Ladislaus et Benedictus filii Georgii de Vayda, pro se ipsis personaliter, onera vero et quelibet gravamina Georgii et Valentini filiorum eiusdem Ladislai de infrascriptis per omnia super se assummentes ab una, parte vero ex altera Andreas filius Thome Chapy similiter personaliter pro se, onera vero et gravamina Ladislai filii ac nobilium puellarum Vrsula et Elena vocatarum filiarum suorum *(így)* de subnotandis modo simili per omnia super se recipiendo, coram nobis constituti, confessum extitit per eosdem in hunc modum, quod ipsi maturo tractatu inter se prehabito, in quibusdam porcionibus possessionariis eorum infrascriptis talem inter se fecissent et celebrassent permutacionem seu concambium perpetuo duraturum, quod primo prefati Ladislaus et Benedictus totales possessiones ipsorum ac

eorumdem Georgii et Valentini, Nagvayda, Kysvaida et Kysthelek vocatas, nec non porcionem eorum possessionariam in possessione Reche vocata, in comitatu Zaladiensi existentes et habitam ac situatas, exceptis tribus sessionibus, videlicet duabus in dicta possessione Nagvayda, una scilicet propria et alia iobagionali penes eandem, et similiter una modo simili iobagionali in dicta possessione Reche existente, necnon quarta parte promontorii vinearum ac aliarum utilitatum predictarum trium sessionum in territoriis earumdem possessionum et porcionum possessionariarum adiacentes, que Briccii et Benedicti filiorum Petri filii alterius Georgii de dicta Vayda fratrum ipsorum condivisionalium fuissent et forent de presenti, simulcum terris arabilibus cultis et incultis, pratis, pascuis, silvis, nemoribus, aquis aquarumque decursibus, vineis et vinearum promontoriis, ac generaliter quarumlibet utilitatum integritatibus, ad easdem quovis nominis vocabulo vocitatis spectantibus, prefatis Andree de Chapy ac Ladislao filio et puellis Vrsula et Elena vocatis filiabus eiusdem eorumdemque heredibus et successoribus universis, iure perpetuo et irrevocabiliter dedissent tradidissent et contulissent; e converso vero antelatus Andreas de Chapy totalem porcionem suam possessionariam in possessione Kal vocata habitam, tam hereditariam quam emticiam, et aliam porcionem suam possessionariam, necnon earumdem filii et filiarum suorum *(igy)* in possessione Zenthwyzlo vocata in dicto comitatu Zaladiense existente habitas, quaquidem porcio possessionaria in eadem Zenthvyzlo habita alias nobilis domine Elizabet vocate sororis condam Georgii de eadem Zenthvyzlo prefuisset, ipsos empcionis titulo concernens, simulcum terris arabilibus cultis et incultis, pratis, pascuis, silvis, nemoribus, aquis aquarumque decursibus, vineis et vinearum promontoriis ac generaliter quarumlibet utilitatum integritatibus ad easdem quovismodo spectantibus, prefatis Ladislao et Benedicto de Vayda ac Georgio et Valentino filiis eiusdem Ladislai ipsorumque heredibus et successoribus universis iure perpetuo et irrevocabiliter dedisset tradidisset et contulisset, imo alter alteri per modum premisse concambialis permutacionis, dedit, tradidit et contulit

possidendas tenendas semper et habendas coram nobis. Ceterum quia prefate porciones possessionarie in dictis possessionibus Nagvayda, Kysvayda, Kysthelek et Reche habite, ipsorum Ladislai et Benedicti utilitatibus et fructuositatibus opulenciores forent, ideo eundem Andream de Chapy ac filium et filias suos prenotatos, in aditamentum prefatarum porcionum possessionariarum in dictis possessionibus Kal et Zenthvyzlo habitarum, eisdem Ladislao et Benedicto ac filiis eiusdem Ladislai prenotatis, quadringentos florenos auri puri boni et iusti ponderis hungaricales dedisse et assignasse retulissent, assummendo nihilominus alter alterum in pacifico dominio dictarum porcionum possessionariarum alter alteri datarum et utilitatum earumdem quarumlibet, contra quoslibet impetitores causidicos et actores, propriis eorum laboribus conservare et expensis expedire; ubi vero annotatus Andreas de Chapy vel sui successores, eosdem Ladislaum et Benedictum aut filios eiusdem Ladislai prenotatos et eorumdem successores in aliqua sui parte dictarum porcionum possessionariarum in dictis possessionibus Kal et Zenthvyzlo habitarum conservare non possent, extunc idem Andreas vel successores sui in dominio aliarum porcionum possessionariarum ipsorum, utilitate, fructuositate, qualitate et quantitate equivalencium conservare teneantur et sint astricti; ad quod se prefati Ladislaus et Benedictus necnon Andreas de Chapy personali eorum astancia, ac prefatos filios et filias ipsorum oneribus eorumdem ut permittitur in se assumtis, sponte obligavit nostri in presencia. In cuius rei memoriam firmitatemque perpetuam presentes literas nostras privilegiales pendentis et autentici sigilli nostri munimine roboratas eisdem duximus concedendas. Datum feria secunda proxima ante festum beatorum Fabiani et Sebastiani martyrum, anno domini M° quadringentesimo quinquagesimo sexto.

Hártyán, függő pecsét nyomaival; eredetije a gr. Draskovics cs. ltárában. 24. 18. Közölve Márki Sándor másolatából.

290. *A zalavári convent előtt Marczali Dénes bán fiai, György és István, és ezek fiai, Magyarád, Istvánd és Szombathely (Pórszombat) nevű birtokokat ezerötszáz forintért Csapi Andrásnak eladják. 1456. jul. 23.*

Omnibus Christi fidelibus presentibus pariter et futuris presencium noticiam habituris, conventus monasterii beati Adriani martyris de Zala, salutem in salutis largitore. Ad universorum noticiam harum serie volumus pervenire, quod magnifici domini Georgius et Stephanus filii Dionisii bani de Marczaly personaliter, idem eciam Georgius Ladislai filii, ipse vero Stephanus Johannis similiter filii suorum onera gravamina de subscriptis in se assummentes et recipientes, coram nobis constituti, sunt confessi in hunc modum, quod ipsi consideratis fidelibus serviciis et serviciorum gratuitis meritis egregii Andree filii Thome de Chapy per eundem locis et temporibus opportunis ipsis dominis Georgio et Stephano exhibitis et impensis, volentes eundem Andream de Chapy pro premissis suis serviciis remunerare, totales porciones possessionarias ipsorum et filiorum suorum predictorum in possessionibus Magyarad, Isthwand et Zombathel vocatis in comitatu Zaladiensi existentibus habitas, directas utputa et equales medietates earumdem possessionum cum cunctis ipsarum utilitatibus, videlicet terris arabilibus cultis et incultis, pratis, pascuis, silvis, nemoribus, aquis, molendinis molendinorumque locis, montibus, vallibus, vineis et vinearum promontoriis ac generaliter quarumlibet utilitatum integritatibus ad easdem quovis nomine vocitatis spectantibus, memorato Andree de Chapy et per eum suis heredibus et posteritatibus utriusque sexus universis, tum premissis serviciis ipsius Andree, tum eciam pro mille et quingentis florenis auri puri boni et iusti ponderis hungaricalibus, plene ut dicebant ab eodem habitis et receptis, dedissent, vendidissent et perpetuassent, imo dederunt, vendiderunt et perpetuaverunt coram nobis eo modo, ut dum et quandocunque prenominati domini Georgius et Stephanus filii bani prescriptam possessionem Magyarad totaliter et ex integro simulcum porcione domini Johannis

filii vaivode de dicta Marczaly in eadem Magyarad habita eidem Andree appropriare et perpetuare possint et valerent, extunc ipse Andreas de Chapy prescriptas directas medietates predictarum possessionum Isthwand et Zombathel, cum earumdem utilitatibus quibuslibet, eisdem dominis Georgio et Stephano filiis bani sine aliqua difficultate remittere et resignare deberet et teneretur, assummens nihilominus eundem Andream et suos successores in pacifico dominio prescriptarum medietatum antedictarum possessionum Magyarad, Isthwand et Zombathel, earumdemque utilitatum quarumlibet, contra quoslibet impetitores propriis eorum laboribus conservare et expensis expedire. In cuius rei memoriam firmitatemque perpetuam presentes literas nostras privilegiales pendentis et autentici sigilli nostri munimine roboratas eidem duximus concedendas. Datum in vigilia festi beati Jacobi apostoli, anno domini Millesimo quadringentesimo quinquagesimo sexto.

Hártyán, szőke selyem zsinóron függő pecséttel; eredetije a gr. Draskovics cs. ltárában. 25. 19. Ugyanott megvan a budai káptalannak 1461. «in festo beatorum innocentum martyrum» kelt levele, hogy «Stephanus filius Dionisii bani de Marczaly onera Johannis filii eiusdem Stephani et Ladislai filii condam Georgii similiter filii bani de eadem super se assummendo», miután Marczali Vajdafi Miklós fia János elhaltával ennek birtokai örökség útján reájuk szállottak, Magyarád, Istvánd és Pórszombatja nevű birtokok másik felét is ezernégyszáz magyar arany forintért Csapi Andrásnak és nejének Ilona asszonynak eladják, mibe János pécsi prépostnak és a káptalannak 1462-ben kelt és ugyanott eredetiben meglevő bizonyságlevele szerint Marczali Bánfi György fia László külön is beleegyezett. Az említett ltárban a zalavári convent bizonyságlevele is megvan 1450-ből, mely szerint Marczali Vajdafi János Szentiván nevű Zala vármegyei birtokát Csapi Andrásnak és János fiának Bálintnak száz magyar arany forintért elzálogosította. Nagy Imre.

291. *A zalavári convent előtt Csapi Lénárt és László, Ath másképNagyandrásháza nevű pusztában földjeiket úgy malmaikat és rétjeikei a Zapolya nevű folyó mindkét partján Csapi Andrásnak s nejének és fiának Lászlónak eladják. 1456. jul. 24.*

Nos conventus monasterii beati Adriani martyris de Zala memorie commendamus, quod Leonardus filius Johan-

nis de Chapy pro se personaliter, onus eciam et gravamen Ladislai filii Valentini filii, dicti Johannis fratris sui patruelis de subscriptis per omnia super se assummendo et recipiendo, coram nobis constitutus, est confessus in hunc modum, quod ipse quibusdam suis et eiusdem Ladislai fratris sui defectibus sublevandis, totalem porcionem tam suam, quam antedicti Ladislai filii Valentini fratris sui possessionariam in quodam predio Ath alio nomine Nagandrashaza appellato in comitatu Zaladiensi existenti habitam, simul cum terris arabilibus cultis et incultis, pratis, pascuis, silvis, virgultis et molendinis et molendinorum locis, nemoribus ex utraque parte fluvii Zapolia vocati, et generaliter cunctis eiusdem utilitatibus ad eandem quovis nomine vocitatis spectantibus, Andree filii Thome de Chapy ac nobili domine Elene consorti et Ladislao filio eiusdem, eorumdemque heredibus et successoribus universis pro viginti octo florenis auri puri boni et iusti ponderis hungaricalibus, plene ut dixit ab eisdem habitis et receptis, vendidisset, dedisset, tradidisset et contulisset iure perpetuo et irrevocabiliter possidendam, tenendam pariter et habendam, imo vendidit, dedit, tradidit et contulit eisdem coram nobis, assummendo nihilominus eosdem in pacifico dominio eiusdem contra quoslibet impetitores causidicos et actores propriis suis laboribus conservare et expensis expedire; ubi vero in dominio pacifico eiusdem conservare non posset, extunc eosdem in dominio alterius porcionis sue possessionarie in possessione Zenthgywrgh vocata in eodem comitatu Zaladiensi existente habite, utilitate, fructuositate, qualitate et quantitate equivalentis conservare teneatur, testimonio presencium mediante. Datum in festo beati Jacobi apostoli, anno domini M° quadringentesimo quinquagesimo sexto.

Hátlapján pecsét nyomaival; eredetije a gróf Draskovics család levéltárában 24. 21. Ugyanott megvan egy másik bizonyságlevele is a zalavári conventnek 1455-ből, mely szerint Csapi Tamás fia Máté Csapi, Szentgyörgy és Szentmiklós nevű Somogy vármegyei, s Lad, Zolna és Szentmihály nevű Somogy vármegyei birtokokban a maga részét négyszáz arany forintért zálogba adta; valamint a zalavári conventnek egy másik bizonyságlevél szerint 1456-ból Andi Balázs fia Ferencz Bagolya, Gyulafalva és Oth nevű

Zala vármegyei birtokokban a maguk részét Csapi Tamás fiának Andrásnak, nejének Ilonának és fiának Lászlónak eladta. Nagy Imre.

292. *László király Szegfalvi János-deákot mindenféle katonai beszállásolások alól fölmenti. Bécs, 1457. jun. 11.*

Relacio magnifici Pauli de Lindwa magistri ianitorum.

Nos Ladislaus dei gracia Hungarie Bohemie Dalmacie Croacie etc. rex, ac Austrie et Stirie dux, necnon marchio Moravie etc. memorie commendantes significamus tenore presencium quibus expedit universis, quod nos tum ad nonnullorum fidelium nostrorum suplicacionis instanciam pro parte fidelis nostri Johannis literati de Zegefalwa nostre propterea porrecte maiestati, tum etenim pro fidelibus serviciis per eundem uti edocemur nostre maiestati et sacre regni nostri Hungarie predicti corone sub temporum et locorum diversitate, iuxta sue possibilitatis exigenciam cum omni fidelitatis constancia exhibitis et impensis, eundem Johannem literatum quoad propriam suam dumtaxat personam, usque vite sue tempora ab ingressu quorumlibet exercituum tam per nos quam per alios quoscunque nostros capitaneos, contra quosvis nostros emulos ac regni et dominiorum nostrorum turbatores, quocumque temporum in eventu promulgandorum graciose eximendum duximus remittendum et supportandum, imo eximimus et de nostra regia benignitate supportamus presencium per vigorem. Quocirca vobis fidelibus nostris universis et singulis capitaneis, ductoribus, levatoribus et sollicitatoribus quorumlibet exercituum nostrorum, nunc constitutis et in futurum constituendis, presencium noticiam habituris, harum serie firmissime mandantes committimus, quatenus a modo deinceps prefatum Johannem literatum de Zegefalwa, quoad propriam suam ut premittitur dumtaxat personam, racione et pretextu non ingressionis prefatorum nostrorum exercituum, quocumque temporum in processu promulgandorum seu instaurandorum, in aliquo impedire molestare et damnificare, ac eundem ad ingrediendum eorumdem nostrorum exercituum contra formam premisse nostre exemcionis et gracie quoquo-

modo cogere et astringere, impedirique molestari et damnificari facere nullatenus presummatis nec sitis ausi modo aliquali gracie nostre sub obtentu, secus non facturi. Presentibus perlectis, exhibenti semper restitutis. Datum Wyenne, sabbato proximo post festum Penthecostes, anno domini Millesimo quadringentesimo quinquagesimo septimo, regnorum nostrorum anno Hungarie etc. decimo octavo, Bohemie vero quarto.

Eredetije a Szeghy cs. birtokában; hártyán, a szöveg alatt pecsét nyomaival. Közölve néhai Szeghy Miklós másolatából.

293. *A kapornaki convent előtt Egervölgyi János Póczaságod nevű birtokát Ebergényi Bereczk fiának Lászlónak elzálogosítja. 1457 nov. 15.*

Nos conventus ecclesie Sancti Salvatoris de Kapornak memorie commendamus, quod Sebastianus filius Johannis de Egerwelgh pro se personaliter, onera eciam et gravamina Benedicti et Georgii filiorum suorum in subscriptis per omnia super se recipiendo coram nobis constitutus, confessus est in hunc modum, quod ipse quibusdam suis defectibus sublevandis unam sessionem suam iobagionalem populosam in possessione Potzasagod vocata in comitatu Zaladiensi existente habitam, in qua Bartholomeus iobagio suus resideret, simul cum cunctis suis utilitatibus et pertinenciis quibuslibet, preterea duo iugera terrarum suarum arabilium simulcum quadam particula feneti sui in diverticulis earumdem terrarum in facie eiusdem possessionis Potzasagod existencium, Ladislao filio Briccii de Ebergen pro tribus florenis auri hungaricalibus boni et iusti ponderis ac duobus pensis denariorum viennensium, ut dixit ab eodem receptis, pignori obligasset imo impignoravit coram nobis tali modo, ut dum et quandocumque sibi vel predictis filiis suis facultas redimendi suppeteret, extunc idem Ladislaus pretactas sessionem iobagionalem ac duo iugera terrarum arabilium et particulam feneti ipsis pacifice remittere debeat et resignare. Assummendo nihilominus eundem in dominio earumdem infra tempus redemcionis contra quoslibet impetitores tenere et conservare suis propriis laboribus et expensis testi-

monio presencium mediante. Datum feria tercia proxima post festum beati Briccii episcopi et confessoris, anno domini Millesimo quadringentesimo quinquagesimo septimo.

Hátlapján pecsét nyomaival; eredetije a Szeghy cs. birtokában. Közölve néhai Szeghy Miklós másolatából.

294. *Mátyás király István kapornaki apátnak esküt ítél arra, hogy zágorhidai és zelchi jobbágyaival Zewchi Bereczk fiát Jánost nem ő ölette meg. Buda, 1458. máj. 1.*

Nos Mathias dei gracia rex Hungarie Dalmacie Croacie etc. Damus pro memoria, quod Dominicus (filius Briccii) de Zewlcz pro se personaliter ac pro Paulo fratre suo nec non Laurencio filio Jacobi Petri cum procuratoriis literis conventus ecclesie de Kapornok iuxta continenciam literarum conventus ecclesie Zaladiensis inquisitoriarum evocatoriarum et insinuatoriarum, octavo die festi beati Georgii martyris in figura iudicii personalis presencie nostre maiestatis comparendo, contra religiosum virum fratrem Stephannm abbatem ecclesie de Kapornok proposuit eo modo, quod cum Johannes filius dicti condam Briccii frater eorumdem exponencium, in festo beati Michaelis archangeli proxime preteritum de ecclesia parochiali in possessione Barlahyda constructa in comitatu Zaladiensi habita, post audicionem misse rursus domum suam redire habuisset, tunc religiosus frater Stephanus abbas de Kapornok nec non alii eiusdem familiares missis et destinatis Johanne filio Johannis, Mathia filio alterius Johannis, Paulo, Blasio, Georgio et Anthonio filiis Bartholomei iobagionibus ipsorum in Zagorhyda et Zeltz possessionibus vocatis commorantibus, eundem Johannem fratrem eorumdem exponencium sine omni culpa nece miserabili interemissent potencia eorum mediante, in eorumdem exponencium preiudicium atque damnum, et hec sic facta fore exhibicione unius litere inquisitorie dicti conventus Zaladiensis nobis ad nostra regia mandata rescripte comprobando, eisdem Dominico, Paulo et Laurencio ex parte antedicti abbatis in causam attracti per nostram maiestatem in premissis iuris equitatem postulavit impertiri. Quo audito Gregorius de Mantha pro antefato Stephano

abbate cum procuratoriis literis eiusdem conventus de Kapornok in nostram personalem presenciam exurgendo, respondit ex adverso, quod idem Stephanus abbas in totali premissa accione et aquisicione dictorum Dominici, Pauli et Laurencii innocens esset penitus et immunis, et in eo eundem fratrem Stephanum abbatem dominum suum in signum innocencie sue prenotate ad attestacionem universorum vicinorum et commetaneorum ac nobilium comprovincialium committere, antefato procuratore dictorum actorum eosdem ad ipsam communem inquisicionem non submitteret, sed signum duelli de pugile ipsorum pugili antefati fratris Stephani dimicandi porrigebat; et quia antefatus procurator ipsum signum duelli de pugile dicti domini sui non acceptabat, sed eidem in premissis aliud iudicium preberi postulabat, pro eo his perceptis iudicando commisimus eo modo, ut antefatus frater Stephanus abbas duodecimo se nobilibus, ita videlicet, quod ipse Stephanus abbas racione sue dignitatis sola sua in persona pro decem personis nobilium in stallo suo in eadem ecclesia de Kapornak habito octavo die festi nativitatis beati Johannis Babtiste nunc venturi coram testimonio conventus ecclesie Zaladiensis, quod per ipsum conventum illac serie presencium transmitti iubemus, vestibus suis pontificalibus indutus, sceptrum suum pastorale in manu sua simistra tenendo, manumque suam dextram ad pectus suum ponendo, ad consciencie sue puritatem et regularitatem ordinis sue dicere et referre, tandemque predicti duo nobiles coniuratores sui in eadem ecclesia de Kapornak coram predicto testimonio conventus Zaladiensis super eo, quod idem Stephanus abbas in totali premissa accione et aquisicione dictorum Dominici, Pauli et Laurencii actorum innocens esset penitus et immunis, sacramenta prestare, et dehinc ipsarum iuramentalium deposicionum series ut fuerit expediens partes in literis dicti conventus Zaladiensis ad vigesimum quintum diem festi beati regis Stephani nunc venturi legitime perdurando reportare debeant et teneantur. Datum Bude, octavo die supradicto, anno domini Millesimo quadringentesimo quinquagesimo octavo.

Zárlatán vörös viaszba nyomott pecsét töredékeivel; erede-

tije a vasvár-szombathelyi káptalan levéltárában. «Kapornakiana» F. A. 3. Nagy Imre.

295. *I. Mátyás király új adománylevele Erenyei Pogány Dénes, a Csebi Pogány család őse részére, Erenye vagy Tamásfalva, Töttös-Erenye, Kis-Görbő, Dabroncz és Absa nevű birtokokról. Buda, 1458. jun. 26.*

Nos Mathias dei gracia rex Hungarie Dalmacie Croacie etc. memorie commendantes tenore presencium significamus quibus expedit universis, quod nos consideratis fidelitatibus, et fidelium serviciorum meritis fidelis nostri Dionisii Pogan de Enyere, per eum primum sacre dicti regni nostri Hungarie corone et tandem maiestati nostre sub locorum et temporum varietate iuxta sue possibilitatis exigenciam laudabiliter exhibitis et impensis, possessiones Enyere predictam alio nomine Thamasfalwa, Thithewsenyere, Kyskerbw, Dabroncz et predium Absa, omnino in comitatu Zaladiensi existentes et habitas, in quarum pacifico dominio prefatus Dionisius progenitores suos ab antiquo perstitisse, seque ac Emericum et Thomam frates suos carnales persistere asserit eciam de presenti, item totum et omne ius nostrum regium, si quod in eisdem qualitercumque haberemus, aut nostram ex quibuscunque causis, viis, modis et racionibus concernerent maiestatem, simulcum cunctis earumdem utilitatibus et pertinenciis quibuslibet, videlicet terris arabilibus cultis et incultis, agris, pratis, pascuis, campis, fenetis, silvis, rubetis, nemoribus, montibus, vallibus, vineis, vinearum promontoriis, aquis, fluviis, piscinis, piscaturis, aquarum decursibus, molendinis molendinorumque locis et generaliter quarumlibet utilitatum et pertinenciarum suarum integritatibus, quovis nominis vocabulo vocitatis, ad easdem de iure spectantibus et pertinere debentibus, sub suis veris metis et antiquis limitibus, premissis sic ut prefertur stantibus et se habentibus, memorato Dionisio et per eum prefatis Emerico et Thome fratribus suis de predicta Enyere, ipsorumque heredibus et posteritatibus universis, nove nostre donacionis titulo dedimus, donavimus et contulimus, imo damus, donamus et conferimus iure perpetuo et irrevocabi-

liter tenendas, possidendas pariter et habendas, salvo iure alieno, harum nostrarum vigore et testimonio literarum mediante, quas in formam nostri privilegii redigi faciemus dum nobis in specie fuerint reportate. Datum Bude, feria secunda proxima post festum nativitatis beati Johannis Baptiste, anno domini Millesimo quadringentesimo quinquagesimo octavo.

relacio Michaelis Orsag ianitorum regalium magistri.

Hártyán, belől pecsét maradványaival; eredetije a vasvár-szombathelyi kápt. ltárában «Pogányiána» B. 7. Nagy Imre.

296. *A zalavári convent előtt Nádasdi Darabos László és Hosszutóti Ambrus fiai, a Marczali Vajdafi János által nekik elzálogosított s Békavárához tartozó Kolon, Magyaród, Szentiván, Hidvég, Egenföld, Bethefalva, Szentgyörgy, Mándhida és Orbánosfalva nevű birtokokat Sitkei Antalnak zálogba adják. 1458. dec. 15.*

Nos conventus monasterii beati Adriani martyris de Zala memorie commendamus per presentes, quod Ladislaus Darabos de Nadasd ac alter Ladislaus et Michael filii Ambrosii de Hozywtoth, iidem eciam Ladislaus Darabos Johannis filii, ac Georgii, Blasii et Laurencii patruelium fratrum suorum, ipsi vero Ladislaus et Michael de Hozywtoth, Demetrii, Petri, Johannis, Stephani et Ambrosii filiorum dicti condam Ambrosii de Hozywtoth fratrum suorum, si iidem in subscriptis persistere nollent, in se ipsos assummendo et recipiendo, coram nobis personaliter constituti, confessi sunt in hunc modum, quod ipsi pro quibusdam suis et aliorum predictorum defectibus sublevandis ipsos ad presens urgentibus evitandis, directas et equales medietates possessionum Kolon, Magyarad, Zenthywan, Hydweg, Hegenfölde, Bethefalwa, Zenthgywrg, Mandhyda et Vrbanusfalwa vocatarum in comitatu Zaladiensi existencium habitarum, alias ipsis et aliis predictis per magnificum dominum Johannem filium vaivode de Marczaly mediantibus certis literis impignoraticiis pignori obligatas, nobili Anthonio filio Dionisii de Zythke *(így)* pro eadem summa pecunie pro qua ipsis impignorate sunt, utputa trecentis et septuaginta duobus florenis auri hungaricalibus boni et iusti ponderis, ab eodem

ut dixerunt habitis et levatis, pariter cum cunctis earum utilitatibus et pertinenciis quibuslibet, prout ipsis possidende incumbissent, imo impignorarunt coram nobis testimonio presencium mediante. Datum feria sexta proxima post festum beate Lucie virginis, anno domini Millesimo quadringentesimo quinquagesimo octavo.

Hátlapján kerek pecsét töredékeivel; eredetije a zala-apáti orsz. ltárban. Lad. I. 4. 265. Kívül: «Impignoratorie Ladislai Darabus, alterius Ladislai Hozywtoth ad Bekawar pertinenciis quibuslibet Anthonio de Sythke». Véghely D.

297. *I. Mátyás király tekintetbe véve azt, hogy Kanizsai László és Miklós pártjára állottak, addig míg váraik Frigyes császár kezén lesznek, a Zala vármegyei kamara-hasznot nekik adományozza.*
Buda, 1459. apr. 24.

commissio propria domini regis.

Nos Mathias dei gracia rex Hungarie Dalmacie Croacie etc. significamus tenore presencium quibus expedit (universis), quod quia fidelis noster sincere dilectus magnificus Ladislaus de Kanysa vaivoda Transilvanus etc. de fide et fidelitate sua ac (egre)gii Nicolai de eadem Kanysa fratris sui, perpetue nobis observanda, literis suis mediantibus, nostram maiestatem prestito corporali iuramento certam reddidit, preterea expressit in dictis suis literis, quod quamdiu ipse et dictus Nicolaus frater suus vixerint, nobis simulcum omnibus castris, fortaliciis et domibus suis semper fideles erunt nobisque semper sicuti regi Hungarie debitam obedienciam et reverenciam exhibebunt et facient, et nobis viventibus neminem alium pro rege Hungarie nominabunt nec habebunt, ac nobis contra omnes rebelles nostros et regni nostri emulos et signanter contra Fridericum Romanorum imperatorem firmiter assistent et nos iuxta eorum posse iuvabunt, nec beneficio nec favore seu iniuria aut odio vel timore cuiuscumque a fidelitate et obediencia nostra recedent, nobis eciam in rebus nostris et regni nostri iuxta ipsorum intelligenciam fideliter consulent, ideo nos interim donec castra et bona eorum nunc in manibus prefati Friderici Romanorum imperatoris habita ab eodem occuparemus

et ipsis Ladislao et Nicolao redderemus, lucrum camere nostrum de comitatu Zaladiensi nobis et fisco nostro regio annis singulis proveniens, eisdem Ladislao et Nicolao de Kanysa duximus deputandum, imo deputamus, harum literarum nostrarum quibus secretum sigillum nostrum quo ut rex Hungarie utimur est appensum, vigore et testimonio mediante. Datum Bude, in festo beati Georgii martyris, anno domini Millesimo quadringentesimo quinquagesimo nono.

Hártyán, világos kék selyem zsinóron függő pecséttel: eredetije az orsz. ltárban N. R. A. 95. 6. dipl. oszt. 15354. Nagy Imre.

298. *I. Mátyás király Unyomi Miklós sümegi várnagyot, a tapolczai, kapornaki és szentbalázsi sótárak kamarássává nevezi ki és javadalmait meghatározza. Buda, 1459. jun. 11.*

relacio Johannis de Labatlan comitis siculorum.

Nos Mathias dei gracia rex Hungarie Dalmacie Croacie etc. significamus tenore presencium quibus expedit universis, quod quia nos de fidelitate fidelis nostri egregii Nicolai de Wnyan castellani castri Simeg ad plenum confidentes eundem in camerarium salium nostrorum Thapolcza, Kapornok et Zenthbalas prefecimus, ideo iam volentes utilitati earumdem camerarum consulere, omnes sales quos nos et camerarii nostri de nostro mandato pro fideli dispensacione eorumdem annotato Nicolao castellano et camerario dederimus et assignaverimus vel dicti camerarii dederint et assignaverint, singulos centum sales pro singulis quatuor florenis auri dabimus et assignabimus; facta autem dispensacione eorumdem salium per ipsum Nicolaum castellanum et camerarium fienda, habita super dictis salibus dispensatis cum eodem Nicolao castellano calculacione, ab eodem singulos centum sales pro singulis quinque florenis auri in numerum et racionem recipiemus. Volumus preterea ut precia eorumdem salium, pro quibus ipse eosdem sales de aliis cameris nostris, ad prefatas cameras nostras Thapolcza, Kapornok et Zenthbalas deferri fecerat, ad numerum et racionem nostre maiestatis defalcentur imo defalcabimus harum literarum nostrarum vigore et testimonio mediante.

Datum Bude, in festo beati Barnabe apostoli, anno domini Millesimo quadringentesimo quinquagesimo nono.

A szöveg alá nyomott pecséttel; eredetije a körmendi ltárban Véghely D.

299. *I. Mátyás király Nádasdi Darabos Lászlónak és Jakab fiainak valamint Molnári Pispek Domokosnak, Szabar nevű birtokban vámszedési jogot adományoz. Buda, 1459. sept. 7.*

relacio Emerici de Hedrehwara magistri curie regie.

Nos Mathias dei gracia rex Hungarie Dalmacie Croacie etc. memorie commendamus tenore presencium significantes quibus expedit universis, quod nos pensatis fidelitatibus et fidelium serviciorum meritis fidelis nostri egregii Ladislai Darabus de Nadasd, per eum primum sacre huius regni nostri Hungarie corone tandemque maiestati nostre sub locorum et temporum varietate cum omni fidelitatis constancia exhibitis et impensis, signanterque illo respectu, quod idem Ladislaus in omnibus exercitualibus expedicionibus per nos contra theotonicos, huius regni nostri emulos instauratis, persona et rebus suis fortune casibus submissis semper interfuit; volentes igitur eidem aliquales nostre maiestatis benivolencie primicias exhibere, eidem Ladislao Darabos et per eum Dominico Pyspek de Molnar ac Gregorio Laurencio Blasio filiis Jacobi de dicta Nadasd, ipsorumque heredibus et posteritatibus universis, id ex gracia nostra speciali duximus annuendum et concedendum, imo annuimus et concedimus presencium per vigorem, ut ipsi in possessione eorum Zabar vocata in comitatu Zaladiensi existenti et habita, intra cuius veras metas quamplures rivuli et loca lutosa pontibus indigencia fore perhibentur, tributum instituere ac ibidem erecta rota, instar aliorum regnicolarum morem tributa tenencium, a viatoribus et transeuntibus perpetuis semper successivis temporibus universis verum et iustum tributum exigere valeant atque possint, absque tamen preiudicio aliorum tributorum; ita tamen, quod prefatus Ladislaus ac alii prescripti ipsorumque heredes universi dictos rivulos et loca pontibus extruere *(igy)* et aggeribus perpetuis semper temporibus munire debeant

et teneantur, alioquin presens nostra gracia nullis vigoris sit et habeatur. Quocirca vos universos mercatores, institores et cunctos alios viatorum homines presentibus affidamus et assecuramus, quatenus per dictum pontem circa dictam possessionem Zabar in dictis locis lutosis existentem veniatis ad dictum tributum in prescripta possessione Zabar institutum, persolutisque inibi vestris iustis tributis, ad propria vel alia quecunque malueritis loca, sub nostra proteccione et tutela speciali redeatis; hec autem per fora et alia loca publica volumus palam facere proclamare. Presentes quas sigillo nostro secreto quo ut rex Hungarie utimur impressive consignari fecimus, post earum lecturas reddatis presentanti. Datum Bude, in vigilia nativitatis beate Marie virginis, anno domini Millesimo quadringentesimo quinquagesimo nono.

Hártyán, belől pecsét maradványaival; eredetije a N. Muzeumban. Nagy Imre.

300. *A csornai convent előtt Kanizsai Miklós és László, Szentgyörgyvárát vagy Békavárát az ahoz tartozó húsz birtokkal együtt, Kemenfalvi Török Ambrusnak és Gebárti Lőrincznek háromezer forintért zálogba adják. 1461. aug. 1.*

Nos conventus monasterii beati Michaelis archangeli de Chorna memorie commendamus, quod magnifici domini Nicolaus de Kanysa comes Soproniensis ac Ladislaus frater eiusdem de eadem inter cetera vaivoda Transilvaniensis, coram nobis personaliter constituti, onus et gravamen quorumlibet fratrum et prolium suorum si in infrascriptis persistere nollent in se recipiendo, vive vocis oraculo confessi sunt eo modo, quomodo ipsi pro quibusdam necessitatibus ipsorum ad presens eosdem urgentibus, tria milia florenorum auri hungaricalis monete veri et iusti ponderis, ab egregiis Ambrosio Therek de Kemenfalua et Laurencio de Gebarth castellanis ipsorum de Zenthgerwara sub spe restitucionis mutuo recepissent, accomodassent et levassent, pro quibus tribus milibus florenis auri predictum castrum ipsorum Zenthgerwara alio nomine Bekawar nuncupatum in comitatu Zaladiensi habitum, simulcum quibuslibet pertinenciis

ac utilitatibus ad ipsum castrum spectantibus, puta possessionibus Zenthgergh, Bethefalwa, Mand, Zenthlazlo, Senycze, Zenthmihal, Kwrthwes, Kethyda, Orbanusfalwa, Gerse, Mihald, Isthwand, Magyarad, Porzombathya, Kolon, Magyarad, Zenthywan, Hydwegh, Hegenfelde et Hozywfalw vocatis, similiter in predicto comitatu Zaladiensi existentibus et habitis, taxis eciam ordinariis et extraordinariis ex eisdem possessionibus annuatim provenire debentibus, pignori obligassent, imo obligarunt coram nobis, tali condicione mediante, quod quandocumque iidem domini de Kanysa aut heredes eorum predictum castrum cum suis pertinenciis ab eisdem Ambrosio et Laurencio vel eorum heredibus redimere possent, extunc iidem idem castrum cum suis pertinenciis, eisdem, rehabita pecunia eorum antedicta, remittere deberent et tenerentur. Assummendo nihilominus iidem domini de Kanysa ipsos Ambrosium et Laurencium medio tempore in pacifico dominio predicti castri et pertinenciarum eiusdem contra quoslibet impetitores intra et extra iudicium semper et ubique protegere, conservare, tueri et defensare propriis ipsorum laboribus et expensis, quod si iidem magnifici Nicolaus et Ladislaus id facere nollent, non curarent aut non possent, extunc in dominium alterius castri ipsorum Lewka vocati in comitatu Soproniensi habiti et universarum pertinenciarum eiusdem more et ordine premisso impignoracionis titulo introire, descendere idemque cum suis pertinenciis tamdiu tenere, conservare et uti valeant atque possint, quousque ipsis de et super premissis tribus milibus florenis auri omnimoda impenderetur satisfaccio, tali eciam obligamine adiecto, quod si idem domini Nicolaus et Ladislaus de Kanisa iamtactos Ambrosium et Laurencium ac consortes nec non soboles ipsorum quavis de causa vel exquisito fraude dolositatis, quod absit, in dominiis iamfatorum castrorum et pertinenciarum eorumdem tenere conservare nollent, vel ipsos sine solucione pecuniaria prenotata excluderent, extunc iidem Ambrosius et Laurencius eosdem in primis octavis eo tempore occurrentibus, in causam attrahere valeant, iidem domini de Kanysa in eisdem octavis in facto potencie et sentencia capitali convincerentur eo

facto. Ad que omnia premissa idemque domini de Kanysa se sponte obligarunt coram nobis vigore presencium mediante. Datum in festo advincula beati Petri apostoli, anno domini Millesimo quadringentesimo sexagesimo primo.

Hátlapján pecsét nyomaival; eredetije az orsz. ltárban N. R. A. 22. 73. dipl. oszt. 15624. Nagy Imre.

301. *I. Mátyás király adománylevele Böröndi és Csatár nevű birtokokról, Gersei Pető Miklós és János részére. Buda, 1464.*

commissio propria domini regis.

Nos Mathias dei gracia rex Hungarie Dalmacie Croacie etc. memorie commendamus tenore presencium significantes quibus expedit universis, quod nos attentis et consideratis fidelitatibus et fidelibus serviciis fidelium nostrorum magnifici et egregiorum Nicolai filii condam Ladislai Pethew dicti, necnon Johannis et Georgii filiorum condam Petri similiter Pethew de Gerse, per eos primum sacre dicti regni nostri Hungarie corone, tandemque condam illustri principi domino Johanni de Hwnyad comiti perpetuo Bistriciensi ac olim dicti regni nostri Hungarie gubernatori felicis recordacionis, genitori nostro carissimo, consequenterque nostre maiestati in cunctis nostris et regni nostri negociis, prosperis scilicet et adversis, cum summa fidelitatis constancia exhibitis et impensis, porcionem possessionariam in possessione Berend in comitatu Zaladiensi existente habitam, que alias condam Pauli de dicta Berend prefuisse, sed per defectum seminis eiusdem iuxta antiquam et approbatam regni nostri consvetudinem ad nostram maiestatem devoluta esse perhibetur, item totum et omne ius nostrum regium si quod in possessione Chatar vocata in dicto comitatu Zaladiensi existente et habita, quam nunc nobiles Georgius Laurencius et Andreas Theryek dicti de Zenthelsebeth possidere dicuntur, haberemus, aut nostram ex quibuscunque causis, viis, modis et racionibus concernerent maiestatem, simul cum cunctis ipsarum utilitatibus et pertinenciis quibuslibet, terris scilicet arabilibus cultis et incultis, agris, pratis, pascuis, fenetis, silvis, nemoribus, montibus, vallibus, vineis, aquis, fluviis, piscinis, aquarumque decursibus, molendinis et mo-

lendinorum locis, et generaliter quarumlibet utilitatum et pertinenciarum suarum integritatibus, quovis nominis vocabulo vocitatis, sub suis veris metis et antiquis, premissis sic ut prefertur stantibus et se habentibus, memoratis Nicolao Johanni et Georgio Pethew ipsorumque heredibus et posteritatibus universis in perpetuum dedimus, donavimus et contulimus, imo damus, donamus et conferimus iure perpetuo et irrevocabiliter tenendas, possidendas pariter et habendas, salvo iure alieno, harum nostrarum vigore et testimonio literarum mediante, quas in formam nostri privilegii redigi faciemus, dum nobis in specie fuerint reportate. Datum Bude, sabbato proximo ante festum beati Georgii martyris, anno domini Millesimo quadringentesimo sexagesimo quarto, regni nostri anno septimo, coronacionis vero primo.

Hártyán, alól pecséttel; eredetije a gr. Festetics cs. keszthely ltárában, Zaladien. 161. Nagy Imre.

302. *Pálóczi László országbíró, Bucsai Gergely kérésére, Haraszti Taplan Jánost, Csányi Tamást és Sitkei Gothárd fiát Jánost s ezek nejeit és fiait, Bucsa, Szentmihály, Besenyő, Liszkó, Várfölde, Nagyfalu másképp Fancska és Szentlőrincz nevű birtokokban történt foglalás és hatalmaskodás miatt, a kapornaki convent által megidézteti. 1464. jul. 9.*

Amicis suis reverendis conventui ecclesie de Kapornuk comes Ladislaus de Palocz iudex curie serenissimi principis domini Mathie dei gracia Hungarie Dalmacie Croacie etc. regis, amiciciam paratam cum honore. Dicitur nobis in persona Gregorii filii Clementis de Bwcha, quomodo temporibus disturbiorum preteritis, videlicet post obitum condam domini Alberti regis, Johannes Taplan de Harazth ac nobilis domina Katherina consors eiusdem et alter Johannes filius Gothardi de Sythke ac domina Anestasia consors, necnon Jacobus, Ladislaus, Vincencius, Stephanus et Lazarus filii eiusdem et Thomas de Chan ac domina Katherina consors eiusdem, totales porciones possessionarias condam Gregorii de Bessenew et condam Laurencii de Bwcha fratrum ipsius exponentis condivisionalium, in possessionibus Bwcha pre-

dicta ac Zenthmyhal, Bessenew, Lyzko, Varfelde, Nagfalw, alio nomine Fanchka et Zenthlewryncz vocatis in comitatu Zaladiensi existentibus habitas, que in ipsum exponentem per mortem eorumdem Gregorii et Laurencii hereditario et successorio iure devolute et condescense extitissent, minus-iuste et indebite ac via iuris sine omni pro se ipsis occupassent et occupatas tenerent de presenti. His non contentus, idem Johannes Taplan assumtis secum certis familiaribus et hominibus suis, similiter his novissime elapsis temporibus ad domum et curiam cuiusdam Georgii parvi iobagionis ipsius exponentis in dicta Zenthlewryncz commorantis irruendo, ibidem eundem Georgium parvum nullis suis culpis exigentibus, dire et acriter verberassent semivivum reliquendo; item Andreas Hodaz et Franciscus Kowach, iobagiones dicti Johannis Taplan in dicta Zenthmyhal commorantes, ex commissione eiusdem Johannis domini ipsorum, ac dicti alterius Johannis filii Gothardi circa festum Nativitatis domini proxime preteritum, quendam Bartholomeum iobagionem dicti exponentis in predicta Zenthmyhal commorantem, in eadem possessione Zenthmyhal nece miserabili interemissent, potencia mediante, in preiudicium et damnum dicti exponentis valde magnum. Super quo vestram amiciciam presentibus petimus diligenter, quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio fidedignum, quo presente Bartholomeus filius Johannis de Hazwgd aut alter Bartholomeus filius Georgii de eadem vel Valentinus Toth dictus de Kerechen an Benedictus filius eiusdem seu Franciscus de Donathaza sin Benedictus de Tytews sive Elias de Eghazasbwcha aliis absentibus homo noster, scita prius premissorum mera veritate, ad prefatum Johannem Tapan et alios predictos accedendo, ammoneat eosdem dicatque et committat eisdem verbo regio, ut ipsi predictas porciones ipsius exponentis possessionarias modo premisso occupatas, prefato exponenti remittere debeant et teneantur, qui si fecerint benequidem, alioquin evocet prefatum Johannem Taplan de Harazth et nobilem dominam Katherinam consortem eiusdem et alios predictos contra predictum exponentem ad octavas festi beati Jacobi apostoli nunc venturi, regiam

in presenciam, racionem de premissis reddituros efficacem, litis pendencia si qua foret inter ipsos non obstante; insinuando ibidem eisdem ut sive ipsi octavis in predictis coram dicto domino nostro rege compareant sive non, nos ad partis comparentis instanciam id faciemus in premissis, quid iuri videbitur expediri; et post hec huiusmodi inquisicionis, amonicionis evocacionis et insinuacionis seriem cum nominibus evocatorum, ad easdem octavas dicto domino nostro regi fideliter rescribatis. Datum Bude, feria secunda proxima ante festum Divisionis Apostolorum, anno domini M° quadringentesimo sexagesimo quarto.

A kapornaki conventnek a felsőbüki Nagy cs. ltárában őrzött s ugyancsak 1464-ben kelt jelentéséből, mely szerint a panaszoltak Pethőbucha nevű birtokról idéztettek meg. Véghely D.

303. *A kapornaki convent bizonyítványa Csapi András végrendeletéről, melyben alább felsorolt huszonnégy birtokát leányainak hagyja. 1465. jun. 5.*

Omnibus Christi fidelibus presentibus pariter et futuris, presencium noticiam habituris, conventus ecclesie sancti Salvatoris de Kapornak salutem in omnium salutis largitore. Omnis calumnie via precluditur et omnis tunc ambiguitas tolli solet, cum id quod agitur et debet stabile permanere literarum testimonio, sicut sapientum sanxit auctoritas, roboratur. Proinde ad universorum tam presencium quam futurorum noticiam harum serie volumus pervenire, quod nos ad instanciam, et legitimam peticionem egregii Andree de Chapy nobis nomine et in persona eiusdem Andree de Chapy ea racione factam, quod ipse Andreas Chapy quadam nunc gravi detentus corporis sui infirmitate, pro infrascripta fassione facienda in nostram personaliter venire nequivisset presenciam, duos igitur ex nobis religiosos, videlicet fratres Gregorium et Johannem presbyteros et socios nostros conventuales ad audiendum et intelligendum huiusmodi infrascriptam fassionem prefati Andree Chapy, nostris pro testimoniis fidedignos duximus destinandos, qui tandem exinde ad nos reversi, nobis pariformiter retulerunt in hunc modum, quod ipsi in festo Omnium Sanctorum proxime preterito-

rum ad possessionem Chapy accessissent, ibique prenominatus Andreas Chapy personaliter coram prefatis sociis nostris conventualibus cum sollennitate consveta et debita viva eius voce constitutus extitisset, onera eciam et quelibet gravamina universorum fratrum proximorum et consangvineorum suorum, quos presens concerneret vel concernere posset negocium super se ipsum assummendo et levando, sponte libere ac animo deliberato dixisset et confessus fuisset in hunc modum: quomodo ipse considerasset et animo diligenter revolvisset amorem et dileccionem filiarum suarum, videlicet Elene, Anne, Elizabet et Apolonie, easdem igitur filias Elenam, Annam, Elizabet et Apoloniam in totalibus bonis porcionibusque et iuribus possessionariis suis in possessionibus Zenthgywrgh, Chapy, Bochyta, Wayda et predia *(igy)* Agh alio nomine Nagandreasnehaza, Thymusteleke, Kyswayda et Kysthelek, necnon porciones possessionarias *(igy)* in possessionibus Zenthwyzlo, Magyarad, Istwand, Porzombathya, Zenthmyklos, Reche, Stolcz, And, Babolya, Bagholya, Zenthpetherwr in Zaladiensi, item possessionem Ormanhyda ac porciones possessionarias Lad, Zolna, Zenthmyhal et Chee in Simigiensi comitatibus existentes habitas, ac aliis ubivis et in quibuscunque comitatibus in ambitu regnorum *(igy)* Hungarie adiacentibus, in universis eciam utilitatibus et pertinenciis earumdem quibuslibet, curiis scilicet nobilitariis ac domibus et edificiis, sessionibusque iobagionalibus scilicet et desertis, necnon terris arabilibus cultis et incultis, agris, pratis, campis, pascuis, fenerum silvis, nemoribus, rubetis, vineis vinearumque locis ac promontoriis, et quibuslibet nonis vinorum et tributis moncium seu iuribus montanis ac múneribus, generaliter vero quibuslibet utilitatibus et proprietatibus quocunque nominis vocabulo vocitatis, ad easdem de iure et ab antiquo spectantibus et pertinere debentibus, tanquam veras et legitimas filias suas (heredes successoresque) universos in suis premissis universis bonis et iuribus possessionariis (intromisisset testamentaliterque eisdem legasset, coram prefatis nostris testimoniis, imo dedit, donavit, contulit) legavitque iure perpetuo irrevocabiliter in filios filiorum heredumque per heredes pos-

teritatibus et successoribus earumdem universis, harum nostrarum vigore et testimonio literarum mediante. Datum feria quarta post Penthecosten, anno domini Millesimo quadringentesimo sexagesimo quinto.

Hátlapján pecsét nyomaival; eredetije a gr. Draskovics cs. ltárában. Ugyanott megvan a kapornaki convent 1535-ik évi átiratában is, Bajnai Both György és János kérésére kiállítva. Közölve Beliczay Jónás másolatából.

304. *A zalavári convent előtt a Goad nemzetségből való Kerecseni Péter, fiaival és nővérével egyetemben, Bagolya nevű birtokban és Othy nevű pusztában a maguk részét Csapi Andrásnak eladják. 1468. jan. 18.*

Nos conventus ecclesie beati Adriani martyris de Zala, memorie commendamus tenore presencium significantes quibus expedit universis, quod Petrus filius condam Laurencii de Kereczen, necnon Georgius et Michael filii eiusdem Petri, item nobilis domina Elizabeth vocata relicta condam Michaelis de Kal filia videlicet prefati condam Laurencii Kerechen de genere seu progenia *(igy)* similiter condam alterius Petri filii Kemyn de Goad procreati, prefatus Petrus filius dicti condam Laurencii de Kerechen ac filii sui prescripti, onera et quelibet gravamina Pauli Sebastiani Valentini et Ambrosii filiorum et nobilis puelle Dorothee filie eiusdem Petri de predicta Kerechen, necnon prefata domina Elizabeth vocata similiter onus et quelibet gravamen *(igy)* nobilium puelle Elene filie sue si in infrascriptis persistere nollent, in se ipsos recipiendo ab una, parte vero ab altera Egregius Andreas de Chapy coram nobis personaliter constituti, per eosdem Petrum filium Laurencii de iamdicta Kerechen, necnon Georgium et Michaelem filios eiusdem Petri ac nobilem dominam Elizabeth vocatam sub oneribus predictis in se ipsos assumtis sunt confessi et relati in hunc modum, quod ipsi pro quibusdam ipsorum et aliorum prescriptorum quorum onera modo prescripto in se ipsos recepissent defectibus sublevandis ipsos ad presens urgentibus evitandis, totalem porcionem tam ipsorum quam eciam aliorum prescriptorum quorum onera modo iamdicto in se recepissent,

possessionariam in possessione Bagolya et predio Othy vocatis in comitatu Zaladiensi existentibus, consequenterque quandam unam sessionem iobagionalem in predicta possessione Bagolya vocata in linea meridionali in fine eiusdem a plaga occidentali simulcum omnibus earumdem utilitatibus, utputa terris arabilibus, agris, pratis et nemoribus, silvis rubetis aquis aquarumque decursibus, molendinis molendinorumque locis, montibus vallibus vineis vinearumque promontoriis, et generaliter quarumlibet pertinenciis integritatibus quovis nominis vocabulo vocitatis ad easdem spectantibus, egregiis Andree de Chapy predicto et domine Elene consorti eiusdem eorumdemque heredibus et successoribus universis pro sexaginta florenis auri puri hungaricalibus boni veri et iusti ponderis, ut dixerunt prius ab eisdem receptis et habitis, perpetue dedissent, vendidissent et tradidissent, imo dederunt vendiderunt et tradiderunt sub oneribus predictis modo premisso in se ipsos assumtis, iure perpetuo et irrevocabiliter possidendas tenendas pariter semper et habendas, assummentes nihilominus sub oneribus predictis modo premisso in se ipsos assumtis, in pacifico dominio earumdem eosdem Andream de Chapy et dominam consortem eiusdem eorumdemque heredes perpetue propriis eorum laboribus et expensis tueri protegere et conservare, vigore et testimonio presencium mediante, presentes in forma nostri privilegii redigi faciemus dum eedem in specie fuerint reportate. Datum in festo beate Prisce virginis, anno domini Millesimo quadringentesimo sexagesimo octavo.

. Hátlapján pecsét nyomaival; eredetije a gr. Draskovics cs. ltárában. 25. 41. Közölve Beliczay Jónás másolatából.

305. *Gúthi Ország Mihály nádor a vasvári káptalant kiküldi, hogy vizsgálatot tartson a felett, hogy a kapornaki convent birtokát Ecséren, Ecséri László elfoglalta-e. Csákány, 1468. máj. 5.*

Amicis suis capitulo ecclesie Castriferrei, Michael Orzag de Guth regni Hungarie palatinus et iudex comanorum, amiciciam paratam cum honore. Dicitur nobis in personis reverendi in Christo patris domini Stephani episcopi

Streveriensis gubernatoris abbacie de Kapornok et conventus loci eiusdem, quod licet alias condam frater Nicolaus abbas de dicta Kapornok loci eiusdem predecessor scilicet ipsorum exponencium iuxta continenciam literarum ipsorumque donacionalium superinde confectarum, quandam possessionem ipsius abbacie de Kapornok Echyr vocatam, iuxta aquam Balathon in comitatu Zaladiensi existentem et habitam, sub certis condicionibus et articulis literis in eisdem specificatis, cuidam condam comiti Bartha filio Juachyni dederit et contulerit, tandemque per defectum seminis dicti comitis Bartha predicta possessio Echyr e converso in predictam abbaciam de Kapornak redundata fuerit et revoluta, tamen expost his proxime elapsis temporibus Ladislaus de Echyr nescitur quibus respectibus, dictam possessionem Echyr ipsius abbacie de Kapornak ab eadem abbacia consequenterque manibus exponencium pro se ipso minus iuste et indebite occupasset ocupatamque teneret et eadem uteretur eciam de presenti, potencia mediante, in preiudicium et damnum dictorum exponencium valde magnum; super quo vestram amiciciam presentibus petimus diligenter, quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio fidedignum, quo presente Franciscus vel Augustinus de Donathaza sive Stephanus filius Mathie de Thelek sin Elias Kyral de Werewh seu Georgius de Chaford neve Paulus Tholway de Apathy ceu Michael de Hethes aliis absentibus, homo noster, ab omnibus quibus incumbit, meram de premissis experiatur certitudinis veritatem, quam tandem nobis amicabiliter rescribatis. Datum in Chakan, feria quinta proxima post festum beatorum Philippi et Jacobi apostolorum, anno domini Millesimo quadringentesimo sexagesimo octavo.

A vasvári káptalannak 1470. évben kelt s eredetiben a vasvárszombathelyi káptalan ltárában őrzött jelentéséből, mely szerint a panasz valónak bizonyult. Nagy Imre.

306. *A zalavári convent előtt András almádi apát és a convent magukat arra kötelezik, hogy addig, míg Gyulakeszíben Gyulafi László nak bizonyos birtokot át nem adnak, ez magát Sásdikálon ugyanoly nagyságú birtokkal elégíthesse ki. 1468. jun. 15.*

Nos conventus ecclesie beati Adriani martyris de Zala memorie commendamus tenore presencium significantes quibus expedit universis, quod venerabilis dominus frater Andreas abbas ecclesie de Almad, necnon religiosi fratres Johannes et Paulus conventuales loci eiusdem ab una, parte vero ab altera egregius Ladislaus filius condam Ladislai filii Gywle de Ratholth coram nobis personaliter constituti sunt confessi in hunc modum, quod quamvis alias, videlicet vivente condam Johanne filio Gywle de dicta Ratholth idem condam Johannes attavus videlicet prefati Ladislai filii condam Ladislai de predicta Ratholth quandam possessionem suam Sasdykal vocatam in comitatu Zaladiensi adiacentem simul cum uno molendino in fluvio Egregh in Kapuchwelgh decurrente, nec non una sessione iobagionali in possessione Kweskal in eodem comitatu Zaladiensi existenti habite, cuidam religioso fratri Thome abbati et conventui ecclesie de Almad pro quadam porcione possessionaria eiusdem ecclesie de Almad in possessione Kezy vocata in comitatu Zaladiensi predicto existente habita, videlicet pro duodecim sessionibus iobagionalibus integris ac uno molendino in predicto fluvio Egregh ibidem decurrenti, sub tali condicione, ut idem condam frater Thomas abbas et alii successores sui abbates et conventus eiusdem legitimi, prelibatum Johannem de Ratholt et successores eiusdem universos in pacifico dominio dictarum duodecim sessionum iobagionalium ac molendini predicti in dicta Kezy habitarum contra quoslibet legitimos impetitores protegere debuerunt et conservare iure concambialis permutacionis in perpetuum possidendas dederunt et permutaverunt, sed quia prefatus dominus Andreas modernus abbas dicte ecclesie de Almad prefatum Ladislaum filium condam Ladislai filii Gywle de Ratholth successorem videlicet et heredem prelibati condam Johannis de dicta Ratholth in huiusmodi porcione posses-

sionaria prefate ecclesie de Almad in dicta Kezy habita, videlicet in sex sessionibus iobagionalibus et molendini in fluvio Egregh ibidem decurrentis contra honorabile capitulum ecclesie Wesprimiensis conservare nullomodo valuerit et nec protegere curaverit, ex eoque eundem fratrem Andream abbatem et conventum idem Ladislaus filius Ladislai de Ratholth . . . . . in curiam regiam in presenciam scilicet domini nostri regis (ad) literatoriam amicabilem peticionem magnifici domini comitis de Palocz iudicis curie eiusdem domini nostri regis in causam attraxerit, causaque in eadem diucius ventilando usque ad latam et diffinitivam sentenciam traxerit, superindeque literas sentencionales eiusdem magnifici domini comitis Ladislai de Palocz per modum adiudicacionis factam contra eundem dominum Andream abbatem et conventum eiusdem pro sui parte emanari procuraverit, iuxtaque contenta dictorum literarum sentencionalium loco dictarum sex sessionum iobagionalium in dicta Kezy habitarum, nec non molendino in predicto fluvio Egregh ibidem decurrenti, per dictum capitulum ecclesie Vesprimiensis iuridice reoptentarum alias sex sessiones iobagionales in dicta possessione Sasdykal situatas, simulcum earumdem utilitatibus nec non molendino in fluvio Egregh in Kapwczwelgh decurrenti, per regium et nostrum homines iuridice sibi ipsi perpetue restatui fecerit, pro quinquagintaque marcis homagialibus eiusdem domini Andree abbatis dicte ecclesie de Almad contra eundem Ladislaum convictis, possessionem dicte ecclesie sue Monosthorapathy vocatam titulo pignoris statui fecerint possidendas, tamen ipsi ex disposicionibus certorum proborum et nobilium virorum inter ipsas partes diligenter laborancium, in talem pacis et concordie devenissent unionem deveneruntque nostri in presencia tali modo, ut idem dominus Andreas abbas de dictis quinquaginta homagialibus nil plus eidem Ladislao filio Ladislai de Ratholth solvere debeat et neque teneatur, nisi tantummodo viginti quinque marcas, sed quia idem frater Andreas abbas ipsas viginti quinque marcas iuxta disposicionem dictorum proborum solvendas unde reddere non valens, residuas porciones suas possessionarias videlicet sex

sessiones iobagionales in dicta possessione Sasdykal habitas supra alias sex sessiones iobagionales modo ut prefertur iuridice restatutas cum omnibus earumdem utilitatibus et pertinenciis quibuslibet quovis nominis vocabulo vocitatis ad easdem spectantibus, taxis eciam consvetis et inconsvetis prefato Ladislao filio Ladislai filii Gywle de Ratholth pro predictis viginti quinque marcis pignori duxisset obligandas, imo impignoravit nostri in presencia tali modo, ut dum et quandocumque sibi aut conventui eiusdem vel eorumdem successores facultas redimendi suppeteret, extunc prefatus Ladislaus filius Ladislai de Ratholth rehabitis ab ipsis dictis viginti quinque marcis, ipsas sex sessiones iobagionales ab eisdem sex sessionibus iobagionalibus eidem Ladislao filio Ladislai de Ratholth iuridice restatutis remanentes, eisdem pacifice et quiete remittere debeat et resignare, assummendo nihilominus iidem frater Andreas abbas ac fratres conventuales eiusdem eundem Ladislaum in pacifico dominio earumdem sex sessionum iobagionalium per ipsos impignoratarum usque tempus redemcionis ipsarum contra quoslibet causidicos impetitores ipsorum propriis laboribus et expensis conservare, hoc eciam specificato, quod si idem dominus Andreas abbas et conventus eiusdem ipsas sex sessiones iobagionales in dicta possessione Kezy habitas simulcum molendino in predicto fluvio Egregh ibidem decurrenti, per dictum capitulum ecclesie Wesprimiensis iuridice occupatas, ab eodem capitulo recuperare iusto iuris tramite possent et reoptinere, extunc iidem frater Andreas abbas et conventus eiusdem ipsas sex sessiones iobagionales reacquirendo, simulcum dicto molendino in fluvio Egregh ibidem decurrenti, eidem Ladislao ac suis heredibus rursus et iterum remittere et resignare teneatur; e converso autem idem Ladislaus filius Ladislai de Ratholth ipsas sex sessiones iobagionales in predicta possessione Sasdykal existentes, unacum dicto molendino in fluvio Egregh in Kapuchwelgh decurrenti sibi ipsi restatutas, similiter eidem fratri Andree abbati et conventui ecclesie de Almad et successoribus eorumdem legitimis, modo simili rursus et iterum remittere debeat et resignare perpetue possidendas, declarando eciam quod si

qua pars parcium prescriptarum in premissis persistere nollet aut non curaret, infringendo, vel si prenominatus dominus Andreas abbas aut conventus eiusdem vel eorum legitimi successores in dicta possessione Kezy eundem Ladislaum heredesque ipsius in totali vel in particularitate molestare niteretur quoquomodo, vel e converso prefatus Ladislaus vel sui heredes ipsum fratrem Andream abbatem ecclesie de Almad et conventum eiusdem aut successores eorumdem legitimos in dicta possessione Kweskal similiter molestare niterentur temporum in processu, extunc talis pars in premissis non persistens, contra partem alteram in premissis perseverantem ante litis ingressum in solucionibus quinquaginta marcarum ac in perennali estimacione huiusmodi porcionis possessionarie in dictis possessionibus causaliter contra se movendarum vel aquirendarum convinci debeat et aggravari ipso facto ; insuper partes prescripte sese mutuo et alternatim de et super universis causis, damnis, nocumentis, iniuriis, actibus eciam potenciariis, nec non sentenciis diffinitivis et gravaminibus eiusdem ac aliis quibusvis malorum generibus usque ad hec tempora contra sese quovis modo patratis et commissis, reddidissent et commisissent quitos expeditos et modis omnibus absolutos, imo reddiderunt et commiserunt absolutos coram nobis. In cuius rei memoriam firmitatemque perpetuam presentes literas nostras privilegiales pendentis et autentici sigilli nostri munimine roboratas eisdem duximus concedendas. Datum in vigilia festi sacratissimi corporis Christi, anno eiusdem Millesimo quadringentesimo sexagesimo octavo.

Kivül: Egregius Stephanus filius et generosa domina Katherina relicta condam Ladislai filii Gywle de Ratholth impignoraciones in possessione Sasdykal habitas, monasterio beate Marie virginis de Almad eidem monasterio remisissent et resignassent, coram conventu de Kapornak facta, feria tercia post dominicam Invencionis, anno domini 1490.

hec magister Petrus
notarius eiusdem ecclesie.

Hártyán, hártyaszalagon függött pecsét romjaival; eredetije a kismartoni ltárban. 23. 36. Nagy Imre.

307. *I. Mátyás király Magyar Balázs kapitányt utasítja, hogy Csapi Andrásnak Kanizsa várához foglalt birtokait Bánfi Miklósnak adja át. 1469. sept. 20.*

commissio domini regis.

Mathias dei gracia rex Hungarie, Bohemie etc. fideli nostro egregio Blasio Magyar capitaneo gencium nostrarum aut suis vicecastellanis per se in castro Kanisa constitutis, salutem et graciam. Quia nos omnia bona et possessiones Andree de Chapy in comitatu Zaladiensi ac alias ubilibet habita, demtis illis, que ex eis per alias literas nostras ad supplicacionem nonnullorum fidelium nostrorum Georgio Vorster remisimus, fideli nostro magnifico Nicolao filio bani de Alsolyndwa contulimus. Ideo fidelitati vestre mandamus, quatenus statim visis presentibus, predicta omnia bona et possessiones dicti Andree Chapy, que ad castrum Kanysa predictum occupastis, manibus dicti Nicolai filii bani, aut hominum suorum, presencium scilicet ostensori dare et assignare, et eosdem in eisdem contra quoslibet defensare debeatis nostre maiestatis in persona et auctoritate . . . . . vobis . . . . . tributa mediante. Secus non facturi, presentes pro vestra expedicione reservando . . . . . feria quarta proxima post festum exaltacionis sancte crucis. Anno domini (Millesimo) quadringentesimo sexagesimo nono, regni nostri anno duodecimo, coronacionis vero septimo.

Belől pecséttel; eredetije az orsz. ltárban. N. R. A. 1555. 42. dipl. oszt. 16,908. Közölve Kovács Nándor másolatából.

308. *Mátyás király a kapornaki conventnek meghagyja, hogy Csapi András kérésére Bazita birtok iránt Bánfi Miklós és Jakab megidéztetéséről bizonyságlevelet addig ne adjon, míg e részben a király utasítását nem veendi. Pozsony, 1469. oct. 10.*

commissio domini regis.

Mathias dei gracia rex Hungarie Bohemie etc. fidelibus nostris conventui ecclesie sancti Salvatoris de Kapornok salutem et graciam, exponit nobis fidelis noster magnificus Nicolaus filius bani de Alsolyndva comes Posoniensis in sua ac Jacobi fratris carnalis, necnon certorum familia-

riorum suorum personis, quod prout ipse percepisset, Andreas de Chapy his preteritis diebus quasdam literas inquisitorias, evocatorias et insinuatorias, sive de cancellaria nostra sive aliunde super factis possessionis Bachita vocate et pertinenciarum eiusdem, quas nos pridem eidem Nicolao filio bani et fratri suo predicto mediantibus aliis literis nostris exinde confectis contulissemus, pro sui parte extraxisset, vigore quarum ipsum Nicolaum filium bani ac fratrem et familiares suos predictos nostro homine et testimonio vestro mediante contra se evocari fecisset; super quo fidelitati vestre mandamus, quatenus receptis presentibus, literas vestras relatorias super ipsa evocacione, contra prefatum Nicolaum filium bani ac fratrem et familiares suos predictos tamdiu dare non presummatis, donec aliud a nobis habueritis in mandatis; presentes superinde pro vestra expedicione reservando. Datum Posonii, feria tercia proxima post festum beati Francisci confessoris, anno domini Millesimo quadringentesimo sexagesimo nono, regni nostri anno duodecimo, coronacionis vero sexto.

Belől pecsét nyomaival; eredetije az orsz. ltárban. N. R. A. 1555. 43. dipl. oszt. 16,910. Nagy Imre.

309. *A vármegye alispánjainak és szolgabíráinak levele, hogy Keszthely mezőváros bírája huszad magával az esküt arra letette, hogy egy esztendő leforgása alatt a város polgárai csupán királyi sót fogyasztottak. Rendek, 1470. máj. 18.*

Nos Gothardus de Wk et Benedictus de Gewsy vicecomites et iudices nobilium comitatus Zaladiensis, memorie commendamus, quod Ladislaus de Byk iudex nobilium nostri veniendo in presenciam, ad humanitatem suam et consciencie sue puritatem libere confessus extitit in hunc modum, quod circumspectus Andreas Pratos dictus in oppido magnifici domini Johannis Pethew de Gerse Keztel vocato iudex constitutus, iuxta arbitrium nonnullorum proborum et nobilium virorum, inter eundem dominum Johannem Pethew ac nobilem Thomam magistrum salium regalium et vicecamerarium in oppido Thapolcza constitutum interveniencium, feria tercia proxima post festum beati Sta-

nizlai martyris, vicesimo se personis sibi similibus, hoc est suis iuratis et concivibus, in facie eiusdem oppidi Keztel, sacramentum prestare debuisset super eo, quod in unius integri anni spacio, postquam idem Thomas magnus camerarius est deputatus, per iobagiones pretacti domini Johannis in eadem Keztel commorantes non alii quam regales sales, demtis dumtaxat salibus cuiusdam civis Pestiensis, fuerint emti et venditi; ipso termino adveniente, pretactus Andreas iudex, iuramentum suum ut debebat cum suis iuratis et concivibus in facie prefate Keztel coram eodem iudice nobilium deposuisset. Igitur idem Thomas magnus vicecamerarius, antefatum Andream iudicem ac universos populos et iobagiones pretacti domini Johannis in prefata Keztel commorantes, super deposicione huiusmodi iuramenti quittos, expeditos ac modis omnibus absolutos reddidisset et commisisset, imo reddidit et commisit coram prefato iudice nobilium testimonio presencium mediante. Datum in oppido Rennek, feria sexta proxima ante festum beati Urbani pape, anno domini Millesimo quadringentesimo septuagesimo.

Hátlapján három pecsét nyomaival; eredetije a gr. Festetics cs. keszthelyi ltárában, Zaladien. 179. Nagy Imre.

310. *Mátyás király adománylevele Babosdöbréte, Mindszent, Thordafalva, Lengyel és Csőszi nevű birtokokról Ákosházi Sárkány Bertalan és Benedek, valamint Döbrétei Albert részére. Buda, 1470. dec. 9.*

Nos Mathias dei gracia rex Hungarie, Bohemie etc. memorie commendamus tenore presencium significantes, quibus expedit universis, quod nos consideratis fidelitate et serviciis fidelium nostrorum nobilium Bartholomei et Benedicti Sarkan de Akwshaza familiarium nostrorum, per eos primum sacre huius regni nostri Hungarie corone, tandemque maiestati nostre sub locorum et temporum varietate iuxta ipsorum possibilitatis exigenciam constanter exhibitis, medietatem possessionis Babosdebrethe vocate ac totales porciones possessionarias in possessionibus Mendzenth, Thordafalwa, Lengyel et Chewzy vocatis, omnino in comi-

tatu Zaladiensi existentibus habitas, in quarum pacifico dominio iidem progenitores ipsorum ab antiquo perstitisse, seque persistere asserunt eciam de presenti, item totum et omne ius nostrum regium, si quod in eisdem qualitercumque haberemus, aut nostram ex quibusvis causis, viis, modis et racionibus concernerent maiestatem, simul cum cunctis suis utilitatibus et pertinenciis quibuslibet, terris scilicet arabilibus cultis et incultis, agris, pratis, pascuis, fenetis, silvis, nemoribus montibus, vallibus, vineis et vinearum promontoriis, aquis, fluviis, piscinis, piscaturis, aquarumque decursibus, molendinis et molendinorum locis, generaliter vero quarumlibet utilitatum et pertinenciarum suarum integritatibus, quovis nominis vocabulo vocitatis, sub suis veris metis et antiquis, premissis sic ut prefertur stantibus et se habentibus, memoratis Bartholomeo et Benedicto ac per eos Alberto de Debrethe, ipsorumque heredibus et posteritatibus universis, nove nostre donacionis titulo . . . . . dedimus, donavimus et contulimus, imo damus, donamus et conferimus iure perpetuo et irrevocabiliter tenendas, possidendas pariter et habendas, salvo iure alieno, harum nostrarum vigore et testimonio literarum mediante, quas in formam nostri privilegii redigi feciemus, dum nobis in specie fuerint reportate. Datum Bude, die dominico proximo ante festum beate Lucie virginis, anno domini Millesimo quadringentesimo septuagesimo, regni nostri anno tredecimo, coronacionis vero septimo.

Belől pecséttel; eredetije az orsz ltárban. N. R. A. 403. 42. dipl. oszt. 17096. Közölve Kovács Nándor másolatából. A Szeghy cs. ltárában őriztetik a zalavári conventnek 1456-ban kelt levele, mely szerint Mindszenti Thorda Lukács fia László, István és Miklós fivérét, Mindszent, Lengyel és Chezy nevű birtokok elidegenítésétől Szentandrási Monthor Miklóst pedig azoknak megszerzésétől tiltotta.

311. *A kapornaki convent előtt Csiderházi Csider János és társai Mihályfalva máskép Persen nevű birtokban a maguk részét Szentgróti Jánosnak és Berekszói Hagymás Miklósnak zálogba adják 1471. maj. 17.*

Nos conventus ecclesie sancti Salvatoris de Kapornok memorie commendamus, quod Johannes Chyder de Chyder-

haza ac nobiles domine Elena consors filia videlicet condam Jacobi Chyder de eadem, nec non Anna relicta condam Gywrko de dicta Chyderhaza filia, ac Franciscus filius eiusdem Johannis, onera eciam et quelibet gravamina Bartholomei et Benedicti filiorum, nec non puelle Dorothee filie suorum super se recipiendo coram nobis personaliter constituti, sunt confessi in hunc modum, quomodo ipsi pro quibusdam defectibus ipsorum sublevandis totales porciones earum et dictorum filiorum et filie dicti Johannis possessionarias in possessione Myhalfalwa alio nomine Persen vocata in comitatu Zaladiensi existente habitarum *(igy)*, cum cunctis earumdem utilitatibus et pertinenciis quibuslibet, videlicet terris arabilibus cultis et incultis, silvis rubetis pratis nemoribus aquis fiuviis et aliis cunctis utilitatum integritatibus, quovis nominis vocabulo vocitatis, ad easdem spectantibus et pertinere debentibus, quibus ipsi usque ad hec tempora tenuissent et possedissent, egregiis Johanni de Zenthgyrolth et Nicolao Hagmas de Berekzo pro quatraginta florenis auri puri hungaricalibus boni et iusti ponderis pignori obligassent imo impignorarunt coram nobis tali modo, ut dum et quandocumque redimere possent, extunc rehabitis prius prefati domini Johannes de Zenthgyrolth et Nicolaus Hagmas ipsorum pecuniis, prescriptas porciones possessionarias simulcum pertinenciis quibuslibet, eisdem pacifice et quiete remittere debeant et resignare, assummendo nihilominus eosdem in pacifico dominio earumdem usque tempus redemcionis contra quoslibet causidicos impetitores propriis eorum laboribus et expensis conservare vigore et testimonio presencium mediante. Datum feria quinta proxima ante festum beate Elene regine, anno domini Millesimo quadringentesimo septuagesimo primo.

Hátlapján pecsét nyomaival; eredetije a hg. Batthyány cs. ltárában. Nagy Imre.

312. *I. Mátyás király a veszprémi püspök vicariusát utasítja, hogy a zalavári egyház hatósága alá tartozó Gelsei, Felső- és Alsó-Rajki, Kerecseni, Igriczi, Isabori, Boldogasszonyi és Ungi egyházak plébánosai fölött ne bíráskodjék. Esztergom, 1472. sept. 23.*

de commissione domini regis.

Mathias dei gracia rex Hungarie Bohemie etc. fideli nostro venerabili Benedicto decretorum doctori, lectori et canonico nec non vicario ecclesie Wesprimiensis, salutem et graciam. Referente nobis magnifico Petro Gereb de Wyngarth intelleximus, quomodo discretos viros Petrum de Gelse, alterum Petrum de Also-Rayk, Eliam de Felsew-Rayk, Petrum de Kerechen, Johannem de Igrycy, Paulum de Isabor, Lucam de Bodogazzonfalwa et Sebastianum de Ong ecclesiarum parochialium plebanos, ad ecclesiam nostram Zaladiensem, que nunc legitimo rectore caret, pertinentes, ad instanciam honorabilis viri Johannis de Myley archidiaconi Zaladiensis ac canonici dicte ecclesie Vesprimiensis vel alias qualitercunque tui fecisses citari in presenciam, eosdem sub tua velis astringere et compellere iurisdiccioni. Et cum nos ipsam ecclesiam Zaladiensem et ad eandem pertinencia interim videlicet quousque eandem de iusto et legitimo providebimus possessore et rectore, ab omnibus impetitoribus et contra quoscumque causarum motores modis omnibus protegere et defensare volumus, mandamus igitur fidelitati tue firmissime, quatinus receptis presentibus, ulteriori mandato nostro superinde non expectato, prefatos plebanos ad cuiusvis hominis regni nostri instanciam iudicare vel alias qualitercunque tuo compellere iudicio nusquam et nequaquam presummas nec sis ausus modo aliquali; et si fortassis contra iamfatos ecclesiarum plebanos aliquam promulgasses sentenciam excommunicacionis, aggravacionis et reaggravacionis, ipsos exinde absolvere debeas, secus non facturus; presentibus perlectis exhibenti restitutis. Datum Strigonii, feria quarta proxima post festum beati Mathei apostoli et evangeliste, anno domini Millesimo quadringentesimo septuagesimo secundo, regni nostri anno quinto decimo, coronacionis vero nono.

Alól pecsét nyomaival; eredetije a zalavári apátság házi ltárában. Lom. 6. 1. 2. Nagy Imre.

313. *Sándorházi Ambrus zalavári kapitány és a megye alispánja, Ernusth János és Szenterzsébeti Forster György csáktornyai kapitányok két szolgáját szabadon bocsátja, kiket bizonyos lopás miatt Kanizsai László ujnépi jobbágyai Laki Kaczor Péter és György birtokán elfogtak. Zalavár, 1474. jan. 24.*

Nos Ambrosius de Sandorhaza castellanus castri Zalawar necnon vicecomes comitatus Zaladiensis damus pro memoria, quod licet quosdam duos sclavos videlicet iobagiones magnifici domini Johannis Ernusth thezaurarii regie maiestatis in pertinenciis Chakthornya commorantes, pro aliquibus spoliis et predacionibus per ipsos factis, quidam iobagiones magnifici Ladislai de Kanysa in possessione Wynep commorantes, in possessionibus egregiorum Petri et Georgii Kaczor de Lak iuridice detineri seu arrestari fecissent, tamen nos ipsos malefactores causa prefati domini Johannis Ernusth et egregii Georgii Wasther de Zenthersebeth capitanei eiusdem castri Chakthornya pacifice et quiete dimisimus, ac prefatos Petrum et Georgium Kaczor superinde commisimus fore expeditos modisque omnibus absolutos, testimonio presencium mediante. Datum in Zalawar, feria secunda proxima ante festum conversionis beati Pauli apostoli, anno domini Millesimo quadringentesimo septuagesimo quarto.

A szöveg alá zöld viaszba nyomott pecsét maradványaival; eredetije a gr. Eszterházy cs. galantai ltárában. Nagy Gyula.

314. *A kapornaki convent előtt Lindvai Bánfi Miklós, Jári Barócz Márton özvegyével és fiaival, Szentpéterfölde, Árthánháza, Hernyék és Lak nevű birtokokra nézve kibékülnek. 1474. jun. 19.*

Nos conventus ecclesie sancti salvatoris de Kapornok memorie commendamus, quod magnificus dominus Nicolaus Banfi de Lindwa personaliter ab una, parte vero ab altera nobilis domina Katherina relicta condam Martini Barocz de Jar similiter personaliter, onera eciam et quelibet gravamina Ladislai et Johannis filiorum eiusdem in infrascriptis superse recipiendo coram nobis constituti, sunt confessi in hunc modum, quomodo ipsi iuxta disposicionem certorum proborum

et nobilium virorum se mutuo super uuiversis causis damnis nocumentis iniuriis actorum potenciariorum necnon restitucionibus universorum literarum et literalium instrumentorum factum possessionum Zenthpetherfelde, Arthanhaza, Hernyek et Lak vocatarum in comitatu Zaladiensi existencium tangencium et concernencium, aliorumque quorumlibet generibus *(így)*, usque ad hec tempora inter ipsos qualitercunque factis illatis et perpetratis, reddidissent et commisissent quitos expeditos modisque omnibus absolutos, imo reddiderunt et commiserunt nostri in presencia, hoc specialiter declarato, quod si prefata domina Katherina vel filii sui predicti, aliquas literas instrumentales vel alias quaslibet factum predictorum possessionum Zenthpeterfelde, Arthanhaza, Hernyek et Lac vocatarum tangentes erga se retinuissent et cum eisdem eundem dominum Nicolaum Banfy exinde in iudicio vel extra iudicium qualitercunque impedire et molestare niterentur, extunc tempore exhibicionis earumdem, contra eundem Nicolaum Banfy vane casse et frivole viribusque cariture habeantur, vigore et testimonio presencium mediante. Datum die dominico proximo, ante festum nativitatis beati Johannis Baptiste, anno domini Millesimo quadringentesimo septuagesimo quarto.

Hátlapján pecséttel; eredetije az orsz. ltárban. N. R. A. 1556. 17. dipl. oszt. 17582. Nagy Imre.

315. *I. Mátyás király udvari orvosának Aquilejai Angelusnak a zalavári apátság kormányzójának kérésére, Zsigmond és Albert királyoknak föntebb 212. es 242. sz. a. közölt okleveleit átírja, s egyszersmind az apátságot Zalavárott heti vásártartás jogával ruházza fel. Buda, 1474. jun. 21.*

Nos Mathias dei gracia rex Hungarie Bohemie etc. memorie commendamus tenore presencium significantes, quibus expedit universis, quod accedens in presenciam nostram venerabilis et egregius magister Angelus Aquilanus phisicus noster fidelis nobis dilectus, exhibuit nobis duas literas, unas condam Sigismundi imperatoris bone memorie super concessione nundinarum seu fororum annualium ad possessionem abbacie Zaladiensis, quam nos eidem magistro Angelo

nuper contulimus Zalawar vocatam, confectas et emanatas, alteras vero condam Alberti regis, felicis reminiscencie predecessorum nostrorum super annuencia et concessione vadi ad possessionem dicte abbacie Zaladiensis Zenthadryanmartir vocatam similiter emanatas, supplicans nobis ut easdem utrasque literas roborare dignaremur, libertatis ecclesie sue uberiorem ad cautelam; quarum une videlicet litere condam domini Sigismundi imperatoris super concessione nundinarum tenor talis est: Sigismundus (l. föntebb 212. sz. a.) Alterarum vero, videlicet literarum condam domini Alberti regis super concessione vadi contenta sequuntur in hunc modum: Nos Albertus (l. föntebb 242. sz. a.) Nos igitur huiusmodi supplicacionibus prefati magistri Angeli Aquilani phisici nostri et gubernatoris abbacie supradicte, regia benignitate clementer exauditis et admissis, prescriptas utrasque literas felicium recordacionum condam domini Sigismundi imperatoris et condam domini Alberti regum predecessorum scilicet nostrorum non abrasas, non cancellatas nec in aliqua sui parte suspectas, de verbo ad verbum presentibus literis nostris inscriptas, et omnia in eis contenta rata grata et accepta habentes, approbamus et roboramus. Et insuper ob merita ipsius magistri Angeli quibus nostre studuit maiestati gratus esse ac eciam pro utilitate et comodo abbacie memorate et ad humilem supplicacionem eiusdem magistri Angeli, fora ebdomadalia in singulis feriis terciis in prenarrata possessione sua Zalawar sub illis graciis prerogativis et libertatibus quibus cetera fora ebdomadalia regni nostri celebrantur, perpetuo celebranda duximus concedenda et concedimus. Affidantes et assecurantes universos mercatores et institores ac alios quoslibet cum rebus venalibus procedentes, ut facta promulgacione huiusmodi concessionis nostre ad huiusmodi fora per nos dicte possessioni concessa, perpetuis semper futuris temporibus libere accedere et recedere valeant sub nostra proteccione et tutela speciali, harum nostrarum vigore et testimonio literarum mediante, quas sigillo personalis presencie nostre quo ut rex Hungarie utimur iussimus in pendenti communiri. Datum Bude, feria tercia proxima ante festum nativitatis beati Johannis Baptiste, anno domini

Millesimo quadringentesimo septuagesimo quarto, regnorum autem nostrorum Hungarie etc. anno decimo septimo, Bohemie vero sexto.

II. Lajos királynak «venerabilis et egregius magister Thomas de Nadasdh commendatarius abbacie beati Adriani martyris de insula Zaladiensi secretarius noster» kérésére 1526. apr. 5-én Budán kiadott átiratából, melynek eredetije a zalavári apátság házi ltárában őriztetik; Loc. 1. 1. 13. Nagy Imre.

316. *Gúti Ország Mihály a kapornaki conventet kiküldi, hogy azt a hatalmaskodást, melyet Kávási János és Arnold Csebi Pogány Dénesen és Imrén Salamonváron elkövettek, vizsgáltassa meg. Korothna, 1474. sept. 17.*

Amicis suis reverendis conventui ecclesie de Kapornok Michael Orzag de Gwth regni Hungarie palatinus et iudex comanorum amiciciam paratam cum honore. Dicitur nobis in personis Dionisii et Emerici Pogan de Cheb, quomodo feria secunda proxima ante festum beati Egidii abbatis proxime preteritum quedam disposicio inter ipsos ab una, ac Johannem et Arnoldum de Kawas ab alia partibus in possessione Salamonwara vocata, racione cuiusdam facti ex ordinacione certorum proborum et nobilium virorum, per ipsas partes equaliter eligendorum fieri debuisset, et dum ipse partes die in eodem concordare non potuissent, et ipsi nobiles arbitratores ipsarum parcium alium diem concordando deputassent et commisissent, dum ipsi exponentes exinde ad propria ire voluissent, tunc prefati Johannes et Arnoldus nescitur quibus respectibus, cum ipsorum complicibus et familiaribus, manibus armatis et potenciariis hostiliter in ipsos exponentes irruendo, eosdem ibidem nece miserabili interimere voluissent, si defensio proborum eisdem non affuisset, nonnullosque familiares exponencium in eadem possessione Salamonwara diris verberibus et vulnerum plagis affecissent potencia mediante in preiudicium et damnum dictorum exponencium valde magnum; super quo vestram amiciciam presentibus petimus diligenter, quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio fidedignum, quo presente Matheus de Byk aut Bartholomeus Bwky de

Fernekagy vel Petrus Morocz de Ohyd sin Johannes Benche seu Petrus Dancz de eadem sive Nicolaus de Bederfalwa neve Georgius dc Zobapathaka nempè Johannes de Chwp vel Vrbanus de eadem aut Albertus Chypan de Gewrgfalwa aliis absentibus homo noster, scita prius premissorum mera veritate, evocet prefatos Johannem et Arnoldum de Kawas, contra annotatos exponentes ad octavas festi beati Michaelis archangeli nunc venturas nostram in presenciam, racionem de premissis reddituros efficacem, litis pendencia, si qua foret inter ipsos non obstante, insinuando ibidem eisdem, ut sive ipsi octavis in eisdem coram nobis compareant sive non, nos ad partis comparentis instanciam id faciemus in premissis, quid iuri videbitur expediri; et post hec huiusmodi inquisicionis evocacionis et insinuacionis seriem cum nominibus evocatorum, octavas ad predictas nobis amicabiliter rescribatis. Datum in Korothna, sabbato proximo post festum Exaltacionis sancte crucis, anno domini Millesimo quadringentesimo septuagesimo quarto.

A kapornaki conventnek 1474-ben kelt és a Szenterzsébeti Törjék cs. ltárában őrzött eredeti jelentéséből, mely szerint a panasz valónak bizonyult. Közölve Beliczay Jónás másolatából.

317. *I. Mátyás király adománylevele Gulácsi Biczó unokájának Antalnak gulácsi birtokáról, Gersei Pethő György és János részére. Buda, 1476. máj. 27.*

Nos Mathias dei gracia rex Hungarie Bohemie etc. memorie commendamus tenore presencium significantes quibus expedit universis, quod nos tum ad nonnullorum fidelium nostrorum humillime suplicacionis instanciam pro parte fidelium nostrorum egregiorum Georgii et Johannis Pethew de Gerse nostre propterea porrecte maiestati, tum vero attentis et consideratis fidelitate et serviciis eorumdem per eos nobis sub locorum et temporum varietate exhibitis et impensis, possessionem Gwlach vocatam in comitatu Zaladiensi habitam, que alias fidelis nostri condam Anthonii filii Laurencii filii Byczo de dicta Gwlach prefuisse, sed per defectum seminis eiusdem ad nos consequenterque collacionem nostram iuxta antiquam et approbatam dicti regni

nostri Hungarie consvetudinem rite et legitime devoluta esse perhibetur, simulcum cunctis eiusdem utilitatibus et pertinenciis quibuslibet, puta terris arabilibus cultis et incultis, agris, pratis, pascuis, fenetis, silvis, montibus, vallibus, vineis vinearumque promontoriis, aquis, fluviis, piscinis, piscaturis, molendinis molendinorumque locis, ac generaliter quarumlibet utilitatum eiusdem integritatibus, quovis nominis vocabulo vocitatis, sub eiusdem veris metis et antiquis, premissis sic ut prefertur stantibus et se habentibus memoratis Georgio et Johanni Pethew ipsorumque heredibus, et posteritatibus universis, iure perpetuo et irrevocabiliter tenendam, possidendam pariter et habendam dedimus donavimus et contulimus, imo damus donamus et conferimus salvo iure alieno, harum nostrarum vigore et testimonio literarum mediante, quas in formam nostri privilegii redigi faciemus dum nobis in specie fuerint reportate. Datum Bude, feria secunda proxima post festum Ascensionis domini, anno eiusdem Millesimo quadringentesimo septuagesimo sexto, regnorum nostrorum Hungarie etc. anno decimo nono, Bohemie vero octavo.

Belől pecséttel; eredetije a b. Jeszenák cs. ltárában őriztetik a N. Muzeumban. Közölve néhai Horváth Mihály másolatából.

318. *I. Mátyás király a zalavári conventet kiküldi, hogy Monoszlai Bálintot egy jobbágytelek és tartozékainak birtokába iktassa be. Buda, 1476. jul. 7.*

Mathias dei gracia rex Hungarie Bohemie etc. fidelibus nostris conventui ecclesie Zaladiensis salutem et graciam. Exponitur nobis in persona fidelis nostri Valentini filii Michaelis de Monozlo, quomodo ipse in dominium cuiusdam sessionis iobagionalis in eadem possessione Monozlo in comitatu Zaladiensi existente, penes terram Thome Kenyeres ab orientali et sessionem Michaelis Bagol ab occidentali plagis habite, in qua Thomas Warga ad presens personalem faceret residenciam, ac cuiusdam vinee Azzonzeleye nuncupate in promontorio eiusdem possessionis Monozlo in vicinitatibus vinearum filiorum Sybak ab occidentali et Beche ab orientali plagis situate, et duorum iugerum terrarum penes

eandem vineam nec non similiter quatuor iugerum terrarum arabilium quarum diverticuli ad pratum Heddy vocatum versus orientem flecterentur, quibus a parte septemtrionali terre arabiles filiorum Konth vicinarentur, ipsum exponentem nove donacionis titulo egregii Ladislai filii Gywle de Ratholth hereditarie concernentes, legitime vellet introire. Super quo fidelitati vestre firmiter precipiendo mandamus, quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio fidedignum, quo presente Elias Michaelis *(igy)* de Zenth Antalfalwa vel Blasius filius Thome de Monozlo aut Stephanus filius eiusdem sin Dominicus Sybak de eadem, sive Benedictus de Kapwch aliis absentibus homo noster, ad faciem prescripte possessionis Monozlo, consequenter sessionis iobagionalis in eadem habite ac vinee Azzonzoleye nuncupate ac sex iugerum terrarum arabilium in locis memoratis existencium, vicinis et commetaneis eiusdem possessionis universis inibi legitime convocatis existentibus accedendo, introducat prefatum Valentinum filium Michaelis in dominium earumdem, statuatque easdem eidem premisso iure sibi incumbenti perpetuo possidendas, si non fuerit contradictum, contradictores vero si qui fuerint, evocet eosdem contra annotatum exponentem nostram personalem in presenciam, ad terminum competentem, racionem contradiccionis eorum reddituros; et post hec huiusmodi introduccionis et statucionis seriem cum contradictorum et evocatorum, si qui fuerint, vicinorumque et commetaneorum, qui premisse statucioni intererunt nominibus, terminoque assignato, ut fuerit expediens, eidem nostre personali presencie fideliter rescribatis. Datum Bude, die dominico proximo post festum visitacionis beate Marie virginis, anno domini Millesimo quadringentesimo septuagesimo sexto.

A zalavári convent jelentéséből, mely szerint a beiktatás «die dominico ante festum beate Marie de Nive» minden ellentmondás nélkül megtörtént; a jelentés eredetije Czigány Károlynál Kővágó-Eörsön. Nagy Imre.

319. *I. Mátyás király a vasvári káptalant kiküldi, hogy azt a hatalmaskodást, melyet Cziráki István és társai Nádasdi Darabos Balázsnak Dereske nevű Zala vármegyei birtokán elkövettek, vizsgáltassa meg. Buda, 1477. jan. 3.*

Mathias dei gracia rex Hungarie Bohemie etc. fidelibus nostris capitulo ecclesie Castriferrei salutem et graciam. Exponitur nobis in persona fidelis nostri egregii Blasii Darabus de Nadasd, quomodo post recessum nostrum ex hoc regno nostro Hungarie versus Slesiam factum, Stephanus de Zyrag missus per Ladislaum de eadem Zyrag ac Laurencium filium Thome et Benedictum filium condam Gaspar de predicta Zyrag, ex consensu et voluntate eorumdem ad propriam domum dicti exponentis ac Ladislai similiter Darabos fratris eiusdem in possessione Dereske vocata in comitatu Zaladiensi existenti habitam, armatis et potenciariis manibus inruendo, confractis hostiis eiusdem domus, certos familiares ipsius exponentis domo in eadem repertos diris vulnerum plagis affecisset, et si certorum proborum hominum defensio non affuisset, dictum Ladislaum Darabos nece miserabili interimere voluisset, insuperque literas et literalia instrumenta factum possessionis dicti exponentis Mentzenth vocate in comitatu Crisiensi habite tangencia et concernencia, simulcum aliis rebus et bonis eiusdem exponentis in eadem domo inventis asportasset potencia mediante, in preiudicium et damnum dicti exponentis valde magnum; super quo fidelitati vestre firmiter precipiendo mandamus, quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio fidedignum, quo presente Johannes vel Ladislaus Chernel de Chernelhaza aut Ambrosius sin Michael de Domonya, sive Ladislaus de Pynye seu Paulus de Thelekes neve Michael an Anthonius de Sal nempe Johannes Bothka de Zantho aut Matheus vel Valentinus de Byk aliis absentibus homo noster, ab omnibus quibus incumbit, meram de premissis experiatur certitudinis veritatem, quam tandem nostre personali presencie fideliter rescribatis. Datum Bude, feria sexta proxima post festum

Circumcisionis domini, anno eiusdem Millesimo quadringentesimo septuagesimo septimo.

Vörös viaszba nyomott záró pecsét maradványaival; eredetije a gr. Eszterházy cs. galantai ltárában. Nagy Gyula.

320. *A budai káptalan Csáktornyai Ernuszt János slavon bánnak 1476-ban alkotott két rendbeli végrendeletét átírja. 1477. jan. 31.*

Nos capitulum ecclesie Budensis memorie commendamus tenore presencium significantes quibus expedit universis, quod venerabilis et egregius vir dominus Johannes Heydentrich medicine doctor, nostram veniens in presenciam, nominibus et in personis executorum testamenti seu testamentarie disposicionis felicis recordacionis condam domini Johannis Ernust regni Sclavonie bani, exhibuit nobis et presentavit quasdam binas literas testamentarias pretacti condam domini Johannis Ernusth bani, unam duobus sigillis sigillatam, videlicet ipsius condam Johannis Ernusth pinnam muralem cum duabus stellis et supra scutum duas literas videlicet r. et e.*) necnon venerabilis domini Martini plebani ecclesie parochialis beate Marie virginis imaginem beate Marie virginis cum filio supra scutum et in ipso scuto tres stellas et tria lilia in se continentibus; alteram vero sub sigillo annulari eiusdem condam Johannis bani patenter confectam tenoris et continencie per omnia infrascripti, petens nos debita cum instancia, ut easdem de verbo ad verbum transcribi et transsummi ac presentibus literis nostris privilegialibus redigi faceremus eisdemque executoribus ad cautelam dare et concedere dignaremur. Quarum prime videlicet sub prescriptis duobus sigillis emanate et confecte tenor sequitur et est talis: In nomine domini Amen. Ego Johannes Ernust regni Sclavonie banus licet infirmus corpore, mente tamen sanus, cupiens de me et de rebus mihi ab altissimo collatis finem bonum imponere, tale condo tes-

*) E czímer teljesen egyezik Ernust János és fia Zsigmond pécsi püspök pecsétjével, melyek több példányban őriztetnek az Orsz. Ltárban. Ezektől teljesen eltér a Wagner által «Collectanea» II. fig. 2. és utána Nagy Iván által közölt czímere a nevezett családnak, melyen a főalak egy álló oroszlán.

tamentum: In primis animam meam commendo deo omniponti creatori suo, corpus terre, quod sepelliatur in capella nova in cimiterio ecclesie beate virginis per me a fundamento constructa; uxorem meam, Sigismundum episcopum ecclesie Quinqueecclesiensis et Johannem filios meos do in tutelam et proteccionem serenissimo principi et domino meo regi Mathie unacum rebus omnibus mobilibus et immobilibus, et supplico humilime sue serenitati dignaretur eos habere commendatos intuitu fidelium serviciorum meorum; item peto suam serenitatem, dignetur castrum Chakthwrnya cum omnibus ipsius pertinenciis non alienare a filio meo Johanne ac eius legitimis successoribus, castrum autem Sancti Georgii et alia quecumque sunt cum eorum possessionibus et quibuslibet pertinenciis sua serenitas vendat, et cum pecunia solvat debita que obligor aut quibus irretitus sum, non ex parte mea, sed ex parte sue serenitatis. Ego enim non obligor quitquam alicui nisi nomine regie maiestatis, et inter alia debita fateor me recepisse octingentos et quinquaginta florenos a Gregorio Labathlani et eos exposuisse ad facta regia; item trecentos florenos debebam dare magistro Martino plebano pro eliberacione domus Thwrek Paul a burkrecht viginti florenos, cui non dedi aliquid, ideo rogo restituatur domus vice . . . . . sub prioribus condicionibus; item lego Valentino Kysban sibi et suis legitimis heredibus perpetue unam villam meam, que vocatur Zazhalom cum omnibus ipsius pertinenciis; alias autem possessiones, clenodia et vestes et omnia alia bona mobilia et immobilia lego uxori mee et filiis meis; item uxor mea quamdiu manserit vidua, volo ut sit domina rerum mearum sicut et filii, si autem alium virum duxerit, dabuntur sibi res in valore mille florenorum et cum hec domus quam inhabitat, item capella quam edificari volo ut dedicetur ad honorem Assumcionis beate virginis; item monstranciam dedi confraternitati corporis Christi et iusseram singulis diebus solennibus ad aram corporis Christi poni, volo eam servari in sacristia nove capelle mee et ad aram dicte capelle diebus solennibus poni, cum aliis clenodiis argenteis, in registro quod habet Nicolaus Conigzfelder

descriptis; item cappe mee et omnes ornatos sacerdotales quos prefate confraternitati conservandos tradidi, volo ut serventur in sacristia predicte capelle, similiter libri et calices ac omnia et singula que pro prefata capella sunt ordinata in eadem perpetuis temporibus conserventur; item que misse in ebdomoda celebrari debeant et quomodo, committo arbitrio et consciencie domini plebani moderni, sed singulis diebus sabbatinis volo ut canetur missa de beata virgine per capellanos ipsius domini plebani; item volo ut Martinus plebanus modernus omnes proventus eadem capella ordinandos interim quoad vivit aut est plebanus tollat, et ad cultum divinum in eadem capella ut melius scit convertat; postquam autem ipse plebanus non fuerit, volo ut filii mei regant prefatam capellam, eligendo videlicet ipsis capellanos pro peragendis missis ex dote plebani dicte ecclesie, sed plebanus quilibet unacum confraternitate corporis Christi clenodia et alias omnes res prefatas ipsius capelle debet semper habere in sua potestate; item quod eciam ex proventibus ordinandis disponantur candele ceree, que tempore divinorum in aris dicte capelle ardebunt; item executorem defensorem ac tutorem huius testamenti eligo inprimis serenissimum principem dominum meum regem unacum Johanne Strigoniensi et Gabriele Colocensi archiepiscopis, ac Emerico Scepusiensi cum Stephano Bathor comitibus, quibus humiliter suplico, dignantur omnia et singula superius scripta perficere et ad bonum finem deducere; item rogo filium meum Sigismundum episcopum ecclesie Quinqueecclesiensis ut quantocicius promoveatur ad . . . . . os clericorum ordines et faciat se consecrari in episcopum ac haberet demum pro se et pro me ecclesiam eciam suam kathedralem, que plurimum per incurabilitatem episcoporum destructa est, restauret novis structuris quanto magis (poter)it, committo eciam sibi et mando strictissime, ut fideliter servat regie maiestati et ipsum honoret ut patrem et dominum, et quod det magistro Martino plebano beate Marie virginis Budensis hac vice decem vasa vini boni aliis . . . . . annis subveniat sibi vino quo sacerdotes qui pro salute anime mee indesinenter deum orabunt reficiantur; item doctorem meum

Johannem qui duobus fere annis mihi cum diligencia serviit, recommendo prefato filio Sigismundo episcopo Quinqueecclesiensi, ut eum in suum famulum recipiat, diligat, iuvet et protegat, si et in quantum eidem aput eundem competens mansio videbitur; item Georgium Azthalnok do in servicium dicto filio meo episcopo Quinqueecclesiensi; item dominus Engelhardus apothecarius de domo quam inhabitat per quempiam non expellatur, sed in ea moretur diebus vite sue; item Johanni preposito in Cheth lego viginti quinque florenos: item Georgio dapifero familiari meo lego quinquaginta florenos; item Kysch Janko aprodiano meo dentur decem florenì; item barbithonsori meo lego decem florenos; item lego pro edificacione turris nove in ecclesia parochiali beate Virginis centum florenos qui dentur vitrico ecclesie; item lego Valentino Kysban centum florenos auri; item pro salute anime mee fiant exequie, primo ad conducendum corpus vocentur sacerdotes seculares et religiosi qui conducent corpus meum ad ecclesiam; item fiat oblagium uti debet fieri et consvetum est pro uno barone regni, offeruntur equi serico nigro cooperti vel panno, quod executores voluerint, et celebrentur misse ipso die exequiarum, quanto plures fieri poterint. Item cantabitur requiem in ara sancte Anne per capellanos per integrum annum, item triginta vigilie in medio ecclesie; item si quibus pauperibus mechanicis aliquid obligor, volo ut eis satisfaccio fiat; item unicuique ex familiaribus meis detur aliquid secundum merita eorum, omnia legata superius et favenda distribuatis et perficiatis vos domine Martine plebane cum Engelhardo apothecario ex illis duobus milibus florenis quos mihi misit filius meus episcopus Quinqueecclesiensis, qui sunt apud aprodianum meum Mihalkonem, quos vobis dare faciatis, et residuum pecuniarum convertatis ad pios usus et laudabiles. Unde vos qui presentes estis et audivistis hanc ultimam meam voluntatem, rogo sitis mihi testes fideles coram serenissimo domino rege meo, ac prefatis dominis executoribus, vos videlicet domine Martine plebane ecclesie beate virginis, vos Johannes medicine doctor et comes palatine, Valentine Kysban, Engelharde apothecarie, Andrea Labathlani, Georgi

dapifer aliique omnes et singuli qui hic astatis presentes, obsecro, mementote horum meorum verborum. In cuius rei testimonium visis prefatis testibus testamentum hoc per me clausum, sigillis meo et domini plebani communivi in dominica Invocavit, anno domini Millesimo quadringentesimo septuagesimo sexto. Alterius vero sub sigillo annulari eiusdem condam Johannis Ernusth bani emanate tenor is est: Item ego Johannes Ernusth regni Sclavonie banus fateor me dedisse ad manus discreti viri Engelhardi apothecari quatuor milia et septingentos florenos in auro, quibus perpetuum censum 150 florenorum, singulos videlicet 4 pro centum ipse Engelhardus cum magistro Martino plebano ecclesie beate Marie virginis emere debeant pro conservacione misse quottidiane in capella beate virginis Assumpcionis in cimiterio ecclesie parochialis eiusdem virginis gloriose per me fundata, quam quidem missam plebanus per capellanos suos debet peragere modo meliori quo poterit; item sabbatis diebus missa debet cantari per capellanos de beata virgine; item prefatum censum 150 florenorum idem Martinus plebanus interim quod est plebanus debet tollere ac lectoribus et cantoribus satisfacere, candelas eciam cereas pro aris disponere 29; item ex prenominata summa florenorum lego dicto Martino plebano centum florenos ut oret eciam pro me; item magistro Johanni medicine doctori septuaginta; item ad restauracionem domorum capellanorum ecclesie beate virginis quinquaginta; item lapis marmoreus qui in cimiterio iacet debet de dicta pecunia sculpi cum armis meis; item, tabule ad aras et palle debent comparari hostium capelle fabricari atque alia omnia que ad capellam sunt necessaria debent disponi, ita quod tota illa summa ad prefatam capellam exponatur. In cuius rei testimonium presencia scripta sigillo meo annullari consignavi, anno domini Millesimo quadringentesimo septuagesimo sexto, sabbato ante dominicam Invocavit. Nos itaque iustis et racionabilibus peticionibus antefati domini Johannis medicine doctoris favorabiliter inclinati, prefatas binas literas antefati condam domini Johannis bani non abrasas non cancellatas nec in aliqua ipsarum parte viciatas et suspectas, sed omni prorsus vicio et suspicione

carentes, nihil addendo nihilque diminuendo, de verbo ad verbum transcribi et transummi, ac presentibus literis nostris privilegialibus redigi fecimus eisdemque dominis executoribus ad cautellam duximus concedendas. In cuius rei memoriam firmitatemque perpetuam presentes literas nostras privilegiales pendente sigillo nostro consignatas duximus concedendas. Datum feria sexta proxima ante festum purificacionis beate Marie virginis, anno domini Millesimo quadringentesimo septuagesimo septimo.

A budai káptalannak 1481-ben Bajnai Both János kérésére kiállított eredeti átiratából. Közölve Márki Sándor másolata után a gr. Draskovics cs. ltárából.

321. *I. Mátyás király a vármegye fő- és alispánjait utasítja, hogy az ország védelmére kivetett taksát a vármegye nagyobb birtokosaitól is beszedjék. Trautmansdorf, 1477. aug. 12.*

commissio propria domini regis.

Mathias dei gracia rex Hungarie Bohemie etc. fidelibus nostris comiti vel vicecomiti et iudicibus nobilium comitatus Zaladiensis salutem et graciam. Intelleximus ex relacione dicatorum nostrorum in illo comitatu constitutorum, quomodo nonnulli essent primores illius comitatus, qui cum maiorem partem tocius comitatus possideant, tamen taxam de bonis ipsorum, que pro defensione regni nostri maiestati nostre exigitur, extradare recusarent; et quia frustra esset dica comitatuum si tantummodo de bonis pauperum nobilium et non de illorum pertinenciis qui maiora possident taxa exigeretur, ideo fidelitati vestre harum serie firmissime precipimus et mandamus, quatenus quamprimum cum presentibus requisiti fueritis, de omnium bonis, nemine omnino excepto, taxam huiusmodi extradare et persolvi facere debeatis, non enim nobis ipsis exigimus, sed pro bono publico et pro defensione tocius regni nostri; si autem in huiusmodi mandato nostro exequendo tepidi et negligentes essetis commisimus (et) presencium serie striccius committimus fideli nostro egregio Thome Tharczay capitaneo gencium nostrarum in illis partibus, ut ipse per omnia opportuna remedia universos et singulos illius comitatus incolas ad solucionem huiusmodi taxe compellat et

astringat, auctoritate nostra regia ei presentibus in hac parte attributa mediante, aliud ergo non facturi, presentibus perlectis exhibenti restitutis. Datum in obsidione castri Trasstensdorff*) feria tercia proxima ante festum Assumcionis virginis gloriose, anno domini Millesimo quadringentesimo septuagesimo septimo, regnorum nostrorum anno Hungarie etc. vigesimo, Bohemie vero nono.

Eredetije Kail László harakóczi gyűjteményében; szöveg alatt pecséttel. Közölve Pesty Frigyes másolatából.

322. *Bátori István országbíró a Hetyefej és Nyavalád nevű birtokokat elkülönítő határjelek iránt András türjei prépost és az erenyei paulinusok s társaik között folyt perben az utóbbiakat birságolja. Buda, 1479. nov. 11.*

Nos comes Stephanus de Bathor iudex curie serenissimi principis domini Mathie dei gracia regis Hungarie Bohemie Dalmacie Croacie etc. damus pro memoria, quod Paulus de Chaford pro venerabili et religioso fratre Andrea preposito ecclesie de Thyrle cum procuratoriis literis conventus ecclesie de Kapornok contra religiosum fratrem Simonem priorem ceterosque fratres heremitas ordinis sancti Pauli primi heremite in claustro beate Marie virginis Enereh vocato degentes, necnon Thomam Emericum et Osvaldum de Kald ac Briccium de Kan, ab octavis festi beati Michaelis archangeli triginta sex diebus continuis legitime stetit in termino coram nobis; qui iuxta continenciam literarum nostrarum prorogatoriarum et dicti conventus ecclesie de Kapornok evocatoriarum, super facto contradiccionis reambulacionis, metarum ereccionis possessionis dicte ecclesie de Thyrle Hetye vocate in comitatu Zaladiensi existentis a parte possessionis Nyawalad adiacentis contentis peremtorie responsuri, nostram in presenciam non venerunt, unde ipsos in iudiciis commisimus fore convictos si se racionabiliter non poterunt excusare. Datum Bude, tricesimo septimo die termini prenotati, anno domini Millesimo quadringentesimo septuagesimo nono.

Zárlatán pecsét nyomaival; eredetije a hg. Batthyány cs. körmendi ltárában. Nagy Imre.

*) Ez időtájban Trautmansdorf körül volt a király.

323. *A kapornaki convent bizonyságlevele néhai Egyházascsáfordi Dombó László és Imre Általcsáford, Egyházcsáford, Leánfalva és Gonoszfalufölde nevű birtokainak a Bagodi, Berekszói Hagymás és Szentgróti családbeliek között történt felosztásáról. 1480. jun. 27.*

Nos conventus ecclesie sancti Salvatoris de Kapornok memorie commendantes tenore presencium significamus quibus expedit universis, quod cum summa cum obediencia receptis literis serenissimi principis domini Mathie dei gracia Hungarie Bohemie etc. regis adiudicatoriis, seriem cuiusdam possessionarie divisionis ac sequestracionis nec non statucionis in se exprimentibus, inter Jacobum filium ac nobilem dominam Vrsulam relictam condam Bartholomei nec non Stephanum filium Johannis et Benedictum filium condam Petri de Bagod ab una, ac egregios Nicolaum Haghmas de Berekzo nec non Nicolaum filium eiusdem Nicolai Haghmas ac Ladislaum Johannem et Franciscum filios condam Johannis de Zenthgyrolth partibus ab altera emanatis nobisque loquentibus et directis, iuxta earumdem continenciam unacum Paulo de Zenthpal homine suo regio de curia sua regia ad ipsam possessionariam divisionem ac sequestracionem et statucionem faciendas specialiter transmisso, nostrum hominem videlicet religiosum fratrem Bartholomeum sacerdotem unum ex nobis ad contenta earumdem literarum adiudicatoriarum peragenda nostro pro testimonio duxissemus destinandum, tandem iidem exinde ad nos reversi, nobis concorditer retulerunt, quod ipsi feria quinta proxima ante festum Nativitatis beati Johannis Baptiste proxime preteritum ac aliis diebus ad id sufficientibus, ad facies possesionum Althalchaford, Eghazaschaford, Leanfalwa et Gonozfalwfewlde vocatarum in comitatu Zaladiensi existencium consequenterque porcionum possessionariarum condam Ladislai et Emerici Dombo dictorum de dicta Eghazaschaford in eisdem habitarum, scilicet curie nobilitaris eorumdem Ladizlai et Emerici Dombo in eadem Eghaza schaford situate, vicinis et commetaneis earumdem inibi legitime convocatis et presentibus accedendo, easdem porciones possessionarias in duas rectas et coequales divisissent et sequestrassent partes, quarum unam simulcum domo et curia nobilitari prefato-

rum condam Ladislai et Emerici Dombo in prescripta possessione Eghazaschaford habita, cum cunctis eiusdem utilitatibus et pertinenciis quibuslibet, quovis nominis vocabulo vocitatis, ad eandem directam medietatem spectantibus, nec non aliis triginta duobus iugeribus terrarum ac vineis propriis, silvis pratis fenilibus et aliis utilitatibus ad ipsam curiam ab antiquo pertinentibus, memoratis Jacobo filio ac nobili domine Ursule relicte condam Bartholomei nec non Stephano filio Johannis et Benedicto filio condam Petri de Bagod ipsorumque heredibus et posteritatibus universis iure perpetuo, aliam vero partes, annotatis Nicolao Hagmas de Berekzo ac Nicolao eiusdem Nicolai nec non Ladizlao Johanni et Francisco dicti condam Johannis de Zenthgyrolth filiis eorumdemque cunctis heredibus, cum omnibus eiusdem utilitatibus et pertinenciis quibuslibet, modosimili quovis nominis vocabulo vocitatis, quoad ipsam aliam rectam partem provenientibus sub illis titulo et racione in preallegatis literis prefati domini nostri regis expresse contento et habita, ipsis incumbentibus, reliquissent et statuissent possidendas tenendas pariter et habendas, contradiccione ipsarum parcium ac aliorum quorumlibet non obstante; cuius seriem ad octavas festi beati Jacobi apostoli nunc venturas dicto domino nostro regi duximus rescribendum. In cuius rei memoriam firmitatemque perpetuam presentes literas nostras privilegiales pendentis et autentici sigilli nostri munimine roboratas eisdem duximus concedendas. Datum sexto die diei possessionarie divisionis ac sequestracionis et statucionis prenotatarum, anno domini Millesimo quadringentesimo octuagesimo.

Hártyán, rózsaszínű selyemkóczon függő pecsétnyommal; eredetije a hg. Batthyány cs. körmendi ltárában. Nagy Imre.

324. *I. Mátyás király adománylevele Töttöserenye, Teremeserenye máskép Tamásfalva és Apsateleke nevű birtokokról, Csebi Pogány Péter részére. Zwechay nevű mezőváros melletti táborban, a bosniai hegyekben, 1480. nov. 18.*

commissio propria domini regis.

Nos Mathias dei gracia rex Hungarie Bohemie etc. memorie commendamus tenore presencium significantes

quibus expedit universis, quod nos tum ad certorum fidelium nostrorum humilis supplicacionis instanciam maiestati nostre pro parte fidelis nostri nobilis Petri Pogan de Cheb porrectam, tum vero consideratis serviciis eiusdem Petri per eum nostre maiestati iuxta sue possibilitatis exigenciam exhibitis et impensis, porciones possessionarias in possessionibus Thewtewsenereh, Theremesenereh alio nomine Tamasfalwa et predio Apsatheleke vocatis omnino in comitatu Zaladiensi existentibus habitas, que alias nobilis condam Benedicti Filemen dicti de prefata Enereh fratris dicti Petri Pogan condivisionalis prefuissent, sed per defectum seminis eiusdem ad sacram dicti regni nostri Hungarie coronam consequenterque collacionem nostram iuxta antiquam et approbatam ipsius regni nostri consvetudinem devolute esse perhibentur, simulcum cunctis suis utilitatibus et pertinenciis quibuslibet, terris scilicet arabilibus cultis et incultis, agris, pratis, pascuis, fenetis, silvis, nemoribus, virgultis, rubetis, aquis, fluviis, piscinis, piscaturis piscaturarumque locis et aquarum decursibus, item molendinis et molendinorum locis, montibus, vallibus, vineis vinearumque promontoriis, generaliter vero quarumlibet utilitatum et pertinenciarum integritatibus, quovis nominis vocabulo vocitatis, sub suis veris metis et antiquis, premissis sic ut prefertur stantibus et se habentibus, memorato Petro Pogan, suisque heredibus et posteritatibus universis de beneplacita voluntate et consensu serenissime domine Beatricis regine consortis nostre carissime dedimus donavimus et contulimus, imo damus donamus et conferimus iure perpetuo et irrevocabiliter tenendas possidendas pariter et habendas, salvo iure alieno, harum nostrarum vigore et testimonio literarum mediante, quas in formam nostri privilegii dum nobis in specie fuerint reporte redigi faciemus. Datum in castris nostris prope oppidum Zwechay in montibus Bosnensibus, sabbato proximo ante festum beate Elizabet, anno domini Millesimo quadringentesimo octuagesimo, regnorum nostrorum anno Hungarie etc. vigesimo tercio, Bohemie vero duodecimo.

Vörös viaszba nyomott nyolczszögű gyűrűs pecsét maradvá-

nyaival; eredetije a vasvár-szombathelyi kápt. ltárában. «Poganyiana» B. 8. Nagy Imre.

325. *I. Mátyás király a vármegyét utasítja, hogy Halápi Fekecs Mihály özvegyét és fiait, Haláp, Csergő, Rendes, Ábrahám, Ajka és Csapi nevű birtokokban, Halápi Fekecs Imre részének elfoglalásától tiltassa el. Buda, 1481. aug. 21.*

de commissione domini regis.

Mathias dei gracia rex Hungarie Bohemie etc. fidelibus nostris comiti vel vicecomiti et iudicibus nobilium comitatus Zaladiensis salutem et graciam. Exponitur nobis in persona fidelis nostri nobilis Johannis Fekech filii condam Job de Halap, quod licet Emericus filius condam Nicolai Fekech de eadem Halap frater eiusdem exponentis, totales porciones suas possessionarias in possessionibus Halap predicta ac Chergew, Rendes, Abran, Ayka et Chapy vocatis omnino in dicto comitatu Zaladiensi existentibus habitas, infra certum tempus eidem exponenti possidendas relinquerit et annuerit, tamen nobilis domina Katherina alias relicta condam Michaelis Fekech de dicta Halap nunc vero consors Blasii de Kapwch, nec non Stephanus et Paulus filii eiusdem domine, ipsum exponentem in pretactis porcionibus possessionariis annotati Emerici filii condam Nicolai contra premissam annuenciam eiusdem Emerici prefato exponenti superinde factam diversimode impedirent et perturbarent, in preiudicium ipsius exponentis et damnum valde magnum; et cum nos ipsum exponentem per quempiam sic indebite in huiusmodi iuribus perturbari non velimus, ideo fidelitati vestre firmiter precipiendo mandamus quatenus receptis presentibus et premissis suo modo se habentibus, prefatam dominam Katherinam ac dictos Stephanum et Paulum filios eiusdem in uno certo termino sedis vestre in vestre presenciam vocatos, ammoneatis eosdem dicatisque et committatis eisdem verbo nostro regio, ut ipsi ab ulteriori indebita perturbacione contra premissam annuenciam dicti Emerici filii condam Nicolai Fekech ipsi exponenti super pretactis porcionibus suis possessionariis factam cessare et penitus desistere debeant et teneantur. Et nihilominus dictum expo-

nentem in eisdem porcionibus possessionariis contra quosvis illegitimos impetitores, et signanter adversus dictam dominam Katherinam ac pretactos Stephanum et Paulum filios eiusdem protegere debeatis, auctoritate nostra regia presentibus vobis in hac parte attributa mediante; secus non facturi, presentibus perlectis exhibenti restitutis. Datum Bude, secundo die festi beati Stephani regis, anno domini Millesimo quadringentesimo octuagesimo primo.

Belől vörös viaszba nyomott pecséttel; eredetije Sitkén a felsőbüki Nagy cs. ltárában. Nagy Imre.

326. *Gúthi Ország Mihály nádor a vármegye fő- és alispánjait s szolgabíráit kiküldi, hogy a békavári várnagyok által Bátori István jobbágyaival a zalavári apátság Nagy- és Kisapáti, Ferkend, Rada, Esztergár és Zalavár nevü birtokain elkövetett tizenötrendbeli hatalmaskodást vizsgáltassa meg. 1482. apr. 18.*

Michael Orzag de Guth regni Hungarie palatinus et iudex comanorum, nobilibus viris comiti vel vicecomiti et iudicibus nobilium comitatus Zaladiensis sedis Kapornok, debitum reverencie cum honore. Dicitur nobis in personis venerabilis in Christo patris domini Mathie miseracione divina abbatis et conventus ecclesie Zaladiensis, quomodo in Carnisprivio cuius iam annualis preterisset revolucio, Lucas Bese de Kysmanya castellanus castri de Bekawar quendam Stephanum magnum iobagionem eorumdem exponencium in possessione Naghappathy vocata in comitatu Zaladiensi existente commorantem, licet habita licencia, iusto terragio non deposito et neque aliis debitis minime persolutis, per populos et iobagiones magnifici comitis Stephani de Bathor iudicis curie regie domini scilicet sui, in possessionibus Hozwfalw, Zenthgyerg et Hegenfelde vocatis, similiter in eodem comitatu Zaladiensi existentibus, officiolatibus scilicet suis commorantes, simulcum universis rebus suis potencialiter ad dictam possessionem Hozwfalw deduci fecisset moraturum. Et quod circa festum beati Vrbani pape proxime preteritum idem Lucas Bese de Kysmanya ac Johannes magnus de Solyagh castellani castri de Bekawar similiter per populos et iobagiones eiusdem comitis Stephani de

Bathor in pretactis possessionibus Hozwfalw, Zenthgyerg et Hegenfewlde vocatis, domini scilicet eorum officiolatibus ut puta ipsorum commorantes, quendam alium iobagionem prenotatorum exponencium puta Gregorium Loranth iuratum in eadem possessione dictorum exponencium Naghapathy constitutum et residentem, quamvis facta licencia sed iusto minime deposito terragio et neque aliis persolutis debitis, simulcum officio iura .... et aliis universis rebus suis ad predictam possessionem Hozwfalw, officiolatum scilicet eorumdem deduci fecissent moraturum; eo minime contenti, iidem Lucas Bese et Johannes magnus castellani eiusdem castri de Bekawar circa festum beati regis Stephani similiter proxime preteritum, missis et destinatis universis iobagionibus et colonis eiusdem comitis Stephani de Bathor domini scilicet ipsorum in possessione Kolon vocata in comitatu Zaladiensi, predicto officiolatu scilicet eorum commorantibus, ad possessionem dictorum exponencium Kysapathy vocatam similiter in comitatu Zaladiensi habitam, exindeque quosdam Georgium Anian atque Adamum et Gallum filios eiusdem, non habitis licenciis nec iustis terragiis depositis, aliis eciam debitis minime persolutis, simulcum omnibus ipsorum rebus ad possessionem Kolon predictam, officiolatum scilicet eorumdem, contra dicti regni consvetudinem potencialiter abduci fecissent moraturos, quos ad plurimas repeticiones annotatorum exponencium per iudicem nobilium dicti comitatus Zaladiensis factas ad pristina eorumdem habitacula minime remittere curassent nec curarent de presenti. Insuper circa festum assumcionis gloriosissime Marie virginis similiter proxime transactum, dum quidam Andreas magnus iobagio prenotatorum exponencium in possessione ipsorum Zalawar vocata residens ad capellam beatissime virginis Marie prope possessionem dicti comitis Stephani de Bathor Magyarod vocatam consimiliter in pretacto comitatu Zaladiensi existentem constructam, ubi maxima extitisset populorum confluencia, causa devocionis ire habuisset, tandemque peracto officio divino ad propria redire et per eandem possessionem Magyarod venire maluisset, tunc quidam Johannes Feledy familiaris predictorum

castellanorum ex commissione eorumdem dominorum scilicet suorum in eundem Andream magnum hostili impetu irruendo, ipsumque in terram prostrando ac manum suam dexteram graviter vulnerando, et nisi defensio quorumdam proborum eidem affuisset, nece miserabili interimere conatus fuisset; preterea circa festum beati Bartholomei apostoli proxime elapsum, dum quidam Georgius filius Petri Gerorth iobagio prenotatorum exponencium in possessione ipsorum Zalawar predicta residens, ad aquam Balatini ire voluisset, et cum prope ipsam aquam appropinquasset, tunc Synka dictus Simon ac Ladislaus magnus familiares eorumdem castellanorum dominorum scilicet ipsorum commissione, in eundem Georgium hostiliter irruendo, ipsumque nullis suis culpis exigentibus dire et acriter verberando, quandam eciam securim ab ipso Georgio aufferendo; tandem circa festum beati Mathei apostoli et evangeliste similiter proxime retroactum, prefatus Johannes magnus castellanus eiusdem castri de Bekawar, quendam lacum et pisciniam in aqua Balatini existentem, que scilicet piscina et lacus ab antiquo tempore in piscacionibus piscium quorumcunque communis, tam retibus quam sagenis et clausuris, populis et iobagionibus eorumdem exponencium in predicta possessione Zalawar commorantibus libera fuisset, eosdemque populos et colonos dictorum exponencium et piscaciones et pisces prensione prohibicione prohibuisset, qua prohibicione facta, iidem populi et iobagiones dictorum exponencium ad huiusmodi lacum et piscinam eiusdem aque Balatini intrare et in eisdem pisces prendere minime ausuri essent, qua quidem prohibicione facta, ipsis populis et colonis eorumdem exponencium plusquam ducentorum florenorum auri damna intulisset. Postea iidem Lucas Bese et Johannes magnus castellani dicti castri de Bekawar, missis et destinatis providis Augustino Nyers, Ambrosio Waryad, Egidio Sypos, Stephano Nyers, Martino Zakach, Petro Nyers, Paulo Toth, Thoma Simon, Blasio similiter Simon, Johanne Bylke, Jacobo Nemes, Johanne Akos, Georgio Zada, Blasio parvo et Andrea Bedis dictis hospitibus et iobagionibus eiusdem comitis Stephani Bathor. in possessione Hydweg vocata in

prenarrato comitatu Zaladiensi existente, officiolatu scilicet eorum commorantibus, ad territorium possessionis predictorum exponencium Zalawar predicte, exindeque quosdam tres porcos pingues iobagionum prenotatorum exponencium ad idem castrum Bekawar deduci fecissent et ibidem penitus devorassent et consumsissent. Expost in estate proxime preterita Valentinus Marthon iobagio eiusdem comitis Stephani de Bathor in possessione Hegenfewlde, officiolatu scilicet eorum castellanorum commorans, ex commissione et nutu eorumdem noctis in silencio ad domum et curiam cuiusdam Gregorii Almasy in predicta possessione dictorum exponencium Zalawar vocata commorantis more predonico invadendo, et nisi ipse Gregorius fuge presidio erga villicum prelibatorum exponencium in eadem possessione Zalawar constitutum se celare quevisset, eundem ibidem nece miserabili interemisset. Post hec circa festum beatorum Cosme et Damiani martyrum proxime translapsum, Matheus Ethel familiaris ipsorum castellanorum, appreciatis secum universis iobagionibus eiusdem comitis Stephani de Bathor in possessione Hozwfalw predicta, officiolatu scilicet annotatorum castellanorum degentibus, ex permissione et voluntate eorumdem castellanorum manibus armatis et potenciariis ad domum et curiam eiusdem Pauli parvi iobagionis dictorum exponencium in possessione Ferkend vocata residentis consimiliter in predicto comitatu Zaladiensi existente, abindeque duos leporales o.... bovis ad idem castrum Bekawar abduci fecissent; item circa festum Epiphaniarum domini proxime preteritum pretitulati Lucas Bese et Johannes magnus castellani castri de Bekawar..... directis universis colonis dicti Stephani de Bathor domini scilicet ipsorum in possessione Hozwfalw prenotata, officiolatu scilicet eorumdem castellanorum habitantibus ad possessionem preallegatorum exponencium Ezthergar nuncupatam, in prememorato comitatu Zaladiensi existentem, manibus armatis et potenciariis, abindeque quendam Emericum Wakocz iobagionem prescriptorum exponencium simul cum omnibus suis rebus levan ..... (ad ipsam) possessionem Hozwfalw taxis regie maiestatis ac annotatorum exponencium non persolutis,

ecclesie quoque parochialis in eadem Ezthergar fundate ac hospitibus et iobagionibus in ipsa Ezthergar de . . . . . suis nullum impensis satisfaccionem deduxissent. Expost tempore in predicto, dum quidam Paulus et Georgius Anthos iobagionibus antelatorum exponencium in possessione Zalawar residentibus frumenta ad molendinum in possessione Kethyda habitum ducere habuissent ac eadem farinificare fecissent, tandemque ad propria redire maluissent, tunc prelibatus Lucas Bese appreciatis . . . . suis easdem farinas et currum simulcum bobus ipsum currum trahentibus ad idem castrum Bekawar deducendo et ibidem tamdiu retinendo quousque eosdem iobagiones dictorum exponencium duobus florenis auri pactando et sic easdem farinas simulcum curru et bobus restituendo. Demum circa festum beati Pauli primi heremite proxime preteritum, dum quidam Benedictus Idawo tres (saccos) et (duo) vascula frumentis plena ad idem molendinum in Kethyda habitum deferre habuisset et exinde farinificari fecisset, tunc prenotati castellani per familiares ipsorum easdem farinas ab eodem Benedicto Idawo iobagione antelatorum exponencium recipi et ad idem castrum Bekewar aufferri fecissent, ibidem penitus consumsissent ad variasque repeticiones antefatorum exponencium reddere et restituere minime curassent nec curarent de presenti. Postremo circa festum beati Thome apostoli proxime preteritum iidem castellani quosdam duos iobagiones prenotatorum exponencium puta Michaelem magnum ac Barnabam in possessione Naghapathy commorantes, nullis suis culpis et demeritis exigentibus captivando captosque ad predictum castrum deduci et devinculari in vinculisque et ferramentis tamdiu tenere et conservare fecissent, quousque septem florenos auri per ipsos recepissent et exegissent. Tandem in Carnisprivio proxime preterito, dum antelati exponentes duodecim sales pro victu et sustentacione mense ipsorum comparari fecissent ac per quandam possessionem predicti Stephani de Bathor Kolon vocatam officiolatum prenotatorum castellanorum deferre habuissent, tunc villici in eadem possessione Kolon constituti, nescitur quibus respectibus, ex commissione eorundem castellanorum easdem sales penitus et in toto rece-

pissent et quo maluisset locassent, ad creberimasque flagitaciones iamfatorum exponencium reddere recusasset *(így)* prout recusaret eciam modo erga *(így)* conservando. Ultimo circa festum dominicam Reminiscere proxime preteritum quidam Paulus Kosa familiaris et iobagio annotatorum exponencium in possessione eorumdem Rada commorans, pro quibusdam grandibus excessibus et delictis, precipue eo, quod idem quendam fabrum dictorum exponencium letaliter vulnerando vulneraverat et verberaverat merito puniendus fore videbatur, tamen prenotati castellani per blandissima eorumdem verba eundem erga ipsos ad idem castrum allicuissent et ibidem contra nu(tum) dictorum exponencium tenerent et conservarent, et ad plurimas requisiciones eorumdem exponencium eundem reddere recusando, potencia mediante, in maximum preiudicium et damnum dictorum exponencium manifestum. Super quo vestras nobilitates presentibus requirimus diligenter, quatenus unum vel duos ex vobis transmittatis, qui ab omnibus quibus incumbit meram de premissis experiatur certitudinis veritatem, quam tandem nobis suo modo rescribatis. Datum in Korothna, feria quinta proxima post dominicam Quasimodo, anno domini Millesimo quadringentesimo octoagesimo secundo.

Zárlatán pecsét nyomaival; eredetije a zalavári apátság házi ltárában. Loc. 3. 2. Nagy Imre.

327. *Az alispán és szolgabírák előtt, Ujlaki Lőrincz ujfalusi tisztje által a Szigliget várához tartozó birtokok elfoglalásától mindenkit tiltat. Tapolcza, 1482. máj. 22.*

Nos Georgius de Esegwar vicecomes et iudices nobilium comitatus Zaladiensis memorie commendamus, quod Paulus Santha de Almad officialis magnifici domini Laurencii de Vylak in possessione Vyfalw constitutus, nostri veniens in presenciam, universos ab occupacione et detencione fenilium, terrarum arabilium silvarumque et nemorum in pertinenciis castri eiusdem domini Laurencii Zeglyget habitarum, necnon utensione earumdem, usuum fructuum et aliarum quarumlibet ntilitatum ipsarum percepcione et percipi faccione quomodolibet factis vel fiendis prohibuit contra-

dicendo et contradixit inhibendo publice et manifeste coram nobis. Datum in Tapolcza, feria quarta proxima ante festum beati Vrbani pape, anno domini Millesimo quadringentesimo octuagesimo secundo.

Hátlapján három gyűrűs pecsét romjaival; eredetije a körmendi ltárban. Véghely D.

328. *Bátori István országbíró előtt Csebi Pogány Péter és Imre gyermekei, Lövő, Kozmadomb, Jahon stb. birtokokban kölcsönös örökösödést kötnek ki. Buda, 1483. apr. 3.*

Nos comes Stephanus de Bathor iudex curie serenissimi principis domini Mathie dei gracie regis Hungarie Bohemie Dalmacie Croacie etc. memorie commendamus tenore presencium significantes quibus expedit universis, quod Petrus filius Dionisii Pogan de Cheb personaliter ab una, ac Georgius et Sigismundus filii Emerici similiter Pogan de eadem Cheb modo simili personaliter, iidem eciam Georgius et Sigismundus onera et quelibet gravamina Johannis fratris et nobilis puelle Katherine sororis ipsorum carnalium ad infrascripta firmiter observanda super se et cunctas ipsorum hereditates assummendo ab alia partibus coram nobis constituti, sunt confessi in hunc modum, quomodo ipsi mutua inter se prehabita deliberacione, ea precipua intencione, ut ipsi sicuti hactenus ita et deinceps vita ipsorum durante mutue dileccionis nexu et amore alterutrum amplecti delegissent optarentque et prosequi intenderent in futurum, igitur primum prefati Georgius et Sigismundus in ipsorum ac dictorum Johannis fratris et nobilis puelle Katherine sororis eorumdem carnalium nominibus, totales possessiones ipsorum Lewe, Zenthkozmadamjan, Jahon in Zaladiensi, nec non Gyelwez, Patzod, Kerezthwr, Vasarosfalw in Castriferrei, ac similiter totales porciones possessionarias in Zenthmarthon partim in dicto Zaladiensi partim vero in eodem Castriferrei, item altera Kerezthwr, Gywerkefalwa, Salamonwar, Akosfalwa, Hermanfalwa, Nemethfalwa, Bentze, Gywerthyanag, Erdewfalw, Thompa, Zalazeg, Aranyad, Zenthpether possessionibus ac predio Palhaza in iamdicto Zaladiensi, preterea modo simili totales Werebel, Mothola in Simigiensi, Osthowcz ac

castellum in eadem habitum, nec non Herborthya, Zobothycza ac villas ad easdem Herborthya et Zobothytza in Crisiensi, aliasque universas possessiones porcionesque et iura possessionaria ipsorum intra ambitum regni et in quibuscunque comitatibus existentes habitas pertinentes, quocunque nomine appellatas, ipsos Georgium Sigismundum Johannem et puellam Katherinam iure materno concernentes, a modo in posterum perpetuis semper successivis temporibus, cum prefato Petro filio Dionisii Pogan ipsiusve heredibus utriusque sexus universis communi usui reliquissent ac eundem Petrum Pogan in verum ac legitimum successorem eorumdem iurium possessionariorum acceptassent in realemque ac pacificam possessionem ac quietum dominium directe et equalis ac condecentis porcionis sive partis pretactorum iurium possessionariorum iam de facto intromisissent; e converso vero annotatus Petrus Pogan in recompensam premissorum universas res et quelibet bona sua mobilia hactenus per ipsum acquisitas, videlicet pecunias, equos, arma, vestimenta, argenteria et alia utensilia quibus et quocunque nomine vocitata modo simili cum eisdem Georgio Sigismundo Johanne et puella Katherina equali et communi usui et participacioni commisisset; assumens nihilominus et obligans se idem Petrus Pogan de *(igy)* vita sibi comite quascunque possessiones et porciones possessionarias a prefato domino nostro rege pro se impetrare aut perpetue emcionis titulo aut alio quocunque iure obtinere, res eciam mobiles in futurum acquirere et adipisci posset consimiliter cum eisdem Georgio Sigismundo Johanne et puella Katherina ipsorumve heredibus utriusque sexus universis participare ac in rectas equales ac condecentes dividere partes, hoc denique et specialiter declarato, quod si divina permittente clemencia cuius nutu cuncta reguntur alicui parcium iamdictarum absque heredum solacio utriusque sexus ab hac luce decedere contigerit, quod deus avertat, extunc porcio talis sine heredibus decedentis in partem superviventem et superstites habentem solum vigore presencium derivari et condescendi deberet eo facto, pleno iure. Adque premissa se partes prenotate personalibus eorum astanciis, annotati

autem Georgius et Sigismundus filii Emerici Pogan prelibatos Johannem fratrem et puellam Katherinam sororem carnales, oneribus sub premissis in se assumtis, sponte obligarunt coram nobis harum nostrarum quibus sigillum nostrum autenticum est appensum, vigore et testimonio literarum mediante. Datum Bude, feria quinta proxima post festum Pasche domini, anno eiusdem Millesimo quadringentesimo octuagesimo tertio.

I. Mátyás király 1438-diki megerősítő átiratából, melynek eredetije a vasvár-szombathelyi kápt. ltárában őriztetik. «Poganiana» B. 9. Nagy Imre.

329. *Az alispán és szolgabírák bizonyságlevele arról a több rendbeli hatalmaskodásról, melyet Mányai Lukács Békavárról, maga és emberei által Gersei Pető Jánoson és Györgyön és ezek emberein Peleskén, Hidvégen és Páhokon elkövettek. Rendek, 1483. máj. 30.*

Nos Georgius de Esegwar et Gregorius de Dewecher vicecomites et iudices nobilium comitatus Zaladiensis memorie commendamus, quod cum nos ad instantem et legitimam peticionem magnificorum dominorum Johannis et Georgii Pethew de Gerse etc. Michaelem de Kerezthwr iudicem nobilium unum ex nobis ad infrascriptam inquisicionem faciendam de sede nostra iudiciaria duximus destinandum; qui tandem exinde ad nos reversus, retulit nobis, ut ipse in festo beati Vrbani pape in dicto comitatu procedendo ab omnibus quibus decens et opportunum fuisset, palam et occulte diligenter inquirendo, talem de infrascriptis scivisset certitudinis veritatem, quomodo circa festum purificacionis virginis Marie proxime preteritum, cum prefati exponentes quendam Martinum familiarem ipsorum, ad egregium Nicolaum Erdegh de Peleske fratrem ipsorum, pro quibusdam ipsorum rebus ipsi Nicolao Erdegh referendis transmisissent, tunc Lucas Bese de Manya, ipsum Martinum in libera via euntem capi, ac usque ad destruccionem certorum ipsius *(így)*, verberari et tamdiu in castro Bekawar castellanatu suo conservari fecisset, fere per tres menses, ut post emissionem de captivitate paucis diebus intervenientibus, spiritum exalasset. Ceterum circa festum beati Georgii martyris similiter proxime transactum, dum videlicet qui-

dam Dominicus Chak et Blasius Garath iobagiones ipsorum exponencium, in oppido Keztel commorantes per telonium magnifici Stephani de Bathor in possessione Hydweg exigi solito, domum versus, iusto telonio persoluto primumque pacifice transmisso, tandem teloniator Vrbanus Thege, de commissione prefati Luce castellani domini sui eosdem insecutus, dire usque ad sanguinis ipsorum effusiones verberasset, cipisque mancipando, quousque voluisset captivos conservasset. Preterea dum iobagiones et naute predictorum dominorum Johannis et Georgii exponencium, nonnullos peregrinos ad limina corporis Christi euntes, ipsorum navigio per aquam Balatini transducere habuissent, tunc universi populi et iobagiones prefati domini Stephani de Bathor ex antea commisso mandato antedicti Luce castellani in eosdem manibus armatis irruendo, iactibus lapidum et aliarum rerum ipsos iobagiones dominorum exponencium et peregrinos de navibus eorum propriis eiciendo ipsorumque navibus dictos peregrinos recepissent et transferassent potencia mediante. Denique circa festum beati Demetrii martyris in anno proxime transacto preteritum, dum videlicet memoratus dominus Johannes Pethew exponens cum familiaribus suis et parvulis in equis et curru de castro Peleske domum versus venire habuisset, in quodam monte parvulis de ipso curru propter alimentacionem equorum suorum descendere iussis et ab ipso curru aliquantulum separatis, Paulus Ewry, Ambrosius de Mand cum ipsorum complicibus in tres parvulos ipsius domini Johannis exponentis nobiles de commissione pretacti Luce castellani manibus armatis irruendo, alios in arundines aque Zala depellendo, alium vero per viam usque domum plebani de Pah insequendo, nisi idem discretus Paulus plebanus eosdem in domo sua defendere potuisset, eosdem nece miserabili interimere voluissent potencia mediante, in preiudicium et damnum antefatorum exponencium valde magnum, testimonio presencium mediante. Datum in Rennek, sexto diei inquisicionis prefate, anno domini Millesimo quadringentesimo octuagesimo tercio.

Hátlapján két pecséttel; eredetije a gr. Festetics cs. keszthelyi ltárában. Zaladien. 200 *b*. Nagy Imre.

330. *I. Mátyás király Buzadszigeti Sárkán Jánostól és fiaitól, kik a német császárhoz pártoltak, Buzadsziget nevű kastélyukat, Sziget, Hahóth nevű s több más Zala- és Vas megyei birtokaikat elveszi, s Lendvai Bánfi Miklós pozsonyi főispánnak és Batthyány Boldizsár kőszegi kapitánynak adományozza. Buda, 1483. sept. 10.*

Nos Mathias dei gracia rex Hungarie, Bohemie etc. memorie commendamus tenore presencium significantes quibus expedit universis, quod nos attentis et consideratis fidelitate et fidelium serviciorum meritis fidelium nostrorum magnifici Nicolai Banfy de Lyndwa comitis Posoniensis et egregii Balthasaris de Batthyan capitanei castri nostri Kewzeg, per eos primum sacre dicti regni nostri Hungarie corone, tandemque maiestati nostre, pro locorum et temporum diversitate cum omni fidelitatis perseverancia exhibitis et impensis, castellum Bwzazygethe vocatum ac possessiones similiter Zygeth et Haholth, necnon porciones possessionarias in possessionibus Thormafeldew, Dobry, Akoshaza, Salamonwara, Erdeyfalw, Thompa, Gyerthyanag, Benche, Nemetfalw et Herman in Zaladiensi, necnon Iklod, Janospanfalwa et Zenthmarthon vocatis in Castriferrei comitatibus existentibus habitas, quod et que per notam infidelitatis nobilium Johannis Sarkan de Buzazygethe ac Nicolai Ladislai Andree et Francisci filiorum eiusdem, quam iidem ex eo incurrisse dicuntur, quod ipsi postposita fidelitate et obediencia, qua nobis et sacre huius regni nostri Hungarie corone tenebantur, temporibus preteritis ad imperatorem romanorum, nostrum et tocius regni nostri inimicum specialem confugisse, et quantum in eis extitit, se nobis et regno nostro emulos et inimicos prestitisse, ac contra nos rebellasse referuntur, ad sacram eiusdem regni nostri Hungarie coronam consequenterque collacionem nostram regiam iuxta antiquam et approbatam eiusdem regni nostri consvetudinem devolutum et redacte esse perhibentur, simul cum cunctis suis utilitatibus et pertinenciis quibuslibet, terris scilicet arabilibus cultis et incultis, agris pratis pascuis campis fenetis silvis nemoribus montibus vallibus vineis vinearumque promontoriis, aquis fluviis piscinis piscaturis aqua-

rumque decursibus, molendinis et molendinorum locis, generaliter vero quarumlibet utilitatum et pertinenciarum suarum integritatibus, quovis nominis vocabulo vocitatis, sub suis veris metis et antiquis, premissis sic ut prefertur stantibus et se habentibus, memoratis Nicolao Banfy et Balthasari de Batthyan, et per eos magnifico Jacobo Banfy fratri carnali prefati Nicolai, ipsorumque heredibus et posteritatibus universis, de consensu et beneplacita voluntate illustrissime domine Beatricis regine consortis nostre charissime, dedimus donavimus et contulimus, imo damus donamus et conferimus iure perpetuo et irrevocabiliter tenendas possidendas pariter et habendas; salvo iure alieno; harum nostrarum vigore et testimonio literarum mediante; quas in formam nostri privilegii redigi faciemus, dum nobis in specie fuerint reportate. Datum Bude, feria quarta proxima post festum nativitatis beate Marie virginis, anno domini Millesimo quadringentesimo octuagesimo tercio, regnorum nostrorum Hungarie etc. anno vigesimo sexto, Bohemie vero quinto decimo.

Belől: Ad relacionem Thome de Erdewd prepositi Tituliensis.

Kettős papiron, alúl a királyi pecsét nyomaival; eredetije az Orsz. Ltárban. N. R. A. 589. 4. dipl. oszt. 18849. Nagy Gyula.

331. *Az alispánok és szolgabírák bizonyságlevele, hogy Sárkánházi Sárkán Péter, Gébárt és Neszelej nevű birtokairól két jobbágyának Egerszegre való költözését meggátolta. Kapornak, 1483. nov. 13.*

Nos Georgius de Eseghwar et Gregorius Choron de Dewecher vicecomites et iudices nobilium comitatus Zaladiensis, memorie commendamus, quod cum nos ad instantem et legitimam peticionem David de Byk officialis reverendissimi in Christo patris domini Alberti episcopi ecclesie Wesprimiensis in oppido Egerzegh constituti, Jacobum de Debrethe unum ex nobis viceiudicem nobilium ad infrascriptas inquisicionem ammonicionem et citacionem faciendum nostro pro testimonio duxissemus destinandum, qui tandem exinde ad nos reversus nobis retulit isto modo, quod ipse feria tercia proxima post festum Omnium Sanctorum pro-

xime preteritum in dicto comitatu Zaladiensi accedendo, ab omnibus quibus decuisset et licuisset, talem scivisset veritatem, quomodo temporibus noviter preteritis, quidam Andreas Turpa et Georgius Both iobagiones Petri Sarkan de Sarkanhaza, in possessionibus Gebarth et Nezelew commorantes, qui scilicet habita licencia iuxta regni consvetudinem ad predictum oppidum Egerzegh, officiolatum scilicet prefati exponentis causa commorandi se recepissent moraturos, quos prefatus Petrus Sarkan abire minime permisisset; factaque ipsa inquisicione, eodem die idem viceiudex nobilium ad prefatam possessionem Gebarth accedendo, ibique memoratum Petrum Sarkan personaliter reperiendo, verbo nostro amonuisset in eo, ut ipse memoratos iobagiones cum omnibus ipsorum rebus et bonis abire permittere deberet et teneretur, qui quidem Petrus Sarkan id facere recusasset, ibidem conservando iusticia abnegante; idem eodem die idem viceiudex nobilium memoratum Petrum Sarkan in dicta Gebarth porcione scilicet sua possessionaria ibidem habita contra prefatum exponentem ad feriam quintam proximam post festum beati Martini episcopi proxime nunc venturum in nostram citavisset presenciam, litis pendencia si qua foret inter ipsos non obstante. Datum in Kapornak, feria quinta antedicta, anno domini Millesimo quadringentesimo octuagesimo tercio.

Zárlatán három gyűrűs pecsét töredékeivel; eredetije a körmendi ltárban. Véghely D.

332. *Az alispánok és szolgabírák bizonyítják, hogy Pál zalabéri plébános marháit Béri Boldizsár a mezőről behajtotta. Kapornak, 1489. sept. 24.*

Nos Ladislaus de Herman et Georgius literatus de Zepethk vicecomites ac iudices nobilium nec non electi iuratique assessores comitatus Zaladiensis memorie commendamus, quod nobis feria quinta proxima in festo scilicet sancti Gerardi episcopi et martyris unacum nobilibus huius comitatus pro faciendo moderativo iudicio causantibus in sede nostra iudiciaria sedentibus, discretus dominus Paulus plebanus de Beer personaliter iuxta continenciam literarum

nostrarum inquisitoriarium et citatoriarum in figura nostri iudicii comparendo, contra Balthasar de Beer proposuit eo modo, quomodo sabbato proximo ante festum Exaltacionis sancte crucis prefatus Balthasar de Beer pecudes et pecora dicti Pauli actoris de campo eiusdem possessionis Beer impelli fecisset. Datum in dicto oppido Kapornak, termino in predicto, anno domini Millesimo quadringentesimo octuagesimo nono.

Hátlapján három pecsét nyomaival; eredetije a felsőbüki Nagy család sitkei ltárában. Nagy Imre.

333. *A vármegye szolgabíráinak bizonyságlevele, hogy Lindvai Bánfi Miklósnak és Jakabnak azyvági (Szilvágy) tizennégy jobbágya, mindegyik húszad magával, esküt tettek arra, hogy midőn a fő- és alispánok rendeletéből az egyik szolgabíró és emberei bizonyos taksát Bencze nevű helységben beszedni akartak, ezeken nem hatalmaskodtak. Kapornak, 1490. mart. 11.*

Nos iudices nobilium necnon electi iuratique assessores comitatus Zaladiensis memorie commendamus, quod nobis feria quinta proxima post dominicam Reminiscere proxime preteritam, unacum nobilibus huius comitatus pro faciendo moderativo iudicio causantibus, in sede nostra iudiciaria sedentibus, Georgius Thompa de Bodogazzonfalwa unus ex nobis iudex nobilium personaliter in nostram veniendo presenciam, nobis oretenus retulit isto modo, quod ipse in dominica Invocavit proxime preterita, iuxta arbitrativam disposicionem certorum proborum et nobilium virorum ad oppidum Egerzeg accedendo, ibique quidam Blasius Fekethe, Valentinus Was, Ladislaus Markfy, Bartholomeus Mathes dictus, Franciscus Gerencher, Blasius Pipo et Benedictus Was, iobagiones magnificorum Nicolai et Jacobi Banfy de Lindwa, in possessione Felsew-Azywag commorantes, contra magnificum Jacobum Zekel capitaneum Pethoviensem ac comitem dicti comitatus Zaladiensis, et egregium Georgium literatum de Zepethk vicecomitem nostrum eiusdem comitatus, sacramenta centesimo et quadragesimo se, ita videlicet quilibet eorum vigesimo se, super eo, quod ipsi armatis manibus et potenciarie contra homi-

nes et familiares eorumdem domini Jacobi Zekel et Georgii literati, dum ipsi homines et familiares eorumdem unacum Petro de Bebes iudice nobilium ad exigendis *(így)* taxis regie maiestatis cum birsagiis consvetis fieri solitis, ad possessionem Bencze vocatam accessissent, in eosdem non insurrexissent nec ictibus sagittarum equos eorumdem affixissent et eisdem nulla obprobria ac verberaciones et damna intulissent, ideo in totali premissa accione et acquisicione prefatorum domini Jacobi Zekel comitis et Georgii literati vicecomitis nostri innocentes fuissent et extitissent, prescripta eorum sacramenta iuxta premissam arbitrativam disposicionem dictorum proborum virorum, uti debuissent, deposuissent. Datum in oppido Kapornok, feria quinta antedicta, anno domini Millesimo quadringentesimo nonagesimo.

Hátán gyűrűs pecsétek maradványaival; eredetije az Orsz. Ltárban. N. R. A. 1558. 56. dipl. oszt. 19631. Nagy Gyula.

334. *László vasvári prépost és a szekszárdi egyház kormányzója, a zalavári egyház jobbágyait Gersei Pető György és János pártfogásába ajánlja. Szekszárd, 1490. apr. 16.*

Magnifice domine nobis honorande, post nostri et serviciorum nostrorum commendacionem. Rogamus vos, quatenus ipsius ecclesie nostre Zaladiensis populos et colonos unacum fratre nostro Petro, qui prope castrum vestrum Kemend de voluntate nostra se conduxit moraturum, velitis digneminique in favore vestro habere, eosque ab impeditoribus protegere pariterque defensare, et eisdem in opportunis auxilio vestro adesse, serviciorum nostrorum ob respectum, nam eo facto, tempore suo, semper nos vita comite ad vestra servicia et optata habebitis paratos, in vobis nos ipsi satis semper habuimus et habemus fiduciam, idcirco ita prout petimus faciatis. Ex Saxardia, 16 aprilis 1490.

Ladislaus prepositus
ecclesie Castriferrei,
Saxardie gubernator etc. totus vester.

Kivül: Magnificis dominis Georgio et Johanni Pethew etc. dominis honorandis.

Zárlatán pecsét nyomaival; eredetije Keszthelyen a gr. Festetics cs. ltárában. Miscell. 610.

335. *Gersei Pető Péter özvegye levele fiához Jánoshoz, a tátikai, kemendi és márvánkői várak osztályáról. Szántó, 1490. apr. 25.*

Egregie filie carissime! Diebus elapsis per Blasium magnum de Kwsthan vocali sermone referre curavistis, ut vobis significaremus, quomodo divisiones in castris Thadyka et Kemend facta fuerant; ideo prout nostre memorie reduci possimus, quod porta in castro Thadyka cessit communiter, sed domus supra portam cessit domino Nicolao; similiter in castro Kemend porta cessit communiter, sed turris supra portam cessit vobis et fratri vestro. Et in Marwankew porta interior cessit domino Nicolao et porta exterior cessit vobis. Ceterum conqueri potestis fratri vestro domino Nicolao, quod quasdam hereditates Jacobi Myhalffy, qui fuit iobagio noster, debitum solvit communis humani, iobagiones nostri emerunt precio condigno, quas dominus Nicolaus inhibuit, ut sibi ipsi appropriaret, ideo habetis de remedio providere. Ex Zantho, in festo beati Marci evangeliste, anno domini Millesimo quadringentesimo nonagesimo.

Catherina relicta Petri Pethew de Gerse genitrix vestra.

Kivül: Egregio Johanni Pethew de Gerse filio suo carissimo.

Zárlatán pecsét nyomaival; eredetije Keszthelyen a gr. Festetics cs. ltárában. Zaladien. 206. Nagy Imre.

336. *Berekszói Hagymás Miklós Gersei Pető Jánost bizonyos ügyben tanácskozásra Bazsiba vagy Csehibe meghívja. Csobáncz, 1491. jan. 24.*

Magnifice domine et frater noster honorande! Si nobiscum aliquas interlocuciones habere cupitis, extunc statim descendere velitis circa nos, ad possessiones sive Basee neve Cheh; promittimus fide nostra vobis ex parte omnium

hominum et famulorum domini nostri, quatenus cum pace bona absque omni impedimento iterum et rursus usque ad castrum vestrum Thadyka vos remittimus; si ea facere volueritis ut scribimus a vobis, per presentem nuncium similem literam huic statim transmittatis. Ex castro Chobanch, in profesto beati Pauli apostoli conversionis *(így)*, anno domini Millesimo quadringentesimo nonagesimo primo. Latori qui easdem dederit fidem adhibere velitis creditivam.

Nicolaus Hagymas
de Berekzo.

Kivül: Magnifico Johanni Pethewfy *(így)* de Gyerse domino et fratri nostro honorando.

Zárlatán pecséttel; eredetije Keszthelyen a gr. Festetics cs. ltárában. Misc. 614. Nagy Imre.

337. *Rátóti Gyulafi László özvegye és fia János, Leánfalvi Ágoston somlai várnagyot nyugtatják, hogy Csobáncz várát Kinizsi Pál temesi gróf beleegyezésével Gersei Pető Jánosnak átadta. 1491. jul. 22. körül.*

Nos Katherina relicta et Stephanus filius condam Ladislai Gywlafy de Ratholth cunctis manifestum facimus, quomodo hunc nobilem et egregium Augustinum de Leanfalwa castellanum in Somlyo ex confidencia in magnificum dominum Paulum de Kynis comitem Thwmusiensem etc. feceramus vocare in castrum nostrum Chobanch his disturbiorum temporibus pro defensione ipsius castri et bonorum nostrorum contra quoslibet molestatores, qui nobis a die qua ad eundem castrum intravit, cum suis familiaribus nobilibus et ignobilibus usque ad hunc diem exitus sui, quibusvis nominibus vocitatorum edificiaque valde utilia in circuitum prefati castri nostri factis *(így)*, eaque facta ab eodem animo bono recepimus, nunc rursus et iterum idem Augustinus ipsum castrum nostrum Chobanch ex annuencia et permissione prescripti magnifici domini Pauli de Kynis in manibus magnifici Johannis Pethwfy de Gyerse fratris nostri carnalis remisit et resignavit cum omnibus pertinenciis; quare nos eundem Augustinum castellanum cum omnibus nobilibus et familiaribus quibusvis nominibus voci .... in

ipso castro nostro secum manentibus et existentibus pre omnibus factis operibus ..... quitum expeditum et per omnia absolutum remisimus, imo remittimus .... unquam litem aut causam contra eundem et ..... suscitare aut movere intendimus sed neque volumus. Ex castro ..... feria ..... proxima ante festum beate Marie Magdalene, anno domini Millesimo quadringentesimo nonagesimo primo.

Belől pecsét maradványaival; eredetije az Országos Ltárban N. R. A. 19. 61. dipl. oszt. 19741. Nagy Imre.

338. *Bátori István országbíró előtt Gersei Pető Miklós és János kijelentik, hogy ők Kemend és Márványkő várak visszafoglalásánál szenvedett mindennemű káraikat Székel Jakab s Miklós, Lindvai Szécsi Miklós és Monyorókeréki Ellerbach János és István embereinek elengedték. Buda, 1492. mart. 15.*

Nos comes Stephanus de Bathor iudex curie serenissimi principis domini Wladislai dei gracia regis Hungarie Bohemie Dalmacie Croacie etc. marchionisque Moravie nec non vaivoda Transsilvanus et comes siculorum, memorie commendamus, quod egregii Nicolaus et Johannes Pethew de Gerse coram nobis personaliter constituti, idem eciam Nicolaus Ladislai Petri Thome Stephani et Nicolai, dictus vero Johannes Francisci filiorum suorum, cunctorumque aliorum fratrum proximorum et consanguineorum ipsorum onera, et quelibet gravamina in infrascriptis super se assummendo, sunt confessi sponte in hunc modum, quomodo ipsi magnificos Jacobum Zekel et Nicolaum fratrem eiusdem carnalem ac Nicolaum Zechy de Lyndwa nec non Johannem et Stephanum Ellerboh de Monyorokerek, item Georgium literatum de Pesthenye et Nicolaum Horwath eiusdem Jacobi Zekel ac Blasium Thaba de Kalozfalwa, Ladislaum de Meegh, alterum Ladislaum Pewres de Myhalhaza, Georgium Chompor de Chomporhaza, Ladislaum de Zenthlazlo, Paulum de Kerechen, Blasium de Iwancz, Ambrosium de Damonya, Valentinum de Gozthon, Stephanum de Sator, Kemend ac Zekel Marwankew castrorum castellanos, Johannem de Deche, Gaspar de Sarfew, Anthonium de Iwan, Petrum de Ebrys, Georgium Wayda castellanum de Zygeth,

Benedictum Horwath, alterum Benedictum de Zentgyerghwelgh, Andream de Irsa, Georgium Zemenych, Demetrium de Zechewd, Georgium Akach de Vnyan, Emericum de Bala, Nicolaum literatum de Vnyan, Michaelem de Damonya, Blasium de Radocz, Ambrosium de Waryas, Stephanum de Hegh, Emericum de Gald, Franciscum de Mona, Stephanum de Kald et Andream Sarkan de Bwzadzygethe prefati Nicolai Zechy, preterea Ladislaum Sybryth de Zarwaskend, Philipum castellanum de Zygeth, Bartholomeum de Zewczw, Petrum Thorrod de Thorodfalwa, Petrum de Radocz, Nicolaum Thorrodi, Ladislaum et Lodovicum de Rum, Georgium Sekthey, Paulum Swnyey, Paulum Saly, Johannem Zenthmyhaly, Jacobum literatum de Hollos, Achacium de Hollos, Stephanum de Kolltha et Achacium de Polyan annotatorum Johannis et Stephani de Ellerboh familiares, ceterosque universos et quoslibet homines et iobagiones eorumdem ac ad ipsos pertinentes ac si presentibus nominati essent, de et super recepcione et obtencione castrorum annotatorum Nicolai et Johannis Pethew ac (fratrum) et filiorum eorumdem, Kemend et Marwankew predictorum pertinenciarumque eorumdem, item hominum interemcionibus, domorum et villarum depredacionibus et conbustionibus, actibus potenciariis, damnis iniuriis nocumentis et aliis malorum generibus per eosdem a tempore obitus serenissimi principis condam domini Mathie regis usque ad hec tempora qualitercunque patratis illatis et commissis, quitos expeditos et modis omnibus absolutos reddidissent et commisissent, imo reddiderunt et commiserunt coram nobis testimonio presencium mediante. Datum Bude, feria quinta proxima ante dominicam Reminiscere, anno domini Millesimo quadringentesimo nonagesimo secundo.

Stephanus.

Hátlapján pecsét nyomaival; eredetije az Országos Ltárban, N. R. A. 14. 30. dipl. oszt. 19807. Nagy Imre.

339. *II. Ulászló király Zala vármegye közönségével tudatja, hogy a megye főispáni tisztsége felével, melyet addig Pető Miklós viselt, Kanizsai Györgyöt ruházta fel. Szeben, 1494. sept. 4.*

commissio propria domini regis.

Wladislaus dei gracia rex Hungarie Bohemie etc. fidelibus nostris universis et singulis nobilibus alterius cuiusvis status et condicionis possessionatis hominibus comitatus Zaladiensis salutem et graciam. Quia nos de fide et fidelitate fidelis nostri magnifici Georgii de Kanisa magistri pincernarum nostrorum ad plenum confisi, honorem illius comitatus quoad illam medietatem quam hactenus egregius Nicolaus de Pethew *(igy)* tenuit, salva nostra gracia apud eum remanente, ab eodem aufferentes, prefato Georgio de Kanysa durante nostro beneplacito duximus dandum et conferendum; quocirca fidelitati vestre firmissime mandamus, quatenus a modo deinceps, prefatum, Georgium de Kanysa quoad medietatem pro vestro comite habere tenereque et recognoscere, eique in omnibus obedire et obtemperare, atque ea que nostro nomine vobis facienda dixerit et commiserit, sine omni recusa exequi debeatis et teneamini, aliud non facturi, presentibus perlectis exhibenti restitutis. Datum Cibinii, feria quarta post festum beati Egidii abbatis, anno domini Millesimo quadringentesimo nonagesimo quarto.

Belől a titkos pecsét nyomaival; eredetije az Orsz. Ltárban. N. R. A. 1559. 16. dipl. oszt. 20210. Nagy Imre.

340. *Az alispánok és szolgabírák bizonyságlevele arról a hatalmaskodásról, melyet Laki Hertelendi Mátyás, Gersei Pető János egyik szántói jobbágyán a vindornyalaki szőllőben elkövetett. Szántó, 1496. apr. 25.*

Nos Georgius Kaczor de Lak et Dionisius de Chenehaza vicecomites, iudices nobilium comitatus Zaladiensis memorie commendamus, quod cum nos ad instantem et legitimam peticionem magnifici domini Johannis Pethew de Gerse Gothardum de Wonyarcz unum ex nobis iudicem nobilium ad infrascriptas inquisicionem et citacionem faciendas de sede nostra iudiciaria nostro pro testimonio duxis-

semus destinandum, qui tandem exinde ad nos reversus, nobis retulit ipso modo, ut ipse die dominico proximo ante festum beati Georgii martyris proxime preteritum in dicto comitatu procedendo, ab omnibus nobilibus scilicet et ignobilibus quibus decens et opportunum fuisset, palam et occulte diligenter inquirendo, talem de infrascriptis scivisset certitudinis veritatem: quod feria sexta proxima ante festum Valeriani martyris proxime preteritum, dum providus Ambrosius Thorma iobagio dicti domini exponentis in oppido Zantho in comitatu Zaladiensi existenti habita commorans, ad promontorium possessionis Lak, vineam scilicet suam . . . . . ligonizare habuisset, tunc nobilis Mathias Herthelendi de Lak et Georgius Kalman de Fok familiaris eiusdem, manibus armatis et potenciariis ad dictam vineam dicti Ambrosii Thorma irruissent, ibique dictum Ambrosium Thorma diversis verberibus et plagis affecissent in terra prostratum semivivum relinquendo, potencia mediante, in preiudicium et damnum dicti domini Johannis exponentis valde magnum; facta ipsa inquisicione idem iudex nobilium eodem die inquisicionis prenotate memoratum Mathiam Herthelendi de Lak, porcione scilicet sua possessionaria Lak in comitatu Zaladiensi existente habita, contra dominum exponentem ad feriam secundam proximam, festum scilicet beati Marci evangeliste nostram citasset in presenciam, litis pendencia si qua foret inter ipsos non obstante. Datum in oppido Zantho, feria secunda predicta, anno domini Millesimo quadringentesimo nonagesimo sexto.

Papiron, zárlatán három pecsét nyomaival; eredetije Keszthelyen a gr. Festetics cs. ltárában. Zaladien. 207. *a.*

341. *II. Ulászló király Pető János kérésére a vármegye közönségének meghagyja, hogy addig, mig a király Csehországból vissza nem tér, a törvényszék üléseit Szántó mezővárosban tartsa meg. Tata, 1497. jan. 20.*

Wladislaus dei gracia rex Hungarie et Bohemie etc. fidelibus nostris universis et singulis nobilibus et alterius cuiusvis status et condicionis posssessionatis hominibus comitatus Zaladiensis, salutem et graciam. Expositum est

maiestati nostre pro parte et in persona fidelium nostrorum egregiorum Nicolai et Johannis Pethewſy, qualiter nonnulli essent nobilium in illo comitatu vestro, qui sedem iudiciariam illius comitatus ex oppido ipsorum Zantho vocatum *(így)* ad alium locum transferre conarentur; ex quo autem sedes iudiciarie illius comitatus vestri hisce superioribus preteritis temporibus semper fuit in dicto oppido Zantho celebrata, ob hoc volumus et fidelitati vestre harum serie firmissime precipiendo mandamus, aliud omnino habere nolentes, quatinus usque ad reditum nostrum ex regno nostro Bohemie, sedem vestram iudiciariam in prefato oppido celebrare modis omnibus debeatis et teneamini; postquam autem omnipotentis dei benignitate ex Bohemia redibimus, tunc unacum dominis prelatis et baronibus nostris causam hanc sedis vestre iudiciarie taliter revidere atque terminare volumus, ne inter vos deinceps huius rei causa aliqua dissensio oriri possit, secus nullo modo facturi; presentibus perlectis exhibenti restitutis. Datum in castro nostro Thatha, feria sexta in festo beatorum Fabiani et Sebastani martyrum, anno domini Millesimo quadringentesimo nonagesimo septimo.

ad relacionem egregii Petri de Buthka
comitis comitatus Simigiensis etc.

Belől a kir. titkos pecsétjével; eredetije Keszthelyen a gr. Festetics cs. ltárában. Zaladien. 212. *c.* Nagy Imre.

342. *II. Ulászló király a vármegye törvényszékét utasítja, hogy vizsgáltassa meg azt a hatalmaskodást, melyet Csányi Balázs csányi, becsvölgyi és kistilaji jobbágyai az örményesi paulinusok németfalvi jobbágyain elkövettek akkor, midőn ezek az örményesi erdőben vadásztak. Buda, 1498. febr. 3.*

Wladislaus dei gracia rex Hungarie et Bohemie etc. fidelibus nostris comiti vel vicecomiti et iudicibus nobilium comitatus Zaladiensis salutem et graciam. Exponitur nobis in personis religiosorum fratrum heremitarum ordinis beati Pauli primi heremite, in claustro beate Marie Virginis de Erwenyes fundato degencium, quod cum in festo Epiphaniarum domini proxime preterito providi Paulus Kelemen, Stephanus Thar, Paulus Kowach, Johannes Kodych, Andreas

Zabo, Stephanus Myko, Michael Santha, Demetrius Koronthal, Andreas Toth, Petrus Egyed, Osvaldus Simonis, Georgius Garays, Sebastianus Syke, Paulus Doboz et Valentinus Mathon iobagiones ipsorum exponencium in possessione eorumdem Nemethfalw vocata in eodem comitatu Zaladiensi existente commorantes, causa venandi ad propriam silvam ipsorum exponencium in territorio dicte ecclesie de Erwenyes a parte possessionis Chan in eodem comitatu Zaladiensi existentis adiacentem accessissent, tunc Egregius Blasius de dicta Chan nescitur unde motus, unacum providis Stephano Ihaz, Gallo Kalmar familiaribus, nec non Augustino Dewechery, Michaele Boos, Georgio Beder, Blasio Halaz, Valentino Boos, Michaele Zantho, Gregorio Bencze, Paulo Kalmar, Emerico Bede, Georgio Molnar, Stephano Boryza, Michaele Geregh, Andrea Bencze, Petro Bekesy, Martino Molnar, Ambrosio Both, Benedicto Zantho, Stephano Warga, Mathia Bellengh, Thoma Fabro, Paulo Warga, Benedicto Zolthan, Augustino Vyncze, Andrea Kalmar, Osvaldo Thek, Gregorio Bereych, Barnaba Mathes, Benedicto Nagh, altero Benedicto Bekes, in prefata Chan, Johanne Toth, Georgio Pap, Benedicto Bede, Johanne Palwz, Bartholomeo Kodych in Bechwelgye, Blasio Bethe, Michaele Warga, altero Michaele Palwz, Bartholomeo Eghazy, Valentino Kys et Paulo Kaythor in Kysthylay possessionibus . . . . . in prefato comitatu Zaladiensi existentibus commorantibus, iobagionibus scilicet suis, manibus armatis et potenciariis in prefatum Paulum Kelemen et alios prenominatos iobagiones dictorum exponencium irruendo, ibique arma ac alias res et bona eorumdem tunc apud ipsos reperta et inventas auferri, prefatumque Petrum Egyed dire et acriter verberari fecisset, potencia mediante, in preiudicium et damnum ipsorum exponencium valde magnum; super quo fidelitati vestre firmiter precipiendo mandamus, quatenus unum vel duos ex vobis transmittatis, qui ab omnibus quibus incumbit meram de premissis experiatur certitudinis veritatem, quam tandem nostre personali presencie fideliter rescribatis. Datum Bude, in festo beati Blasii

episcopis et martyris, anno domini Millesimo quadringentesimo nonagesimo octavo.

Zárlatán pecsét nyomaival; eredetije az Orsz. Ltárban. Paul. Eörményes 6. 7. dipl. oszt. 20646. Ugyanott megvan Esegvári György és Devecseri Csóron Gergely jelentése 1484-ből, melyben arról tesznek bizonyságot, hogy Kustyáni Nagy Balázs szolgája az örményesi paulinusok egyik jobbágyát Rokolyánból Kustyánba fogságba hurczolta, ki ottsebeiben meghalt, Paul. Eörményes 7. 21. — A Kisfaludy cs. ltárában őriztetik Szentbalázsi Zele Antal és Cseneházi Dénes alispánoknak 1498-ban kiadott levele, melyben bizonyítják, hogy Csáni Balázs Buzádszigeti máskép Rajki Sárkán László hospitiumát Kapornakon több csányi jobbágyaival megtámadta és onnét hatszáz darab kenyeret, két bornyut s több életneműt elvitetett, és ezért az alispánok Becsvölgyi István szolgabíró által Csányi Balázst Közép-Rajkon a törvényszék elé megidéztették. Nagy Imre.

343. *János czázmai kanonok és püspöki helytartó, a pólai, geréczi, szentmártoni és béczi plebánosokat utasítja, hogy ítéletét Béczi Adám deák ellen Chypan Pál és fia részére hajtsák végre. Czázma, 1498. máj. 6.*

Johannes lector canonicus et locumtenens ecclesie Chasmensis, in Christo nobis sincere dilectis honorabilibus et discretis dominis N. de Polya et N. de Gerecze N. de Zenthmarton N. de Beecz ceterisque omnibus et singulis ecclesiarum plebanis in et sub dyocesi Zagrabiensi ubilibet constitutis et commorantibus, cum presentibus requirendis, salutem in eo qui est omnium vera salus. Et nostris firmiter obedire mandatis, nostramque diligentem adhibere in commissis noveritis, quomodo nos superioribus diebus contra nobiles Adam literatum de Beecz ad instanciam Pauli Chypan cum filio suo propter manifestam offensam iurisdiccionis ordinarie certas sentencias monicionis dederimus et easdem execucioni demandari fecimus, tamen vos nullam debitam execucionem facere curastis, qua propter rursus fuimus requisiti per prefatum Paulum Chypan, ut sibi circa premissa de iuris remedio provideremus opportuno; pro eo vestris dileccionibus in virtute sancte obediencie et sub pena excommunacionis mandamus, quatenus mox dum presentibus fueritis requisiti aut alter vestrum fuerit requisitus, infra trium dierum spacio a die exhibicionis, canonica monicione

premissa, huiusmodi mandatum nostrum exequi (recusaretis, sen)tenciam excommunicacionis in vos ferimus, in his scriptis districte mandamus, quatenus dictum Adam sufficienter monitum pro dicta offensa manifesta iurisdiccionis ordinare, iuxta vim, formam et tenorem aliarum literarum nostrarum sentencionalium excommunicatum denunciaretis et easdem realiter et cum effectu continuetis et continuare debeatis, tamdiu donec idem ad cor reversus de omnibus satisfecerit et beneficium absolucionis meruerit opportunum; et tandem seriem execucionis premissorum nobis conscienciose rescribatis, presentes in specie remittendo. Datum Chasme, in festo beati Johannis ante portam latinam, anno domini Millesimo quadringentesimo nonagesimo octavo.

Georgius notarius.

Belől zöld viaszba nyomott pecsét maradványaival; eredetije a hg. Batthyány cs. ltárában. Ez időben Alsó-Lendva és Baksa vidéke a zágrábi püspöki megye bexini főesperességéhez tartozott. Nagy Imre.

A HASONMÁSBAN KÖZÖLT OKLEVÉL SZÖVEGE.



Universi servientes regis citra et ultra Zalam constituti omnibus iudicibus et aliis ad quos presentes litere pervenerint, salutem in domino. Ad universitatis vestre noticiam volumus pervenire, quod cum in nostris partibus multa mala, iniurie, dampna et gravamina peccatis exigentibus per malignos homines perpetrabantur, et multi potenciores inique opprimebantur, qui ius suum nequaquam prosequi poterant propter distanciam iudicum et multa alia impedimenta, a domino nostro rege petivimus humiliter et devote, ut nobis daret licenciam iudicandi et faciendi iusticiam plenam oppressis et pacientibus iniurias infinitas, de omnibus his, per quos indebite paciuntur. Dominus autem rex nostras preces piis auribus exaudiens, ex beneplacito suo concessit nobis benigne licenciam ab eo petitam; qua obtenta, dum inter nos discutere malefacta cepissemus, dominus Bartholomeus venerabilis pater episcopus Vesprimiensis, videns nos esse iudices et posse facere plenam iusticiam de inferentibus iniuriam, Oguz banum, qui unus erat de nobis, traxit in causam coram nobis, impetens eum in hunc modum, quod ipse quandam terram ecclesie sue nomine Vezmech, a prima fundatrice ecclesie sue regina Gysla donatam, que est inter Dravam et Muram, citra portum Worosd, iniuste occupasset, et occupatam violenter per suam potenciam detineret, et per multas ammoniciones eandem sibi nequaquam reddere curasset vel curaret, Oguz autem banus respondit ex adverso, quod eadem terra esset terra sua hereditaria et iure hereditario eam possideret. Et utriusque partis auditis proposicionibus, dedimus eis probacionem, taliter videlicet, ut Oguz banus probaret esse suam illam terram per homines de genere suo, et dictus episcopus probaret esse ecclesie sue prout melius et efficacius posset; qui cum assumpsissent se probaturos, in termino utrique parti assignato dictus banus non comparuit nec testes produxit; episcopus autem nomi-

natus produxit testes idoneos coram nobis, viros satis nobiles, providos et discretos; quos cum omnes diligenter inquirentes examinassemus, ipsi testimonium peribuerunt dicentes, quod ipsi secundum quod per se et per suos primos scire potuerunt, illa terra semper fuit ecclesie Vesprimiensis, et predecessores domini Roberti, qui fuit episcopus Vesprimiensis, semper fuerunt in illa possessione. Nomina autem testium sunt hec: capitulum Vesprimiense, capitulum Zagrabiense, Buzad banus et Michael frater eiusdem, Gordon, Mortun frater Damase, Urban filius Stephani, Cheker filius Balad, Helyas filius Laurencii, Vulchuk cecus, Marcus de genere Gordon, Georgius filius comitis Luce, Jacobus maior exercitus castri Zaladiensis, Chepan, Achilles, Blasius, Chetyl, Gregorius decanus Vesprimiensis, sacerdos Barrabas, magister Endre, canonici Vesprimienses, Scynke, Adam de Pulach et multi iobagiones nobiles eiusdem ecclesie. Quorum omnium testimoniis diligenter auditis et in scriptis redactis, assignavimus terminum utrique parti, octavam videlicet Johannis Baptiste, in quo finaliter procedatur in eadem causa; in quo comparente episcopo nominato, Oguz banus non comparuit contumaciter, sed misit nuncium simplicem ad recipiendum terminum iterato. Et nos, quamvis in eodem termino sententiam tulisse debuissemus, tamen ad maiorem evidenciam iuris eiusdem episcopi assignavimus iterato terminum, in quo comparente episcopo prefato, sepedictus O(guz) banus non comparuit, nec per se, nec per suum responsalem. Nos itaque videntes tantam suam contumaciam et dicta testium eiusdem episcopi esse legitima et approbanda, ipsum episcopum misimus in possessionem petitam per pristaldum nostrum nomine Ondornuch de Apath, et per duos socios nostros, Martinum videlicet et Stephanum, qui cum eundem episcopum vellent ponere in possessione, ipsi manu violenta per Oguz banum sunt prohibiti. Et sic idem banus in nullo penitus nostram sententiam observavit, cum tamen suo iuramento se observare perobligasset. Ad huius igitur facti memoriam pleniorem et in testimonium rei geste presentes literas dedimus sigilli nostri munimine roboratas. Datum in ponte Ketud, anno domini M° CC° XXX° secundo.

Ugyanannak fordítása.

A királynak Zalán innen és túl lakozó összes szolgái, minden bíráknak és másoknak, kikhez jelen levelünk elérkezend, üdvöt az úrban. Közönségteknek értésére akarjuk juttatni, hogy a midőn vidékünkön a bűnös indulatú emberek gonoszságuktól vezéreltetve, sok rosszat, jogtalanságot, kárt és sérelmes dolgokat cselekedének, s többen a vagyonosabbak közűl hamisan elnyomatának, kik a bírák távollakása és más akadályok miatt a maguk igazságát semmiképen sem kereshették: urunk királyunktól mély alázattal kértük, hogy adna nekünk szabadságot, hogy bíráskodhassunk s az elnyomottaknak és végtelen sérelmeket szenvedőknek igazságot szolgáltathassunk mind azok ellen, a kiktől méltatlanúl sértettek. Urunk királyunk pedig kérésünket kegyesen meghallgatván, a tőle kért szabadságot beleegyezése szerint kegyelmesen megadta; melyet elnyervén, midőn a gonosz cselekedetek vizsgálásához fogtunk volt, tisztelendő Bertalan atya veszprémi püspök úr, minket mint ítélőbírákat tekintvén, s hogy a jogtalanságot elkövetők ellen teljes igazságot szolgáltathatunk, Oguz bánt, ki közöttünk ül vala, előttünk perbe fogta, arról vádolván őt, hogy egyházának bizonyos Vezmech nevű, az egyház alapítója Gizela királyné által adományozott földjét, mely a Dráva és Mura között a varasdi réven innen fekszik, törvénytelenűl elfoglalta, és mint erőszakkal elfoglaltat hatalmasan birtokában tartaná, s azt neki többszörös megintés után sem vissza nem adná, sem adatná; más részről pedig Oguz bán azt vitatja, hogy azon föld neki öröksége és azt örökjogon bírja vala. Meghallgatván mindkét fél előadását, őket a bizonyításra utasítottuk, olyképen, hogy Oguz bán nemzetsége embereivel bizonyítsa a földhöz való birtokjogát és a püspök is bizonyítsa, a mint azt jobban és nyilvánvalóbban teheti, hogy az a föld az ő egyházáé; kik is a bizonyításra készeknek nyilatkoztak. A mindkét fél részére kitűzött határ-

napon a nevezett bán sem meg nem jelent, sem tanukat nem állított, a nevezett püspök azonban alkalmas tanukat állított elénk, eléggé értelmes és kiváló nemes férfiakat; kiket midőn valamennyit szorgalmatosan kérdezve vallattunk, bizonyságot tettek, mondván, hogy a mint ők maguktól és öregjeiktől tudhatják, az a föld mindenkor a veszprémi egyházé volt, és Róbert úrnak, néhai veszprémi püspöknek elődei is annak mindenha birtokában valának. A tanúk nevei pedig ezek: veszprémi káptalan, zágrábi káptalan, Buzád bán és testvére Mihály, Gordon, Damasa testvére Márton, István fia Orbán, Balad fia Cheker, Lőrincz fia Illyés, Vak Vulchuk, Márk a Gordon nemzetségből, Lukács ispán fia György, Jakab zalavári hadnagy, Csepán, Achilles, Balázs, Chetyl, Gergely veszprémi dekán, Barabás pap, Endre mester veszprémi kanonokok, Scynke, Pulachi Ádám és ugyanazon egyház több nemes jobbágya. Kiknek vallomásaikat szorgalmatosan meghallgatván és írásba foglalván, mindkét fél részére keresztelő Szent János nyolczadik napjára határnapot tűztünk ki, a melyen ez ügy végleg el fog döntetni; a mely napon nevezett püspök megjelenvén, Oguz bán makacsul elmaradt s pusztán követét küldte, ujabbi határnapot kivánván. És mi, habár ugyanakkor ítéletet hozhattunk volna, mindazáltal a püspök igazságának nagyobb kivilágítása végett, ismét határnapot rendeltünk, melyre az előlmondott püspök megjelenvén, a többször nevezett Oguz bán sem személyesen, sem képében senki meg nem jelent. Mi tehát látván az ő felettébb való makacsságát, s hogy a püspök tanuinak vallomása hiteles és jóváhagyandó legyen, a püspököt Apáthi Andornak pristaldusunk és két társaink Márton és István által a keresett birtokba bocsáttattuk, kik midőn a püspököt a birtokba bevezetni akarták, őket ebben Oguz bán erőszakkal meggátolta, és így ugyanazon bán ítéletünket semmibe sem vette, holott ő annak megtartására magát esküjével kötelezte vala. Mely cselekedetnek tehát teljesebb emlékére s a véghezvitt dolognak bizonyságára adtuk a mi pecsétünkkel megerősített jelen levelünket. Kelt Ketudhidán, az úrnak ezerkétszáz harminczkettedik esztendejében.